



prisé 7 a 9tt
bill. de cailleau

Tom. 3 page 11

TRACTATUS CURIOSUS

DE

MEDICINA, MEDICIS, MEDICASTRIS, MORBIS, MORBIDIS, MORIBUNDIS, MORTE IPSA ET MORTUIS,

IN UTROQVE DICENDI GENERE

ECCLESIASTICO ET CIVILI

UTILITER ADHIBENDUS,

IN GRATIAM INCULPATÆ CURIOSORUM, ET OMNIUM FACULTATUM STUDIOSORUM,

CUM INDICE QVADRUPLICI

CONSCRIPTUS

A

JOHANNE Schützen,

VERBI DIVINI, APUD VEHLFANZIENSES, MINISTRO.

MAGDEBURGI & LIPSIÆ,

APUD CHRISTOPHORUM SEIDELIUM.

A. MDCCXVI.



PRÆFATIO.

PRomiſſa eſſe ſervanda, cum Scriptura S. Eruditorum Scholæ docent omnes ; Nam qui non præſtat, quod promiſit, reprehenſionem meretur, ſi eſt oblitus: magis etiam ſi non oblitus; Oblitum fuiſſe, vix amici eſt, non præſtare, cum recorderis, prorſus inimici eſt (*D. Joh. Ad. Weberus Art. Converſ. Reg. I. S. III. §. 3. p. 34.*) Vetus autem hoc malum, & jam pridem uſu ab hominibus leviſſimis receptum, lingvam velociter loqui, manus vero ſero aut ſegniter agere atque efficere (*Gvev. H. P. lib. III. cap. XXXIV. §. 584. p. 627.*) ita ut qui divites ſint verborum, inopes eſſe rerum reipſa ſæpe experiamur. Lingva apud multos longa, manus curta, ut Philippi, qui plura promittebat, quam præſtabat (*Juſtin. lib. IX. cap. IIX. n. 9.*) Sicuti & Antiochus, Macedoniæ Rex, quod multa promitteret, pauca autem præſtaret, DOSUS cognominatus eſt, vano promiſſor hiatu (*Alex. ab Alex. G. D. lib. I. cap. XI. p. 70. b.*) His nec promittendi modus, nec promiſſa fallendi pudor ullus; ſufficit promiſiſſe, quære alium, qui promiſſum impleat, dicunt (ap. *Petrarcham de R. U. F. P. II. Dial. XXXVII. p. 436.*) Salomo tales comparat cum nubibus nullam pluviam deſtillantibus, Prov. XXV. v. 14. Phocion, (ap. *Plutarchum in Apoph.*) cum Cupreſſis, quæ ſublimes qvum ſint ac pulchræ,

)(2 fru-

fructum non habent (*B. D. G. Mœbius in Hist. Prophetæ Bileami Disp. III. S. III. §. 17. p. 56.*) ET DICERE ET FACERE! Symbolum erat Bugislai VI. Ducis Pomeraniæ; Et optimi qvique facere, quam dicere malunt. (*Sallust. Catilin. cap. VIII.*) Parum namque est dicere & sentire recte, nisi facias recte. *Seneca* ait *Epist. XX.* Verba rebus proba. Et *Maximus Tyrius Serm. XV.* Quod sermones optimi sint illi, qui actionibus consonent. Sed non omnia promissa semper adimpleri debere, & promissionem, quæ turpitudinem continet, non esse obligatoriam, cum impia sit promissio, quæ scelere adimpletur, & melius esse promissionem scriptam non implere, quam crimen committere, adeo quidem ut sub promissione jurata etiam illicitum non veniat, ex jure prolixe deducunt *M. Joach. Weichman in Disp. Promissionem ob turpem causam non esse obligatoriam, Ann. 1687. Witteb. hab. & Tobias Otto Tabor in Thesauro LL. CC. Jurisprudentiæ lib. XIV. cap. XCV. Axiom. I. p. 657. a.* Nec promissis esse standum, si iis, quibus promiseris, sint inutilia, jam tum *Cicero Offic. I.* observavit, (Vid. *Robert. Scharrockius de Officiis secundum jus Naturæ cap. XIV. N. VII. §. 10. p. 578.*) Aliter autem se res habet, si promissorum exsolutio aliis prodesse possit, quod de scriptis meis, hactenus divulgatis, plurimi testati sunt Boni, nec ullo præjudicio occupati; Ergo in posterum &,

Ut quicquam inde boni valeant haurire legentes,
Ne frustra tempus sese trivisse querantur

(*Marcell. Palingen. Zod. Vit. Lib. I. in Ariete p. m. 14.*) promissi non ita pridem *in Præf. Tract. Curiosi de Iride, Lachrymis, Libris & Lingvis* dati fidem libero, ac præsentem Tractatum B. L. communico, insimul si non singulis Nundinis, tamen annis, si DEUS vitam & vires concesserit, Titulos non vulgares ulterius Eidem me exhibiturum de novo promittens. Vale interim B. L. & res tuas feliciter age. Datum Vehlefanzii, 12. Sept. 1716.

ME-



MEDICINA

Adhibenda in tempore.



Junt, columbas ægrotas lauri folia ad nidum deferre ſicque priſtinam recuperare ſanitatem. Unde emblemati ſubſcribas: *Ut ſanemur!* inde diſcas corpori medicamenta in tempore eſſe adhibenda, ne, dum malum fiat inveteratum, ſpes omnis decollanda ſit. P. Maſenins hoc Epigramma propoſuit:

Dum licet, & morbus patitur, medicina paretur,
Nam valida ſeram peſte feretis opem.
Dum blattas metuunt, & ſparſæ toxica morbi
Chaoniæ lauro ſeque ſuosque fovent.

Picinellus Mund. Symbol. Lib. IV. Cap. XX. n. 283.

Ars omnium nobiliſſima.

Tum *ratione ſubjecti*, circa quod occupatur, quod corpus humanum eſt, omnium corporum naturalium longe nobiliſſimum; tum *ratione finis*, quem habet unicum, ſanitatem nimirum, quam efficit, non alterius externi finis, ſed ſui ipſius gratia. Ipſa enim ſanitas per ſe expetenda eſt; utpote pars longe maxima felicitatis humanæ, & ex qua una omnia reliqua mortalium bona eam, quam habent gratiam & dignitatem mutuari videntur. Reliquæ vero artes omnes, nihil per ſe expetendum, ſed omnia externi cujusdam finis gratia efficiunt; imo omnes reliquæ, quæ ad vitam, victumque paratæ ſunt artes, medicinæ miniſtræ & pediſſequæ ſunt. Nam quod aramus, quod ædificamus, ea omnia ad vitæ finem diriguntur, CUJUS MAGISTER EST MEDICUS, ut *I. C. Scaliger* ſcribit *de Re Poët. Lib. III. cap. I. ap. D. D. Sennertum Inſtit. Med. Lib. I. cap. I. p. 4. 5.*

Deorum doctrina.

Veteres omnino medicinæ repertores excultoresque divorum numero accenſuerunt, divinisque honoribus mactarunt, Apollinem, inquam,

Mercurium, Arabum, Dioscuros, Cadmum, Machaonem, qui & Homero ἰλ. δ. v. 212. ἰσόθεος φῶς laudatur, & alios, quod crederent, tam excellentem disciplinam non potuisse humanis ingeniis excogitari, proinde a Luciano Abdicato appellatur DEORUM DOCTRINA. *C. S. M. D. Not. in Curtii Lib. III. cap. VI. p. 64.* Philon medicus nobilis, qvum medicamenta quædam ad medendi usum exquisitissima concinnaret, & regias quasdam (ut Plutarchus inquit) & alexipharmacas potestates conficeret, eas quod salutares, & divinas quodammodo sciret, θεῶν χεῖρας, veluti adagio quodam, appellare consveverat, h. e. DEORUM MANUS. Nam & in Avicennæ relatum monumentis scio, medicaminis genus dici DONUM DEI: sicut apud Galenum est trochiscus Jupiter. *Cœlius Rhodius. L. A. Lib. XIX. cap. XI. p. m. 597.* Pharmaca *Deorum manus* dixit Herophilus ap. *Theod. Janson. ab Almeloveen in inventis Neo-Antiquis §. 1. p. 1.* diis primum inventores suos assignavit & cœlo dicavit. *Plinius N. H. Lib. XXIX. cap. I. p. 524.*

Imperatoribus imperat.

Cum Galenus a quodam morbo lethali Antoninum Pium liberasset (in quo depellando Cæsar duodecim gemmas hausit, quæ novem millionibus constabant) Imperator Medico suo diadema dono dedit, dicens: Antoninus Imperator Romanorum, Galenus morborum. Nam ea una artium (Medicina) Imperatoribus quoque imperat, verbis Plinii XXIV. 1, *Rad. Orat. Ext. p. 329.*

Mithridatis.

§. 1.

Lysimachus & Gentius Reges per Medicinam nomina sua ad posteros propagare voluerunt, dum hic *Gentianas* radices, ille *Lysimachiam* herbam non minore studio quæsiverunt, quam Euphorbus ille jubæ Regis Mauritaniæ medicus, qui herbam sui nominis (cujus lacteo succo oculorum caligo illustratur, & virus serpentum obtunditur) non in suburbio indagavit; sed impiger per abruptos scopulos altissimi montis Atlantis cœliferi cacumen conscendit, ut *Euphorbum* inter saxa natum erueret. *Plinius Lib. XXV. cap. II. & Lib. V. cap. I.* Pulchrum quippe & immortale decus censebant, si eorum nomina tam illustris herbarum nomenclatura ad posteros propagaret. *Joh. Langius Epist. Medicinal. Lib. I. Epist. LXIII.*

§. 2.

Id quod volupe sibi inprimis duxisse credibile est, Mithridatem illum Ponti atque unde viginti Regnorum Regem: qui propter eximiam herbarum notitiam, & singulare antidoton contra venena, morbosque omnes con-

contagiosos præsentaneum, illius nomine *Mithridaticum* insignitum, immortale nomen est consecutus. Ejus quippe immortalitatis spe, post tot bello devictas in orbe terrarum gentes, singulari studio arcana morborum remedia conquisivit: deque iisdem commentarios, quos in thesauri sui scrinio reconditos servavit, docte conscripsit. Hos Pompejus victor, regia præda potitos, in triumpho Populo Romano ostentavit, ac Leneo Pompejo, liberto suo, negotium dedit, ut hos Mithridatis de re Medica libros Latinitate donaret: quo Populus Romanus ex tanti Regis thesauro pharmaca haberet, quibus morbis suis mederetur. Adeo Reges, orbisque terrarum proceres omnem intenderunt curam, ne quid eorum subditis ad conservationem sanitatis deesset! quam nec cum Crœsi divitiis, nec auriferi Tagi & Pactoli arenis sapiens quisque commutandam putabit, cujus laudes Ariphon Poëta Syconius apud *Athenæum* ita decantat: O beata sanitas! te præsente amœnum Gratiis ver coruscat: absque te nemo beatus. *Athen. Lib. ult. circa fin. H. Salm. in Panciroll. P. II. T. I. p. 38. 39.*

Multos habet Professores.

§. I.

Gonella joculator maxime comis, interrogatus aliquando a Nicolao, Marchione Ferrariensi, quarumnam sive artium, sive facultatum in urbe Ferraria major esset numerus? Confestim: *Quis id dubitet, medicorum majorem esse numerum?* Tum Nicolaus: O inanem hominem, & urbis hujus artium, artificumque ignorantissimum! quippe cum vix duos tresve ad summum Ferraria medicos habeat, sive cives, sive exteros. Ad ea Gonella: *O Principem majoribus rebus deditum, qui ob eas urbem suam suosque cives ignoret peritissime!* Tum Nicolaus: Quid si hoc ipsum falsum sit, quod asseris? Tum Gonella: *Quid si ego verus?* ibi sive pœna sive mulcta ex compacto ei, qui vanus inventus esset, constituta. In sequenti die sub auroram Gonella pro templi astans foribus, obvoluto pellibus ore, ac gutture, interrogantibus qui in templum ingrediebantur, quonam morbo laboraret? respondebat singulis, *dentium dolore;* singulis etiam remedium aliquod dolori præbentibus, quorum ipse & nomina conscribebat, & remedia. Atque hac ratione urbem perreptans, perscrutandoque remedia, singulos qui obviam fierent, percontatus, supra trecentos homines, medicinam dolori tradentes, notavit in tabella. Quo facto Regiam ingressus, qua hora Nicolaus prandebat, sese obtulit involutis, & ore & cervicibus, ingentem dolorem simulans. Nicolaus astu viri parum cognito, eum intelligeret illum haud bene valere a dentibus: Hoc sta-

tim, *inquit*, remedium adhibe, laudabis Nicolaum, e vestigio enim sanus eris. His Gonella acceptis, domum regressus, tabulam instruit, remedia illa remediorumque autores continentem, ac primo loco Marchionem adscribit, inde alios atque alios delectu adhibito. Tertio die quasi sanus atque a dolore liber, nudata gula ac cervicibus, Principem adit, docet quæ conquisita & comprobata fuerint, mulctam ab illo expostulat, atque in jus illum sese adacturum minatur, atque his dictis tabulam Marchioni legendam exponit. Ibi Marchio primum inter medicos locum sese obtinere conspicatus, inde alios atque alios primates viros, a risu continere nequiens, seque victum confessus, pecunia illi ut solveretur, imperavit. Mirum ni plures in civitate fuerint medici, quam ægroti. *Pontanus de serm. Lib. VI. Cap. II. ap. Heidfeld. S. T. P. Cap. XXXIV. p. m. 687. 688. Lemnium de Occult. Nat. Mirac. Lib. I. cap. XVII.*

§. 2.

Scoti veteres ante Reutham regem (qui primus medendi promiscuam licentiam lege coërcuit) certis medicis non utebantur, sed veteri Ægyptiorum more (a quibus ortum ducebant) ægros in forum efferebant, aut in strata publica: ut qui eos adirent, consulerent, adhortarenturque ad ea, quæ ipsi faciendo effugissent similem morbum, aut alium noverant effugisse: nefas erat quempiam ægrorum silentio præterire. *H. Boëthius Lib. II. ap. Zwinger. Vol. V. Lib. II. p. 1231. b.* Sic verum, quod ille olim:

Fingunt se Medicos omnes, Idiota, Sacerdos,
Judæus, Monachus, Histrio, Rason, Anus.
Miles, Mercator, Cerdo, Nutrix & Arator.

Joh. Textor in Sylloge Variorum Ænigmatum p. 86.

Quid?

Medicina est ars, quantum possibile, sanitatem hominis præsentem conservandi, amissam vero instaurandi. *Sennert. l. c. p. 6.* Sanitatis ideo effectrix a *Svida* dicitur *in v.* ὁμώνυμα *p. 665.* Medicina est ars ad humani corporis sanitatem tuendam, profligandosque morbos comparata. Vel ita: Medicina est ars, usu atque ratione constituta, corporis humani bonam valetudinem custodiendi, perditamque recuperandi. Quæ bonæ sunt definitiones, quod totius medicinæ capita contineant. *Leonh. Fuchsius Instit. Med. L. I. S. I. C. III. p. 16.*

Rejicitur a multis, ut passionis Christi fiant participes.

§. 1.

Cajetanus Cardinalis disputans *num respuere medicinas sit tentare DEum?*

DEum? Poteſt, inquit, reſpuere ratione ſpiritualis profectus, & hoc ſi intra limites rationabilis obſequii ſit, non eſt tentare DEum, ſed ſemetipſum offerre hoſtiam viventem DEo. Et hoc modo ſancti, qui dati ſunt in exemplum cæteris, & præſertim Religioſis in hoc mundo dolores iliacos, ulcera, & quæ patiuntur, ſuſcipiunt libenter, & utuntur eis, ut inſtrumentis divinitus ſibi conceſſis, ad carnis ſubjectionem, & mortificationem, & *ad JESU CHRISTI paſſionis participationem, & ideo reſpuunt Medicinam.*

§. 2.

Proponit inſuper exempla. D. Greg. Naz Soror Gorgonia, vehiculo excuſſa, membris laceris ac confractis medicam manum recuſavit. Paula mulier Romana, cum a febribus DEI miſericordia reſpiraſſet, atque ad diuturnum langvorem tollendum modico vini medici utendum præſcriberent, ne aquam bibens in hydropen verteretur, obedire noluit; S. Hieronymus clam Epiphanium rogat, ut eam moneret, imo compelleret vinum bibere, ut illa penitus recuſavit &c. Petrus Damianus, cum langveſcente ſtomacho ex gravi, diuturnoque morbo, alimenta capere non poſſet & piſces omnino deeſſent, reſtitit importunis Fratrum precibus, vehementer flagitantium, ut carnium eſui, reparationi tabeſcentis & effœti corporis indulgeret. At ipſemet rationem reddit, cur hanc rejiceret medicinam, ſcilicet ne paulatim rigorem ordinis in ſe, ſuisque laxaret. Ita hæc adducit *H. Engelgrav. Cœl. Empyr. P. II. p. 364.* Sed his merito reſpondemus: Quis hæc requiſivit de manibus veſtris? Honora Medicum, Sir. XXXVIII. v. 1. &c. Vid. *D. Arnold. Mengering in Informat. Conſcient. Evang. Dom. XXIV. p. Trin. Q. II. p 1062. ſeq.*

Summa infirmitas ſumma.

Summum jus eſt ſumma injuria; ſumma Medicina ſumma infirmitas, & ſummus Theologus eſt ſummus peccator, inquit *Lutherus in Colloqv. Menſal. Cap. XXXIX p. 419. a.*

Superſtitioſa.

§. 1.

Monendi ægri ſunt ab Eccleſiæ Miniſtris, ne Medicorum opem negligant, & ita ordinatis a DEO mediis ſusque deque habitis, ad ſuperſtitioſa confugiant Satanæ inventa: Quantum enim hic peccetur, dici ſatis nequit; atqui tamen nihil peccati ſubeſſe, perſvaſum ſibi habet plebs incauta. Et hanc admonitionem Eccleſiæ Miniſtris injungit jus Canonicum ex Auguſtini ſententia *in C. admoneant. 15. C. 26. Q. ult.* ubi ejusmodi remedia laqvei & inſidiæ antiqui hoſtis vocantur, quibus perfidus ille genus hu-

manum decipere nititur. Vid. *Mengering. in Exam. Conſcient. Catechet. Cap. V. Caſ. LXXXIII.* ubi inter alia hæc habet: Und hie prüfen ſich nun die, ſo entweder aus Unverſtand, oder Fürwitz, oder aus Geitz und Filtzigkeit, erfahrner Medicorum Rath und Bedencken hinden an ſetzen, und entweder für ſich ſelbſt, und nach ihren närriſchen Dünckel, oder bey alten Weibern, Krücken-Doctoriſſen, Roß-Aertzten, Zahnbrechern, und den unverſchämten Marckſchreyern ꝛc. Hülffe und Artzney ſuchen, vornehmen und gebrauchen.

§. 2.

Ridet gentilis amicum lecto affixum, cui Amuletum in collo a muliere alligatum erat. Peſſime, *ait*, ſe affectum eſſe, quod talem ſtultitiam in ſe admiſiſſet. *Plutarch. in Pericle. Am. Marcell.* ſub Conſtantio Imp. prohibitum, & ut delictum punitum appendere periapta, teſtatur, *Lib. XIX.* ſuſpecta igitur & rejecta ſunt illa diaboli Alphabeta. Effectus omnis, qui ſuperat naturam aut Artificis ſolertiam, ſi nullatenus conſtat, quod ſit divinus, de pacto eſt ſuſpectus. Dum enim nec miraculi, nec Naturæ vis, nec Artificis induſtria intercedit, ſuperſtitio intervenit, & pacto cum Dæmone tribuendus eſt.

§. 3.

Solent quidem ſuperſtitioſorum remediorum Patroni ad experientiam confugere, ob quam DEum per talia remedia ægrotis ſuccurrere credunt: Verum nil inde ſolatii, cum negari nequeat, Satanam, ſicut aliquando DEO permittente morbos inferre, ita quoque eodem permittente per ſuperſtitioſa remedia morbos abigere, aut dolores lenire poſſe. *Petr. Gregor. Tholoſ. Syntagm. jurid. Lib. XXXIV. cap. XVII. pr.* ubi plura exempla hujus rei legi poterunt.

§. 4.

Subjungam hic ſententiam *Gœdelman. Tract. de Mag. Venefic. & Lam. Lib. I. cap. VIII. n. 23. ſeq.* ubi hæc habet: Media ſuperſtitioſa, ægritudinem curantia, diabolicis ſunt confinia, & in DEum, ejusque creaturas contumelioſa: imo inter Magicam, & ſuperſtitioſam curationem aliud fere nihil intereſt, niſi quod in Magica curatione intercedit manifeſta, in ſuperſtitioſa autem tacita cum diabolo confœderatio &c. Hujus generis ſunt divinorum dictorum & ſententiarum, nominum Divinæ Majeſtatis propriorum, Evangelii S. Johannis, characterum, imaginum, ſignaturarum, aliarumque rerum ridicularum, certo tempore, certaque cœli conſtitutione factarum, appenſiones, alligationes, geſtationes, & ſimiles ſuperſtitioſæ geſticulationes, omniaque illa, quæ Græci περίαπτα vocant. Ubi in ſequentibus plura ſuperſtitioſæ medicinæ recenſet exempla. Eandem ſententiam pro-

probat *Gerhard. Loc. Theol. Tom. III. L. de Lege DEI* §. *122. ap. D. Sam. Stryck. in Brunnem. jus Eccles. Lib. I. cap. VI. Membr. VII. §. 10. p. 225. 226.*

§. 5.

Concilii Romani A. C. 1215. celebrati Canon XXII. ita habet: Cum anima sit multo preciosior corpore sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto svadeat, quod in periculum animæ convertatur. *D. Sal. Gesnerus Histor. Narrat. Omn. Concil. cap. XIII. p. 514.* Optime *Nob. Sachs a Lewenheimb Gammarol. cap. IX. p. 857. seq.* de hac materia, & pie finit librum eruditissimum:

Prosit ut ægrotis Medicinam nil dedecet Artem;
Id fiat salva relligione modo. *Mich. in Gaff. p. 289.*

Evangelium Johannis quomodo in morbis ex collo suspensum, capiti admotum, ut dolores capitis propulsaret, ad lectos quoque ligatum, tutelæ gratia, arcendis avertendisque nocturnis illusionibus, spectris & larvis omnibusque dæmonum insidiis & terriculamentis habet *L. Joh. Manitius Diss. Inaug. de Efficacia Verb. DEI sub Præs. D. J. A. Qvenstedt hab. Observ. I.* Sequamur D. Chrysostomum, potius mortem homini Christiano subeundam, quam vitam ligaturis redimendam. *Th. Bartholin. in Paralytico N. T. Tertio p. 54. conf. Brochmand. Syst. T. Tom. II. Art. XVIII. C. IX. Q. IX. p. 38. b.*

MEDICINÆ
Contemtus.

Medendi scientiam quidam adeo aspernabilem sunt opinati, ut eam sex mensium fecerint disciplinam. *Cœlius L. A. Lib. XXIX. cap. XI. p. 597.* Conf. & *M. Reinh.* König *Theatr. Polit. Tripart. P. I. c. I. §. 357. p. 67. & in Acie Disp. Polit. Method. instr. I. §. 119.*

Doctor propter Galenum animæ immortalitatem credere noluit.

§. 1.

Doctorem quendam Medicinæ in Italia novi, scribit *Thom. Browne in Religione Medici S. XX. p. 128.* qui animam esse immortalem sibi persvadere non poterat, quia id Galenus dubitare visus est. Cum alio quodam in Gallia mihi familiaritas contigit, Theologo quidem eo, & singularis ingenii viro, ita tamen super eadem re tribus Senecæ lineis implicato, & impedito, ut nullis argumentorum antidotis, sive e scripturis sacris, sive Philosophia desumtis, erroris ejus venenum expelli posset. Eadem habet *Tob. Pfannerus Syst. Theol. Gentil. Purior. Cap. XVII. §. 12. p. 404.*

§. 2.

§. 2.

Sic quidam in tantum Platonis amore atque admiratione prolapſi ſunt, ut de libris illius etiam ipſum Chriſtum profeciſſe contenderent. *Pfanner. l.c. Cap. I. §. 6. p. 18.* Plus credentes Philoſophis, quam Prophetis; Plus ſuo Ariſtoteli, quam Creatori. *Raymund. Martini Pug. Fid. P. I. C. V. p. 211.* Sed quid commercii Chriſto, & Ariſtoteli? Cum Evangeliſtis Maro, cum Apoſtolis Cicero? Non conveniunt arma Saulis Davidi. *Dietericus Antiq. Bibl. p. 543.* Chriſtophorus Longolius quinque annos continuos nullum alium Autorem legebat, præter unum Ciceronem; Hinc ne, qui toto vitæ tempore plus Ciceroni, qvam religioni ſtuduiſſet, Ciceronianæ hæreſeos reus, a cœli clauſtris repelleretur, moriens Minoritano habitu ſepeliri voluit. *Wolffius Lect. Mem. T. II. Cent. XVI. p. 342. a.*

§. 3.

Petro Bembo religio erat, ſcribere aut dicere aliud, quam a Cicerone ſcriptum, aut dictum. Jacobus Sannazarius, cum de Chriſto JEſu tres libros oppido luculentos ſcripſiſſet, ne ſemel quidem Chriſtum, aut JEſum nominare auſus eſt. *Lanſius contr. Ital. p. 809. 810.* Status Imperii Proteſtantes, *in Opere Vernaculo de cauſis recuſati Concilii Tridentini p. 17.* memorant, Studioſos Theologiæ ante triginta annos graviter & publice queſtos eſſe, ſe toto quinquennii, aut ſexennii ſpatio, quod tempus Studio Theologico, lectionibusque, definitum erat, a Præceptoribus ſuis nomen JESU vel CHRISTI citari nunquam audiviſſe: qvum omnia nominibus *Lombardi, Alberti M. Scoti, Thomæ,* perſtreperent. *P. Hachenberg. de German. Med. Diſſ. VIII. poſter. §. 32. p. 318.*

MEDICINÆ
Comparatur Lex.

Eſt I. Medicina *Pathologica*, oſtendit enim peccati affectum graviſſimum. II. *Prognoſtica*, de pœnis futuris, infligendis peccatori, Deut. XXVIII. v. 1. ſeq. III. *Diætetica*, præſcribens modum vivendi juxta DEI voluntatem & ordinem, Pſ. CXIX. v. 9. IV. *Oſtendens* venena mortifera. V. *Præcipiens* modo, modo prohibens. *Bauman. Anal. Allegor. p. 119.*

Per MEDICINAM
Nobilitas an obfuſcatur?

Cum Archiatris in Jure Comitiva dignitas attributa legatur, peſſime judicant, illis, qui Medicam Artem exercent, nobilitatem non convenire, & Nobilitatem per Medicinam obfuſcari putant, quos remitto ad ea, quæ habet

bet *Tiraquell. de Nobilit. Cap. XXXI. D. Joh. Brunneman. Comment. in Cod. Lib. X. Tit. LII. L. ult. §. 7. p. 1225.*

MEDICINA

Utebantur ad Orientem verſi.

Ita Nob. Barthius Adverſ. Lib. XLI. cap. XVI. p. 1846.

MEDICUS

Aceſias infelix.

Ἀκεσίας ἰάσατο, Aceſias medicatus eſt. De iis quorum curatione morbus ingraveſcit. Apparet Aceſiam, aut imperitum, aut infelicem fuiſſe medicum. *Svidas in h. v p. 44.*

Ægri ſecreta non propalet.

Secreta de ægris non ſunt propalanda, quin imo Medicus ægri ſecretum etiam coram judicio revelare, niſi facta atrociora, morboſque contagioſos excipias, non tenetur. *Acta Erudit. Lipſ. in Supplem. Prior. S. IX. p. 453.*

Ægritudines omnes ſanare nequit.

Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger,
Interdum docta plus valet arte malum.
Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla eſt medicabilis arte,
Et ſi ſit, longa eſt extenuanda mora.

Ovid Lib. I. de Ponto.

Beym Artzte ſteht nicht ſtets der Artzeneyen Segen,
Zum öfftern iſt der Kunſt die Kranckheit überlegen!

Ad Ægrotum vocatus, admonere debet, ut Paſtorem advocet.

§. 1.

Saluberrime a Pontifice Romano Innocent. III. conſtitutum in *c. cum infirmitas 13. X. de Pœnitentiis*, quod Medici corporum, quando ad ægrotos vocati fuerint, ante omnia ægros monere debeant, & inducere, ut Medicos advocent animarum; quo poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur.

 Nam

Nam si deos habeamus infensos, parum morbis medici proderunt nostris, dicente M. Aurelio Imp. ad Mercurium Samnitem ap. *Gvev. H P Lib. III. cap. XXXIII. §. 582. p. 625.* Si quis autem Medicorum (pergit Pontifex) hujus nostræ Constitutionis, postquam per Prælatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit, tamdiu ab ingressu Ecclesiæ arceatur, donec pro transgressione hujusmodi satisfecerit competenter. *D. Joh. Brunneman. Jus Ecclesiasticum Lib. I. cap. VI. Membr. VII. §. 10. p. 218.*

§. 2.

Laymannus quidem *Theol. Moral. Lib. V. Tr. VI. cap. V. n. 5. in fin.* putat, hoc eo casu tantum obtinere, si gravis infirmitas esse videatur, cum mortis periculo conjuncta; sed si infirmitati corporis in tempore occurrendum, ne *sero medicina paretur, cum mala per noxas invaluere moras:* Cur non spiritualis quoque Medicina animæ in tempore applicanda, ne postea morbo præter opinionem citius ingravescente, rationis usus turbetur, & ita peccata dolendi occasio tollatur; si enim ullibi in mora periculum, erit hoc in dilatione pœnitentiæ, ubi unusquisque sibi dictum credat: *Tolle moras, semper nocuit differre paratis.* Legi meretur CRAS CORVINUM Dn. Amersbachii, & scripta alia ubicunque obvia. *D. Sam. Stryke in Brunnem. loc. cit. p. 226.*

Ægrum erga ut affectus?

Quid? siccis oculis, constanti corde, nec usquam
Mutato medicus vultu langventis amici
Explorat morbos, pulsum contrectat, iniquas
Corpore depellit labes, redditque saluti:
Nec DEus, æternum similis sibi, cernet ab axe
Siderea miseros homines immotus, & expers
Mœroris, duroque carens sub corde, dolore,
Nec nisi langvores elangvidus eximet ægris?

Evil. Sal. Bartasius Hebdom. II. Die II. Lib. I. p. 127. 128.

Cum Ægroto pacisci nequit.

§. 1.

Ratio hujus est, quia ægrotus propter metum mortis, & sanitatis cupiditatem facile Medico, quicquid vellet, promitteret. Sed constat, pactum, vel transactionem metu extortam nullius esse momenti, sed rescindi posse, *Dd. communiter Cod. de transact.* Ergo &c. Ad rescindendum autem contractum mortis metus justissimus dicitur, & exinde competit directa actio, quod metus causa, *l. 1. ff. de met. caus.* Vid. *D. Jac. Ayrer in Processu*

cessu juris Satanico contra Christum cap. I. Observ. VII. §. 18. 19. p. 21. 22.

§. 2.

Circa Medicos ementes ſuggerunt aliqui cautelam, ut inſeratur, venditorem ſano corpore, & ſana mente rem Medico vendidiſſe; quippe ſi ægrotus Medico vendat metu concuſſionis id feciſſe præſumitur, & hinc contractus reſcinditur, etiamſi non appareat enormis læſio per *Leg. 9. C. de Profeſſ. & Medic. & L. 3. ff. de extraord. cognit.* Verum vix ex illis textibus elici poterit, Medicum cum ægroto plane contrahere non poſſe; *In L. 3.* compulſio expreſſa adeſt, quæ facta per adverſa medicamenta; *Et Leg. 9. C. h. t.* donationem tantum ab ægroto in Medicum collatam inhibet, ut hinc alia ratio ſit in contractu oneroſo. Conſultius tamen eſt Medico, ut cum ægroto contracturus expectet, donec ad ſanitatem reverſus fuerit, vel etiam adhibeat teſtes, qui de libera voluntate ægroti teſtari poſſint, iniqvum enim eſſet Medico, bona fide agenti, hoc interdicere, quod aliis non denegatum. *D. S. Stryke de Cautelis Contractuum Neceſſariis S. II. cap. IIX. §. 5. p. 277. 278.*

Æſculapius.

Poſt Apollinem medicinam adhuc rudem & inertem, ab Apolline Patre inſtitutus, paulo ſubtilius Æſculapius excoluit. Qui qvum & ipſe multa ſubinde invenerit, factum eſt, ut a nonnullis inter primos etiam medicinæ inventores numeratus ſit. Relatus vero & ipſe, propter inſignem hoc tempore medicinæ peritiam, in deorum numerum, in ea enim ſic excelluiſſe fertur, ut ab equis dilaniatum Hippolytum, & Androgeum Minois filium, ab Athenienſibus, quod palæſtra cæteros ſuperaret, per invidiam, vel, ut alii memoriæ prodiderunt, a Marathonio tauro interfectum, ad vitam revocaverit. Quod *Propertius* iis carminibus ſignificare voluit, inquiens:

Et Deus extinctum Creſſis Epidaurius herbis
Reſtituit patriis Androgeona focis.

Nec non *Q. Serenus Samonicus*, qui de Æſculapio inter cætera ſic ſcribit:

Tuque potens artis, reduces qui tradere vitas
Noſti, atque in cœlum manes revocare ſepultos:
Qui colis Ægæas, qui Pergama, quique Epidaurum.

Leonhard. Fuchſius Inſtit. Medicinæ Lib. I. S. I. p. 2. 3.

Aliorum morbos curat, ſuos non agnoſcit.

Sæpiſſime uſu venit, ut medicus morbos curet alienos, & non co-

gnoſcat proprios, inquit M. Aurelius Imp. ad quinque magiſtros ap. *Gvev. Horol. Princip. Lib. II. cap. XLI. p. 452.* Aut alios curans ſeipſum perimat. Phyſicis obſervatum eſt, Charadrium (avis eſt maritima magna) fixis oculis in hominis ægroti faciem intentum, certam valetudinem ei reſtituere, malignis humoribus ex infirmi conſpectu in proprium ſuum corpus attractis; dum alios juvat, ſeipſum perimit. Bartholomæus Roſſus ſubſcripſit: EX ASPECTU VITA. Et Gilbertus: EX MORTE VITA! *Picin. M.S. Lib. IV. cap. XVI. n. 239.*

Per Anagramma: Dic! Sume!

Ne taceas *dic*, vana licet, bona præmia *ſume!*
Utuntur quidam principio hoc Medici.

M. Joh. Käyſer *in Parnaſſo Clivenſi p. 34.*

Angelus.

De ſummo illo Medico Galeno (quem Arabici Medici nominare ſolent SIGILLUM MEDICORUM, quod putent illum manum ultimam Medicinæ impoſuiſſe, *M. Gabr. Reuſſelius de Peſtilentia §. 5 p 11.*) veriſſimum anagramma, quoniam pulcherrime cum re ipſa quadrabat GALENUS, ANGELUS.

Angelus es: bonus an ne malus, Galene? ſalutis
Humanæ cuſtos; Angelus ergo bonus.

Cregutus in Revelatore Arcanorum Cap. XVII. p. 680. Sed quod *Cregutus l. c.* Galenum, tq. Angelum, ulterius ad Chriſtum, Angelum illum increatum, qui infinita ſua virtute, quosvis morbos & languores ſanavit, applicat *B. D. D. Andr. Dan. Habichhorſtio Diſput. Exeget. de Angelo ap DEum Meliz ex Job. XXXIII. 23. 24. Diſp. I. Ant. II. §. 2.* haud arridet, indignum enim, inquit, videtur, hominis ethnici nomen Chriſto applicare, & hinc Scripturam explicare.

Apollo.

§. 1.

Vulnerat & medetur, percutit, & manus ejus ſanabunt, Job. V. v. 18. ubi pro medetur, quod Ebræis eſt a *Rapha*, & de vulneraria medicina uſurpatur, Pſalm. LX. v. 2. *Aquila* habet Μοτώσει, quo LXX. uſi ſunt Oſ. VI. v. 1. Μοτὰ vero, ut obſervat in Oſeam *Hieronymus*, appellantur linteola, quæ inſeruntur vulneribus, ut putridas carnes comedant, & extrahant purulentias; Noſtri Chirurgi vocant, einen Meyßel. De hac Chirurgia DEI aliquid innotuit paganis, unde Apollini cognomina *Pæan*, ἀπὸ τȣ͂ παίειν, a per-

percutiendo, & *JEſus, ἀπὸ τῦ ἰᾶσθαι*, a ſanando. Sic de DEO Opt. Max. apud Oſeam LXX. *πέπαικε καὶ ἰάσεται ἡμᾶς*, percuſſit & ſanabit nos. Nempe DEus facit, ut peritiſſimi Medici, qui diſſimilibus morbis curas diſpares præſtant &c. *Salvian. VI de Provid.* non ut *ἀπότομοι ἰατροὶ*, qui vivis oſſa legunt, & totas in viſcera manus demittunt, *Nazianz. περὶ εὐταξίας. Seneca ad Marciam Cap. XXII.* Coactus ad urendum & ſecandum accedit, ut boni Medici. *Cicer. I. Offic* & ut canit *Proſper in Epigr.*

Salvandis ipſa quoque conſulit ira,
Ut curat medicus vulnera vulneribus.

§. 2.

Lex enim Chirurgi eſt, ut vulnera, quæ ad oſſis inſpectionem longa ſatis, aut lata non ſunt, aut ſi qua concava non admittunt medicinas, aperiat & ſecet. *Hippocr. de Capit. Vulner.* Imperitus Medicus eſt, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat, & in altis receſſibus viſcerum, virus incluſum dum ſervat, exaggerat. *Cyprian. de Lapſ.* Hinc ſimulachra Apollini manu dextra geſtabant Gratias, arcum cum ſagittis ſiniſtra, quod ad noxam pigrior, & ad ſalutem ſit promtior. *Macrobius I. Saturn. Cap. XVII.* At nos querimur, obluctamur.

Cumque DEus medicinam cœlo demittere curam
Dignatur, penituſque putres abſcindere fibras,
Incuſamus opem teneri, & tabeſcere morbo
Malumus, antidoti quam vim tolerare ſeveri.

Proſper. de Provident. Conf. 1. Sam. II. v. 6. Pſalm CXLVI. v. 3. Oſeæ VI. v. 1. &c. *Urſinus Theol. Symbol. Cap. II. p. 10. 11.*

§. 3.

Græci, apud quos primum exculta eſt medicina, Apollinem DEum inventorem ejus fuiſſe tradunt. Primus enim Apollo herbarum ac medicinæ uſum, antea prorſus neglectum, invenit. Græcorum de medicinæ origine ſententiam ſecuti ſunt etiam Latini ſcriptores, qui itidem Apollinem ejus fuiſſe inventorem memoriæ prodiderunt. Nam inter Latinos Poëtas non contemnendæ autoritatis *Ovidius*, Apollinem ita loquentem, & inventionem medicinæ ſibi arrogantem fingit, *Lib. I. Metam.* inquiens:

Inventum medicina meum eſt, opifexque per orbem
Dicor, & herbarum ſubjecta potentia nobis.

Fuchſius l. c. p. 2.

Ἀπότομος, Sectiones ſpirans.

§. 1.

Medicum qui nihil, niſi ſectiones, uſtionesque ſpirat *ἀπότομον* vocat

Gregor. Nazianz. περὶ εὐταξίας p. 156. Exemplo sit Archagathus ille Peloponnesius, Lysaniæ filius, qui Romam venisse A. U. C. 535. & jure Qviritium donatus esse scribitur. Hujus adventum initio mire gratum, eumque *Vulnerarium* fuisse vocatum accepimus; mox a sævitia secandi, urendique transisse nomen in *Carnificem*, & in tædium artem omnesque medicos. *Plinius N. H. Lib. XXIX. Cap. 1. p. 525. Conr. Rittershusius Comment. ad Lib. VI. Salvian. p. 251. Polyd. Vergil. de Rerum Inventoribus Lib. I. cap. XX. p. 85.* Alias carnifex Medici est sector, quem ille adhibet. *Barthius Advers. Lib. II. cap. XIV. p. 80.*

§. 2.

Aleon Cretensis, cum filium suum inter horrendi draconis amplexum cerneret, sagittam tanta dexteritate ejaculatus est, ut illæso filio, draconem interfecerit, uti Virgilius, Sidonius Apollinaris, Valerius Flaccus aliique testantur. Eo alludens nonnemo sagittam figuravit, quæ serpentem manu sustentatum transfixerat, cum lemmate: FERIENDA FERIT, seu: PETENDA PETO. Ita prudens medicus, aut chirurgus solam affectam partem incidit, reliquo corpore illæso. *Picin. M. S. Lib. XXII. n. 106.*

Celebris.

Hæredes Eliæ Rudolphi Camerarii Medicinæ Professoris Würtembergiæ Ducis Consiliarii & Archiatri, ex diariis ipsius numerarunt trigesies ter mille, ducentos & octoginta ægros, quos consiliis adjuverat, quorum singula nomina, cum ipsis morborum generibus accurate descripsit. *Andr. Caroli in Memorab. Eccles. Tom. II. Lib. X. p. 725.*

Clinicus.

Dicitur is, qui decumbentes invisit. *Josephus Laurentius Polyma Lib. I. Diss. XXI. p. 127. seq.*

Cœcus.

Weil die beyden Medici, so der verstorbene Cardinal Mellini in seiner Kranckheit gebrauchet, auf den einen Auge blind gewesen, so hat sich ein lustiger Kopff gefunden, welcher folgendes Distichon gemachet, und solches in des Verblichenen Hause ausstreuen lassen:

Quid mirum, ignota periit Mellinius arte,
Si Medicus curans cœcus uterque fuit.

Was Wunder ist es, daß *Mellini* nicht genesen,
Sind seine *Medici* doch beyde blind gewesen.

Hamburgische Historische *Remarques* über die neuesten Sachen in Europa, *Ann.* 1701. 12. Woche, *22. Mart. p. 89.*

DEus.

DEus.

Pie *Ambrosius in Psalm. XXXVII.* de DEO Medico cœlesti summo ipsi nos committamus, parati quo velit curari medicamento; Nemo dicit Medico corporis sui quomodo curandus sit: Novit medicus, quæ singulis vulneribus medicamenta conveniant. Si dixerit medicus medicinæ genus, quo curari æger debeat, & ille fastidit, discedit medicus, ægrumque relinquit: vides eum, qui curari velit, omni modo medico acquiescentem, ap. *Thom. Gataner. Annot. in Lib. VI. M. Antonin. Imp. §. 55. p. 255.*

Doctor a Principe creatus.

§. 1.

Borisius Gudeno, summus Moscovitarum Dux, humiliter a Germano, quem in servitiis habebat, rogatus, ut veniam daret adeundi Academiam quandam Germaniæ ad acquirendos honores Doctorales in arte medica, quæsivit: Quid esset honoris gradus? acceptoque responso: Medicinæ Studiosum probe explorari, quantum in arte profecerit? sufficientique scientia instructum pronunciari Doctorem solenniter ac publice, additis literis testimonialibus, Academico sigillo munitis, subridens exclamavit Borisius: Ohe, non opus est, ut abeas in Germaniam; Tuam artem ipsemet exploravi, placet. Ego te Doctorem artis medicæ pronuncio, talem etiam ab omnibus haberi volo, & in testimonium rei, diplomate in majori ac meliori forma te ornabo. Dictum factum. *Andr. Caroli l. c. Tom. I. p. 48.*

§. 2.

Aliter Sigismundus Imp. Quidam Legum Doctor Georgius Fiscellus insignia Equestris militiæ ab hoc Imperatore acceperat: postea, cum quibusdam de rebus in Concilio Constantiensi deliberaretur, ac Doctores Legum hinc, Eqvestres inde seorsim consisterent, dubitavit hic Doctor, utrum his an illis se adjungeret, cumque ad Equites inclinaret: Stulte, ait Imperator facis, qui literis militiam præfers. Nam ego Equites mille uno die fecerim, Doctorem unum mille annis non fecerim. *Heidfeld. S. T. P. Cap. XXV. p. 564. Zwinger. Vol. VII. Lib. IV. p. 1920. & Lib. VI. p. 2024. Conf. Th. Lansius in Consult. de prærog. Certamine, quod est inter Milites & Literatos.*

§. 3.

Dionysius Sophista, quem Adrianus Cæsar unice amabat, approbavit dictum Sigismundi: Cæsar, *inquit*, potest honorem ac pecunias largiri, Rhetorem facere non potest. Cæsar enim Heliodorum, studio verius quam judicio fecerat magistrum Epistolarum. *Dion in Adriano.* Optime Gre-

Gregorius Rom. Ecce! Sereniſſimus Dominus Imperator fieri ſimiam leonem juſſit, & quidem proviſione illius vocari poteſt, fieri autem leo non poteſt. *Thom. Gataker. Annot. in Lib. XI. Anton. Imp. §. 29. p. 411. b. D. I. A. Oſiander Th. Caſual. P. III. Cap. II. p. 76. D. Henric. Hahnius de jure Nobilium ſingulari §. 3.*

Dominatur corpori.

Jener ſchertzte und ſagte: Der Menſch habe dreyerley, das ſein eigen, und doch nicht ſein eigen ſey; Er habe die Seele, darüber gebieten Lehrer und Prediger; Er habe den Leib, den müſſe er denen Medicis unterwerffen; Letzlich habe er ſeine Güter, die beherrſchten die Juriſten. *D. Miſand.* wohlgeplagter Prieſter Cap. VI. p. 69.

Fraudans & fraudatus.

Vidua quædam, oculis læſa, medicum conſuluit, qui mederetur oculis. Iſte ſeſe hoc facturum eſſe pollicebatur, & cum vidua de ſoſtro, ac certa pecuniæ ſumma pactus eſt. Curationem vero ita inſtituit, ut oculis medicamentum oblineret, poſt vero eos obligaret; interim ſemper ſecum abſtulit, quæ domi ſibi placuerant; quo ipſo continuavit, usque dum domum optimis rebus ſpoliaſſet. Tandem viduam, cum oculis recte videret, ſoſtrum rogabat, quod promiſerat; iſta vero negabat, ſe videre poſſe: ante enim ſupellectilem ſeſe videre potuiſſe, jam vero nullam videre, ante modo oculis læſam fuiſſe, nunc omnino oculis orbatam eſſe, quare ad nullum ſoſtrum teneretur, nihilque ipſi dedit. *M. Joh. Sam. Adami in Florileg. Angl. P. I. 1052.*

Gratis curare non tenetur.

§. 1.

Medicus non gratis, ſed condigna mercede præſtita mederi tenetur. *Joh. Harprecht ad Inſtit. Diſp. XII. in ſupplement. lit. h.* Tum quia nemo ſuis ſtipendiis militare cogitur, maxime divitibus, *gloſſ. in Cap. I. verb. inferas. diſtinct. 83.* Tum quia & JCtus juſtum conſilium & patrocinium licite vendere poteſt, nec gratis conſulere, aut poſtulare compellitur. *can. non licet 69. cauſ. 11. quæſt. 3.* Debetur Medico ſalarium, etiamſi de eo non convenerit, *l. 1. §. 1. ff. de variis & extraord. cog. Bal. in l. 1. Cod. mandati.* Etſi non convenerit, petere poteſt officio judicis, *Bart. in l. nec quicquam §. ubi decretum. lect. 1. n. 3. ff. de off. proconſ. & leg.* Sin autem convenerit de ſalario, competit actio in factum. *D. Jacob. Ayrer in Proceſſu juris Satanicæ contra Chriſtum Cap. I. Obſerv. VII. §. 15. 16. 17. p. 21.* Limita, in pauperibus; his enim gratis mederi medicus debet, & præmium

a Deo

a Deo expectare, *gloss. & Praepos. in cap. I. distinct. 83.* cum non debeat apud Medicum plus valere pecunia, quam vita morituri, *can. non satis 14. in fin. dist. 86. Barbosa Thes. LL. CC. jurispr. lib. XI. cap. XVII. Ax. II. p. 452.* Idem dicendum de Clericis & Professoribus, Advocatis, hi enim patrocinium suum pauperi detrectantes mortaliter peccant. *Gail. Lib. I. Observ. XLIII. n. 14.* Idem in judice & Commissariis. *Gail. ibid. Brunneman. Praelect. in Reg. juris Canon. Reg. LXXV. Lib. VI. Decret. §. 14. p 150.*

§. 2.

Alias post recuperatam sanitatem Medicus potest accipere praemium obsequii, licet salarium ex publico habeat. An autem ante recuperatam sanitatem, disputat *Speckhahn. Cent. I. Q. XXVI.* Nostris sane moribus licebit quandocunque honorare Medicum. Sed quid si nostrorum aliquis paciscatur cum Medico de certo honorario recuperatae salutis, si denuo inciderit in eundem morbum, an eodem honorario Medicus curare debeat aegrotum? Resp. quod sic, quia ex recidiva colligitur non esse perfecte sanatum morbum, & idem morbus continuatus videtur. *Peretz* hic tradit, medicum posse petere remunerationem etiam mortuo aegroto, & Medicum non debere ob negatum vel dilatum honorarium aegrotum, praesertim divitem, deserere. Nec debet Medicus denegare suam opem & curam, quod aegrotus prius Empyrico vel Agyrta quodam usus sit, licet nonnulli id probent, male tamen. Quia nulla ex causa homini periclitanti consilium denegandum est, etiam sceleratissimo. Denique male faciunt Medici, si periculum & mortis praesagium aegrotum celent, nec admoneant de venando Medico animae *D. Joh. Brunneman. Comment. in Cod. Lib. X. Tit. LII. p. 1225. a.* Debentur illis salaria vel honoraria annua, a Republ. vel privatis constituta totius temporis, quantumvis hi multum ante tempus decesserint, quia scil. non intuitu laborum mercedem, sed honorarium magis accipiunt. *Bened. Carpz. jurisprud. Forens. Roman. Saxon. P. II. Constit. LI. definit. XII. p 869.*

Honorandus, Sir. XXXVIII. 1.

Τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτȣ̃, honora medicum suis honoribus, convenientibus usui ipsius, q. d. Medicum muneribus tibi concilia, ut tibi praesto sit, dum eo indigebis, i. e. in morbo tuo. *Ben-Sira* ita expressit: Honora Medicum, antequam ejus indigeas. *Scholiastes Hebraeus* in hunc Autorem, Medico, scribit, honos habendus, muneraque mittenda, ut cum in morbum incideris, eorum memor te libenter invisat. *Fesselius Advers. Sacr. Lib. III. cap. III. p. 236.* Ludovicus XI. Rex Galliae gab in seiner letzten

Kranckheit dem Medico monatlich 10000. Cronen, daß er ihn solte beym Leben erhalten. Cominæus Lib. VI. cap. VII. Es hätte Henrici, Königs in Engeland Leib-Medicus, Thomas Linacrus, dazumahl leben sollen, auf dessen Leich-Stein geschrieben worden, quod multos ætate sua langventes & qui jam animam despondęrent, vitæ restituerit. *Chytræus in Delic Itin. p. 766.*

Juventutem reproducere valens magis coleretur, quam Templum Apollinis in Asia.

O si pharmacon invenisses Claudi, aut herbam reperisses, qua canos viris de capite, rugas fœminis e facie tolleres, magis, mihi crede, & certo certius habeto, visitareris & colereris Romæ, quam Templum Apollinis in Asia. M. Antoninus Imp. ad Claudium ap. *Gvev. l. c. Lib. III. cap. XXIII. p. 583.*

Medicæ artis peritia præditus esse debet.

§. 1.

Medicus artis medicæ peritia, & morum probitate præditus esse debet, *l. 1. ff. de decret. ab ord. fac. cap. ad aures 7. de ætat. & qualit.* Unde Medicus, qui se in medicina peritum asserit, tria singulis in morbis se scire præsupponit, *præterita* videlicet, i. e. unde morbus originem traxerit; *præsentia*, h. e. quo in statu & gradu morbus existat, & *futura*, i. e. an curabilis sit, nec ne. *Card. Florent. in cap. ad aures de ætat. & qualit.* ejusque notitia cognoscitur exinde, si non solum morbi causas sciat exprimere, secundum *Hippocrat. in prolegom. prognostici*, sed & noverit opportuno tempore langventibus medicinam præbere: properata enim nimis, vel retardata remedia raro prodesse, colligitur *ex can. absit 23. distinct. 50. juxta illud Poëtæ:*

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

§. 2.

Nec sola scientia sufficit, sed cum diligentia & solertia conjuncta esse debet, *d. cap. ad aures* ibique *Panorm. de ætat & qualit. cap. tua nos 19. vers. si tamen causa, de homicid.* Non itaque satis est, ut Medicus bonam medicinam canonice præparet, sed eum advertere etiam oportet, ne aromatarius, vel pharmacopola, quid pro quo misceat: aut pharmacum ex corruptis & vetustis speciebus, quæ magis nocere, quam prodesse solent, conficiat. *Barbosa Thes. LL. CC jurisprud. Lib XI. cap. XVII. Ax. I. p. 451. seq.* quomodo Medicus Castrensis justam administrationem Medicamentorum a Chirurgis applicandorum curæ cordique habere debeat habet *D. D. Georg.* Glo-

Krengiesser *Diss. Inaug. de Curationibus Castrensibus §. 20. p. 17. & §. 22. p. 18. seq. & § 38. p. 33.*

Pro Mercede Regnum accipiens.

De Melampo quodam medico Historici referunt, quod pro Argivarum muliercularum curando furore regni partem dimidiam mercedis loco poscere minime erubuerit. Recusantibus id Argiis, & ab insania non cessantibus mulierculis, insuper etiam tertiam partem regni fratri suo petiit. Argii in arctum redacti omnia ista medico cesseruut. *Herodot. Lib. IX. ap. Heidf. S. T. P. cap. XXXIV. p. 690.*

Naturæ & DEI administer.

Scienter traditum, sanitatis autorem esse DEum, DEI instrumentum esse naturam, sed utriusque ministrum dici Medicum. *Cælius l. c. Lib. XXIX. cap XI. p. 597.* quam ob id putavit Salomon, quod altissimus eum creaverit ad sublevandam necessitatem, vel ad sustentandam humanæ fragilitatis indigentiam, ut *Cassiodorus* scripsit *Lib. VI. Epist.* ap. *Salm. in Pancir. P. II. Tit. I. p. 48. a.* vid. & *Lemnius de Occult. Nat. Mirac. p. 151.* Medicum τῆς φύσεως ὑπερέτην καὶ μιμητὴν, naturæ ministrum ac imitatorem dixit *Hippocrates*, teste Galeno de dogm. Hip. & Plat. L. IX. C. VIII. ap. *Th. Gataker. in Antonin. Vit. L. XI. p. 393.* Galenus τῆς φύσεως speculatorem & ventilatorem ap. *D. Jodoc. Willichium in Comment poster. de rerum copia paranda cap. V. p. 91. G. W. Wedel. cent. Exercit. Dec. V. Exerc. IX. p. 44.*

Pauper populi recte valentis signum.

Octavius Imp. felicis memoriæ, urbem per æstatem morbis infestari animadvertens, gravi constituta poena vetuit, ne Salona poma in urbem vendenda importarentur; quæ res mirabile dictu, effecit, ut tum urbs recte valeret, tum medici sponte ex urbe discederent; Magnum enim populi recte valentis signum est medicus pauper. M. Aurel. Imp. ad Dædalum amicum ap. *Guev. H. P. Lib. II. cap. XXIX. p. 374.* Medici omnium pessime habent, cum reliqui omnium optime. Jocus est Philemonis ap. *Stobæum serm. CII.* Quis ille quæso est? *Medicus.* Heu, quam habet male omnis Medicus, cum sese nemo habet male! *Heidf. S. T. P. cap. XXXIV. p. 692.*

Philosophus sit.

§. 1.

Eum, qui feliciter manum Medicinæ admovere cupit, talia in Philosophorum scholis cognovisse oportet. Neque enim in ea sumus sententia, Medico superficialem quandam Philosophiæ, atque inprimis Physicæ, cognitio-

gnitionem ſufficere; ſed plane cum *Galeno*, qui id peculiari libello docuit, nobis perſvaſum habemus: SI QVIS OPTIMUS MEDICUS EST, EUNDEM ESSE PHILOSOPHUM; neque ſine Philoſophia quenquam ſolidam Medicinæ cognitionem ſibi comparare poſſe, nullamque in Medico eſſe perfectionem ſine illa encyclopædia, quæ homini viam munit ad felicitatem *D.D.Sennertus Inſtit. Med. Lib. I. cap. XV. p. 132. b.* Rabbini ſtudium Philoſophicum judicant pernicioſiſſimum, & non niſi Medicorum filiis concedendum arbitrantur. *R. Leo Mutinenſis de Ceremon. & Conſvet. Jud. P. II. cap. II. §. 1. p. 57.*

§. 2.

Ubi definit Philoſophus naturalis, ibi incipit elegans Medicus, inquit *Ariſtoteles*. Ut enim plantæ radices ſuas in terra fixas habent, per quas alimentum ſuſcipiunt, conſervantur tamen ambientis aëris temperie, & vitali ſiderum influxu vegetantur: ita quoque ars curandi homines, ex media Philoſophia principia & fontes ſuos petit, qui deinde particularibus Medicinæ præceptis illuſtrantur & confirmantur. Quare Medicina nihil aliud eſt, quam particularis quædam, & ſenſibus objecta Philoſophia naturalis. Phyſicus enim in univerſum omnia naturalia corpora, atque etiam humanum conſiderat, ſcientiæ cauſa: at Medicus circa ſolum humanum corpus verſatur, non tantum ut ſciat illius naturam, ſed potius ut ex hac ſcientia modum operationis & actionis deducat. Quemadmodum ergo ad moralem Philoſophiam jurisprudentia, ad Metaphyſicam Theologia reducitur: ita ad naturalem, ſacra Medicina. *Zwingerus Vol. V. Lib. II. p. 1229.*

§. 3.

Medicus, ut loci mutationem recte præſcribere, ægrumque eo ubi ſibi congruentem aërem inveniat, ablegare poſſit, *primum* locorum notitiam habeat, adeoque *Geographiæ* peritus ſit, neceſſe eſt. Locorum autem notitiam conſequetur, ſi vel ipſe crebris peregrinationibus locorum ſitum ac diverſitatem perluſtrando inquiſiverit: aut ex aſſidua lectione eorum, qui de iis aliquid memoriæ prodiderunt, didicerit. Ex omnibus autem aliis vel unus *Strabo*, plurimum ad id inſtitutum adjumenti afferet medico. *Dein*, ut ventorum quoque rationem cognitam habeat medicus, oportet. Ad quam conſequendam, plurimum conferet *Hippocrat. Sect. III. Aphoriſmorum*, aliisque in locis: præterea *Ariſtoteles* aliique, qui hanc rem ex profeſſo tradiderunt, philoſophi. *Poſtremo* ad loci mutationem recte præſcribendam, non parum aſtrorum ac ſiderum ortus & occaſus cognoviſſe conferet, quod aëris & cœli conſtitutionem, quod experientia ipſa confirmat, mirifice immutent. Ut hinc etiam palam fiat, medico neceſſarium eſſe, ut eam partem *Aſtronomiæ*,

mia, quæ aſtrorum ac ſiderum ortus occaſusve tradit, perſpectam habeat. Eam vero, quæ ſuperſtitioſa quadam obſervatione ex aſtris neſcio quæ portenta, & mendaciorum prodigia prædicit, ac futurorum eventum vaticinatur, & ob id Aſtrologia ac divinatoria nominatur, medicus veluti certiſſimum artis impedimentum audacter contemnere debet. Quam enim ſuperſtitioſa rerum vanitate ſit contaminata, adeoque Chriſtiano homine indigna, & nefandiſſimis anilibusque figmentis ac deliramentis conſperſa, ab aliis doctrina excellentibus viris abunde eſt monſtratum. Et certe omnium odio digna eſt, quod libertatem animi actionesque noſtras ſiderum neceſſitati perperam obſtringit. *Leonh. Fuchſius Inſtit. Med. Lib. 2. S. 1. c. 2. p. 294. 295.* conf. omnino Apparat. Noſtr. Curioſ. & Pract. Tom. I. in Tit. *Aſtrologia falſa p. 367. ſeq.*

MEDICO
Comparatur CHRISTUS.

§. 1.

Sicut Medicus ægroto præſcribit diætam, prolicit ſudorem, minuit ſangvinem, & exhibet potionem καθαρτικὴν: Sic Chriſtus, ut nos a peccati morbo ſanaret, jejunavit quadraginta diebus: ſangvinem pro nobis ſudavit: ex quinque vulneribus corporis ſangvinem largiter emiſit, & pro noſtra ægritudine pellenda aceto ſe potari permiſit. Monſtratum ſic eſt in capite, quod fiebat ſalutare in corpore. *D. Gerhard. Harmon. Evang. Contin. cap. 202. p. 2026.*

§. 2.

CHRISTUS animæ Medicus, qui cum morbos & infirmitates ipſas, tum earum cauſas gratioſe ex nobis exemit, eas in ſe recipiendo, ſibique appropriando, Eſ. LIII. v. 4. Audiamus ſanctorum Patrum de hoc Medico encomia graviſſima. *Auguſt. ſup. Joh.* Magnus per totum mundum jacebat ægrotus, h. e. totum humanum genus multis animæ & corporis ſubjectum angoribus & langvoribus, ac ideo magnus venit Medicus, cujus livore ſanati ſumus. Nam revera videmus, quod innumeris vitiorum morbis anima ægrotat hominis. Denique & in corpore nullum eſt animal, quod tot & tantas infirmitates pati cogitur. O vere admirabilis & amabilis res, pietatisque pleniſſima, quod fuſus eſt ſangvis medici, & factus eſt medicamentum phrenetici.

§. 3.

Ambroſius ait: Hic poteſt auferre cordis mei dolorem, & animæ pallorem, qui novit occulta: Inveni medicum, qui in cœlis habitat, & in terris

ſpargit medicamenta: hic ſolus poteſt ſanare vulnera mea, qui neſcit ſua. *Iſidorus Lib.1.de Summo Bono cap.14.* Venit Medicus, cum eſſemus infirmi: patefecit vulnus, compoſuit ſemetipſum, & de ſua morte nobis medicinam aptavit, ut non eſſet tantum oſtenſor vulneris, ſed & ſanator. *Heidf. l.c. cap. 34. p.686.*

§. 4.

Ein Medicus muß I. **etwas gründliches ſtudiret haben**, recht gelehrt und verſtändig ſeyn, daß er die Kranckheiten aus ihren Indiciis, und mit ihren Symptomatibus erkennen und wiſſen kan, wie er denſelben begegnen ſolle: **Wer iſt gelehrter und verſtändiger**, als der, in welchem alle Schätze der Weisheit und Erkenntnis verborgen liegen?

II. **Einem Medico iſt es ein groſſer Ruhm** und Zierde, wenn er peregriniret, und ſich an vielen Orten wohl verſuchet hat: Ich meyne ja, der HErr JEſus habe ſein Lebtag gnugſam gereiſet, im gantzen Jüdiſchen Lande iſt er umher gezogen ꝛc. Actor. X. Wie gar offt iſt er doch auf der Univerſität zu Jeruſalem geweſen?

III. **Einem** Medico **iſt es ehrlich**, wenn er promotus Doctor iſt; Chriſtus iſt der Doctor mit der gelehrten Zungen, den GOtt ſein himmliſcher Vater in der Wüſten hat 40. Tage lang laſſen examiniren, und ihn bey ſeiner Tauf und Verklärung publice creirt und renuncirt, daß er ſein Sohn, und ein ſolcher bewehrter Lehrer ſey, den man hören ſolle.

IV. **Ein** Medicus **muß erfahren ſeyn**: O was groſſe Experientz hat der HErr ſich geſchafft! wiewohl er GOttes Sohn war, hat er doch an dem, das er leydet, Gehorſam gelernet, und iſt allenthalben verſucht, gleich wie wir, doch ohne Sünde. Hebr. V.

V. **Das beſte Kleinod** an einem Medico iſt die Gottesfurcht, und fleißiges Gebet für ſeine Patienten: **Der HERR JEſus iſt der allerhelleſte Spiegel der Gottesfurcht**, und aller Chriſtlichen Tugenden, die er in höchſtem Grad mit glänzenden Sonnen-Strahlen zu allen und ieden Zeiten an ſich hat funckeln laſſen: Und wie gar hertzlich er gebeten habe, nicht nur für ſeine Freunde, ſondern auch für ſeine Feinde, und für alle Menſchen, das hat man von ihm gehöret, ſo wohl am Creutz, als auch aus ſeinem langen Valet-Gebetlein, welches Johannes Cap. XVII. beſchrieben hat.

VI. **Ein** Medicus **muß nicht allein verſchwiegen ſeyn**, daß man ihm ſeine heimliche Noth klagen dürffe, ſondern auch facundus und beredt, daß er dem Patienten einen Muth einſpreche: Dem HErrn JEſu ſtehet alles ſicherlich zu vertrauen, und holdſelig ſind ſeine Lippen, daß er weiß zu reden mit den Müden zu rechter Zeit, und zu tröſten alle Traurige. Eſ. L. & LXI.

VII.

VII. **Ein** Medicus **muß treu und fleißig seyn**, und sich keine Mühe noch Arbeit dauren lassen: Von unserm HErrn zeuget Moses: Treu und fromm ist er, Deut. XXXII. Er sagt zu einem ieden unter uns: Ja mir hast du Arbeit gemachet in rc. Es. XLIII.

VIII. **Ein** Medicus **muß willig seyn**, und mit seinem guten Rath und That iedermann willfahren: O wie willig ist der HErr, einem mit Noth und Tod angefochtenen Christen zu helffen! Seine Lust ist es, daß er ihm Gutes thut, wie er sich im XCI. Psalm erkläret: Er begehret mein rc.

IX. Ein Medicus **muß demüthig und freundlich seyn**: Darinn hat der HErr auch stetig excellirt, und uns deswegen zu seiner Nachfolge invitiret, Matth. XI. Lernet von mir rc.

§. 4.

Hiernechst aber, weil er in allen den Vorzug haben muß, thut er es auch in vielen Puncten allen leiblichen und irdischen Medicis bey weitem zuvor. I. Andere Medici **sehen nur auf die natürliche Ursache** der Kranckheiten; Er aber dringet immerdar auf die geistliche, welche die Sünde ist, vid. Matth. IX. de paralytico.

II. Andere Medici wissen nicht alle Krafft und Wirckung der Kräuter und anderer Medicaminum, daher sagte jener vortreffliche Medicus Nerophilus beym Plinio recht und wahr: Es trete mancher seinen Artzt mit Füssen, und lauffe über einem solchen Kräutlein unwissend her, welches ihm leicht helffen könte, wann ihm dessen Vis und Virtus bekandt wäre: Der HErr JEsus aber kennet alle Simplicia, wozu sie dienen, weil sie seine Geschöpffe sind, und er ihnen ihre Krafft eingepflantzet hat. Denn für ihm ist keine Creatur unsichtbar, sondern alles blos und entdeckt für seinen Augen. Hebr. IV.

III. Andere Medici curiren **alleine mit denen Mitteln**, welche GOtt und die Natur ihnen an die Hand bieten: Der HErr JEsus hingegen hat an derer Statt und Stell ein solches Wort, welches alles heilet, Sap. XVI. drum redet ihn auch der Hauptmann also an: Sprich nur ein Wort, so rc. Matth. VIII. Und der Königische glaubte dem Wort rc. Joh. IV.

IV. Andere Medici **nehmen ihrer Patienten** Kranckheiten **nicht** auf sich; von Meßia aber weissaget Esaias Cap. LIII. Fürwahr er trug rc.

V. Andere Doctores **können nicht alle Kranckheiten** curiren; Der HErr JEsus hingegen ist ein solcher Doctor, der da heilet alle Gebrechen, Ps. CIII. & CXLVII. Leibes- und Seelen- und Todes-Noth rc. *D. Walther in Postill. Mosaic. p. 222. seq. ap. Bauman. in Anal. Allegor. p. 601. seq.*

Ecclesiæ Doctor.

Ministri verbi divini sunt Medici, quia dant I. *Fomenta* doctrinæ, ut

Chri-

Christus, Matth. XI, 29. Discite a me. II. *Ungventa* adhortationum 2. Tim. IV. v. 1. III. *Malagmata* orationis, 1. Tim. II. v. 2. IV. *Potus & cibos* medicabiles S. Scripturæ, Joh. VI. v. 54. V. *Exurunt* per clavem ligantem, Joh. XX. v. 23. VI. *Virga legis* incidunt, Hos. VI, 5. VII. *Concionibus pœnitentiæ* expurgant, Matth. III, v. 12. VIII. *Myrrham* passionis Christi propinant, 2. Tim. II. v. 8. IX. *Pigmenta svavitatis* sunt duo sacramenta. X. *Unctiones* sanitatis sunt dona Sp. S. *Botsac. Moral. p. 597.* conf. *Glassius Rhetor. Sacr. Tr. I. cap. 12. p. 353.*

Magistratus.

Ita appellatur Es. III. v. 6. I. *Quia expurgant* noxios Reipubl. humores, maleficos, magos, latrones. II. *Quia* προφυλακτικὰ *vitiorum* in legibus proponunt. III. *Quia diætam honeste vivendi* præscribunt. *Baum. l. c. p. 1001.*

DEUS in plagis similis.

Sicut optimi ac peritissimi Medici dissimilibus morbis curas dispares præstant, atque aliis per dulcia medicamina, aliis per amara succurrunt, & quosdam curant cauteriorum adustione, quosdam malagmatum placabilitate, aliis adhibent duram ferri sectionem, aliis blandam infundunt olei lenitatem, & tamen diversissimis licet curis eadem salus quæritur; ita etiam DEUS noster, si quando nos plagis austerioribus coërcet, quasi cauteriis & sectionibus curat: quando autem rebus prosperis refovet, quasi oleo & malagmatibus consolatur; Per diversam enim medicaminum opem, ad unam nos vult perducere sanitatem. *Salvianus de Gubernat. DEI Lib. VI. §. 206. 207. p. 235.*

Pietas necessaria.

Hippocratis præceptum est, pietatem religiosam medico inprimis curæ esse oportere, quod ad popularem gratiam plurimum opinio ista faciat: cum non raro, qui de salute sua desperant, ob ipsius medici probitatem tamen deorum iræ leniendæ spem aliquam concipiant. *Zwingerus Vol. V. Lib. II. p. 1245. b.*

Sexagesimus manum non porrigat.

Tiberius Cæsar dixisse fertur: Eum hominem sibi videri ridiculum, qui sexagesimum prætergressus annum, manum porrigeret Medico. Sentiens hominem tam grandem oportere jam scire, quomodo sibi mederi debeat. Porrigunt manum medico, qui consulunt illum explorantem pulsus venarum. *Plutarch. ap. Zwing. Vol. 7. Lib. 4. p. 1917. a. Erasm. in Apopht. Lib. 6. in Tiberio cap. 13. p. 474.* Diodorus Siculus testatur apud

Ægyptios

Ægyptios legem fuiſſe, ut nec Regum, aut Principum quisquam, qui liberos ſuſcepiſſet, nec quisquam alius de plebe ſexageſimum ætatis annum ſupergreſſus, domum ſibi ædificaret, niſi ſepulchrum prius ſibi conſtruxiſſet: *Gvevara Epiſt. ad Didacum Gvevar. p. 64.*

MEDICUM
Alexander M. in crucem egit.

Alexander M. Hephæſtione amico febre in Media abſumto, Medicum in crucem egiſſe legitur, ap. *Joh. Monach. invit. Alex.* Quem videri poteſt imitari voluiſſe Petrus Medices, dum Leonem medicum doctum magis, quam fortunatum, in puteum præcipitavit, quod Laurentium patrem cum fiducia curandum ſuſceperat, & mentitus illico DEO expenſum ferebat, quod ſecus accidiſſet. Eo tamen crudelior etiamnum cenſeri poteſt Auſtrigildis Guntranni, Francorum Tetrarchæ, conjux, quæ lue infeſtata ac moribunda, maritum jurejurando adegit, ut duos medicos, qui fatum exorare nequiverant, morti addiceret. *Stephan. Forcatulus Lib. IV. de Imper. & Philoſ. Gallor.* Cui exſecrandæ voluntati, legibus improbatæ, Rex paruit, Manes uxoris innoxio ſangvine placaturus, peſſimo exemplo. *Salm. l. c. P. II. T. I. p. 47.* Zu Fontainebleau haben die Einwohner das Contrefait des Herrn Fagon, erſter Doctor König Ludwig XIV. aufgehangen und verbrand, aus Urſach, weil er Schuld an des Königs Tod, und ſie folglich dadurch keine Nahrung, ſondern groſſen Schaden litten. *Novellæ Berolinenſes Ann. 1715. N. 129. de dato Bern 20. Octob.*

Judæum Chriſtianus non adhibeat.

§. 1.

Medicus ægrotum ad implorationem auxilii Chriſti, ad confeſſionem & pœnitentiam ante omnia invitare debet, *cap. cum infirmitas 13. de pœnit. & remiſſ.* Nemo ergo ſe ſuosque Medicis Judæis committat, tum quia mortem appetere videtur, qui a Judæo ſanitatem exquirit: cum ſine auxilio Chriſti Salvatoris, ſe ſanum fieri poſſe opinetur, *can. quia 7. cauſ. 26 q. 2.* tum quia Judæi omnes Chriſti ſunt inimici, fideique Chriſtianæ hoſtes, blaſphemique nominis Chriſti, nec non pejores omnibus gentibus, ac Sodomitis, *cap. licet univerſis. 23. de teſtib. cap. I. c. cum ſit nimis 16. de Judæis, can. nonne 37. cauſ. 1. q. 1.* tum quia ſub excommunicationis pœna prohibitum eſt, ne in ſuis infirmitatibus alicujus Judæi Medici ope ægri utantur *cap. nullus 13. 28. q. 1. ap. Barboſam l. c.*

§. 2.

Satius eſt emori, quam ad Chriſti hoſtes accurrere, itaque ſanari. Quid

enim prodeſt curare corpus, anima pereunte? quærit *Chryſoſtomus Orat. V. adverſ. Jud. Tom. I. p. 41.* Nec deſunt exempla, quæ probant, Judæos ſæpe pharmacis ſuis Chriſtianos interemiſſe; Carolum Calvum Franciæ Regem Zedechias Judæus pulvere veneno temperato interemit, exemplum daturus poſteris, quam tuto ac prudenter Chriſtiani valetudinem ſuam Chriſti hoſtibus committant curandam. *Cluverius Hiſt. Mundi Epitom. p. 456.* Mirum, quod cum talis perfidiæ Judaicæ aliquot extent exempla, nihilominus non modo homines plebeji, ſed etiam Principes, & Reges Judæis, odio Chriſti flagrantibus, vitam ſuam credant. Nam & noſtro ſeculo Elector Imperii (Joachimus II. Elector Brandenburg.) a Medico ſuo Judæo, ſublatus eſt veneno. *Oſiander Centur. IX. H. E. p. 44.* Ita namque *Chytræus in Saxon. p. 602.* & ex eodem *Thuanus Lib. L. ad ann. 71. p. 783.* Extinctus eſt vi veneni, quod in Malvatico ipſi cubitum ituro, Judæus quidam familiaris miſcuerat. Qvod ſcelus quinquennio poſt, indicio vocis ab uxore Judæi cum marito rixante imprudenter emiſſæ, deprehenſum eſt.

§. 3.

Hinc colligi poteſt, ſcribit *Oſiander Cent. XIV. H. E. p. 417.* quomodo Judæi affecti ſint erga Chriſtianos, quibus tamen ſæpe Chriſtiani pro Medicis, cum vitæ ſuæ periculo, utuntur. Et *Cent. VI. p. 102.* Monſtri ſimile eſt, *inquit*, quod aliqui Chriſtiani, & quidem Principes, atque magnates, in corporibus ſuis curandis, aliisque negotiis non levibus, Judæorum opera utuntur, cum hoc maledictum genus hominum omnes Chriſtianos cane pejus & angve oderit, & ſi illis vires darentur, omnes Chriſtianos ſub cœlo delerent. *D. Mengering. Informat. Conſcient. Evangel. Dom. XXIV. p. Trin. Q. V. p. 1068. ſeq.* Et cum ipſi Talmudiſtæ dicant *in Kidduſchin f. 82. 1. Optimus medicorum meretur gehennam*, facile conſtabit, num conſultum ſit noſtris Medicis præferre eorum medicaſtros. Vid. *D. Müller. Judaiſm. p. 1436. Hotting. Theſ. Philol. Lib. I. c. 1. S. II. Q. IV. Ludovici* von Hörnigk *Tract. Medicaſter Apella, ap. B. D. Pfeiffer. Diſſ. Philol. I. §. 25. p. 10.* Medici Judæi plerumque ex deſperatione ad Medicinam accedunt, quando nempe reliqua ſua bona decoxerunt & hanc in libris ſuis occultis regulam habent, quod liceat impune occidere גויים i. e. gentem ſive Chriſtianos. Barth. *Keckerman. Syſt. Polit. Lib. I. cap. 8. p. 181.*

§. 4.

Et hæc ſententia negativa ampliatur, ut procedat etiam in perfido, vel apoſtata Chriſtiano. Perfidi namque Chriſtiani deteriores ſunt, quam Judæi: cum minus peccet, qui viam domini non agnoſcit, quam qui poſt agnitam retrocedit, *c. quidam de Apoſtat. C. ſi refugientes de pœnit. diſtinct. 4.*

Li-

Limitatur autem hæc conclusio nostra negativa, ut non procedat, si Medici Christiani haberi non possunt; tunc enim in subsidium, & propter necessitatem excusatur infirmus, opem & auxilium Judæi Medici exquirens. *D. Eberhardus Speckhan ap. Dedekennum Thesaur. Consilior. & Decision. Vol. II. S. VI. N. X. p. 156.* ubi & in antecedentibus aliorum multorum Theologorum judicia hac de re legi possunt.

§. 5.

Medicis hisce Judæis sequens jungatur Christianus Judaizans. Hamburgi Andreas Kempe, Medicus vagans, e Ducatu Bremensi eo delatus, contra Christianismum peculiari libro Judæis dicato, insurrexit, & recutitæ genti palpum obtrusurus, nescio quas in Christum blasphemias effuderat, cumprimis uni ex ditioribus Ebræis exemplar, spe muneris non contemnendi, eleganter compactum, offerri curavit: Hic autem, ut testatum faceret, sibi nec librum, nec ejus autorem placere, munus acceptum in manus Consulis Civitatis tradidit, qui Kempen de nocte lecto extrahi, & in custodiam duci jussit, ut nauci homo (jam antehac Svecia & Norwegia ejectus portentosi ob ingenii monstra) dignam lueret poenam. *Andr. Caroli in Memorab. Ecclesiast. Tom. II. Lib. IX. p. 483.*

MEDICE

Cura te ipsum, Luc. IV, 23.

§. 1.

Cum Dominus adagium protulisset, ejusdem mox & sententiam adjicit, quidque ii qui in ipsum adagio uterentur, sibi vellent, ostendit; videlicet oportere ipsum eadem miracula, quæ Capernaumi fecisset, & in patria Nazaretha præstare, atque ita non minus patriæ, quam aliis civitatibus prodesse. Hugo Grotius censet, adagium pertinuisse primum ad eos, qui cum sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam: postea produci coepisse longius ad eos, qui magis in alienos quam in conjunctos sunt benefici, tale esse illud *Virgilii:*

Hanc primum tutare domum.

Et hoc sensu usurpari h. l. Confert item cum eo Senarium Græcorum, quem *Plutarchus in lib. de discrim. adul. & amici*, & alibi, usurpat: Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. *Aliorum medicus ipse ulceribus scatens.* Item Æschyli illud in Prometheo: *Erras, & ut malus medicus in morbum prolapsus, abjecto animo es, nec invenire potes, quibus medicamentis ipse reddi possis sanabilis.* Ita vero pertinuerit huc etiam illud *Terentii:*

Nonne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare:
Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier?

Item illud *Servii Sulpicii in epiſtola*, quæ quinta eſt libri IV. epiſtolarum Ciceronis: Noli imitari malos Medicos, qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt.

§. 2.

Apparet hinc ſcriptores latinos, itemque Græcos, illam a malis medicis petitam comparationem non neſciviſſe; ſed ipſum tamen illud *ἰατρέ, θεράπευσον σεαυτόν*, totidem verbis & imperativo modo, prolatum, neſciviſſe videntur. Et recte omnino indicat *Theophylactus*, originem ejus adagii præcipue referendum eſſe ad Judæos. In Tanchuma quippe Sect. I. in Geneſin legitur ſic: *Medice cura claudicationem tuam!* Sed pluſcula quoque verba adjiciam, ut appareat, qua occaſione ibidem ſit uſurpatum: Adamus primus docere volebat nepotes ſuos de ſtatu conjugii. Reſpondebant ipſi: Medice cura claudicationem tuam. Tu fuiſti ſeparatus ab uxore tua centum & triginta annis, & vis docere nos. Curato prius morbum tuum. *Joh. Vorſtius Diatrib. de Adagiis N. T. p. 35. 36. Eraſmus Adag. Chil. IV. Cent. IV. c. 32. p. 898.*

Ut teipſum cures fruſtra, Gilberte, moneris:
Eſt tibi nam ſemper maxima cura tui.

Owen. Lib. II. Epigr. LXXXII. p. 33.

In MEDICO
Nemo laudet fortunam.

In Medico enim laudare fortunam, eſt Medici accuſare ignorantiam: Nec Medicus peritus ſperat fortunam, ſed juxta artis procedit normam. *Sperling. Phyſ. cap. VII. §. 2. 3. p. 50.* Vid. omnino *D. Sennert. Inſtit. Medic. Lib. V. P. III. S. III. cap. XLII. p. 1516. ſeq in fine libri.* Alias Cous fortunatum Medicum ſic deſcribit, qui 1) ſciens eſt, 2) recte agens & faciens, 3) pius, prudens, moratus, taleſque offendens. *G. W. Wedel Cent. Exercit. Dec. III. Exerc. VI. p. 31.*

MEDICO
Ignorante bibiſſe capitale.

Apud Locros Epizephyrios ſi quis Medico non imperante ſalutis ergo meracius hauſiſſet, perinde ac capitalem admiſiſſet fraudem, morte ſcelus expiabatur, ita ſanciente Zaleuco. *Cœlius L. A. Lib. XXVIII. cap. V. p. 504. Ælian. V. H. Lib. II. ap. Zwinger. Vol. V. Lib. II. p. 1231. a.*

MEDI-

MEDICI

Apud Ægyptios quot?

Medicina hunc in modum apud eos eſt diſtributa, ut ſingulorum morborum ſint medici, non plurium. Itaque omnia referta ſunt medicis. Alii enim ſunt oculorum, alii capitis, alii dentium, alii alvi partium, alii morborum occultorum. *Herodotus Lib. II. p. 134.* Ægrotos in viis deponunt, ut qui,cum morbum experti ſunt, iis conſulant. *Strabo Lib. III. Geogr. p. 164. ap. Tungerl. P. E. P. I. p. 618.*

Cauteria cur adhibent?

Quidam Medicum cauterium ſvadentem his allocutus: Honeſtus civis ſum, maleficus illa pœna ignis dignus eſt, & ſceleratus. Sed ſanitati recuperandæ ut inhient ſolertiores Medici & Chirurgi, monito *Hippocratis* obſecuturi *(S. VIII. Aph. VI.)* ad ſumma illa remedia *(S. I. Aph. VI.)* ferrum & ignem, in ſummis morbis, vera aſyla confugiunt, non ſemel commendabili ſævitia ſtridulis cauteriis faciunt, ut fervent

- - inuſta laminis cutis
Vel ſumma pallis ignis obductus coquat
Papulasque fervor æſtuoſus excitat.

Prudent. L. Periſteph. in Martyr. Rom. v. 486. Rident hos *I. B. Helmont. Tr. Cauterium n. 15. p. 310.* experientiam effrons irridet *Joh. Coſtæus de igneis præſidiis. Caſp. Bartholin. Tr. de Cauteriis.* Petro Poterio inter tormenta hanc operationem reponenti *(Cent. I. Obſ. & Cur. XXV. p. 47.)* nil præter illud *Prudentii l. c. v. 513.* repono:

Non eſt amarum quo reformatur ſalus.

L. Chriſt. Frid. Garman. de Mirac. Mort. Lib. II. T. I. §. 5. p. 312.

Dii.

§. I.

Hippocrati Aram ſtatuerunt Antiqui, cum inſcriptione: DEO VITÆ. *Lamprid. ap. M. Radau in Orat. Extemp. p. 328.* Menecrates Medicus nunquam in publicum, niſi ſuis, quos curaverat, habitu Deorum indutis ſtipatus, & ipſe purpura veſtitus, ſceptrum denique in manibus, velut alter Jupiter geſtans, prodire ſolitus eſt; Hunc miſiſſe ferunt epiſtolam ad Philippum hujus modi: Tu quidem in Macedonia regnas: at ego in Medicina. Tu bene valentes, ſi libet, perdere potes, ægris autem ſanitatem ego reddere, a morbo vindicare robuſtos, mihi ſi pareant, præſtareque ut incolumes perveniant ad ſenectutem. Itaque Macedones tibi ſtipato-

res ſunt, ac ſatellites, mihi vero qui a morbis ſuperſtites futuri ſunt: ego namque Jupiter vitam illis tribuo. Ad eum ſic atræ bilis vitio inſanientem Philippus reſcripſit: Philippus Menecrati ὑγιαίνειν, i. e. ſanitatem ſ. bonam mentem. Conſulo tibi, ut cures te deportandum in Anticyram, quo tecte indicabat hominem illum inſanire. Hujus ſtultitiam alio tempore idem Philippus in convivio quodam lepide detexit, cum reliquis epulantibus lautiſſime, Menecrati & Jovi tantum ſuffitum menſa ſeorſim poſita, fieri mandaſſet, donec tandem, ut narrat *Hegeſander*, novus ille Jupiter cum ſubjectis ac morigeris Diis irriſus aufugerit e convivio. *Athenæus Deipnoſophiſt. Lib. VII. p. m. 215. 216.*

§. 2.

Et cur Æſculapium, quem Medicinæ autorem vetuſtas ſtulta credidit, a vindice DEO percuſſum fulmine & exſtinctum putamus, niſi quod ob artis medicæ proſperum ſucceſſum, ultra humanum faſtigium tumidus, divinos affectarit honores, imo ut DEO ſibi thus adoleri voluerit ab iis, quos valetudini reſtituerat, tanquam ipſi nexu obnoxiis, interpoſito etiam jurejurando, ut videre eſt ap. *Hadr. Jun. in Batavia Hiſtoria cap. 13. p. 168. 169. & Joh. Goropium Lib. IX. Orig. p. 1010. Salm. in Pancir. P. II. T. I. p. 46.* Quid? quod & ſcientiæ hujusce Autores magnos ab aliis etiam divinis cultos honoribus, compertiſſimum eſt, etiam delubris excitatis, Chironem, Machaona, Podalirium, Hippocratem? *Cœlius l. c. p 597.* Conf. *Plinius N. H. Lib. VII. cap. XXXVII. p. 118.*

Ejecti.

Babylonii nullum plane in Republica ſua patiebantur Medicum, ſed ægrotos ad forum deducebant, ut ſani iis dicerent, quo remedio uſi ad ſanitatem perveniſſent. *D. J. F. Mayer* in den Früh-Stunden, *p. 258.* Item Cato ex Republ. ſua Medicos ejecit, & rationem etiam, cur id faceret, expoſuit, quam recenſet *Plinius lib. XXIX. cap. 1.* Item apud Stobæum ſerm. C. de Medicis multæ ſunt querelæ. *Keckerman. Syſtem. Polit. Lib. I. cap. 8. p. 180.*

Honorati.

Hippocrates, qui venientem ab Illyriis peſtilentiam prædixit, & diſcipulos ad auxiliandum circa urbes dimiſit, quod ob meritum illi, quos Herculi, decrevit Græcia honores. Cleombrotum Ceum Ptolomæus Rex Megalenſibus, ſacris donavit C. talentis, ſervato Antiocho Rege. *Plin. l. c.* Q. Stertinius, ſummus in re medica olim Romæ habitus, duodena millia & quingentos aureos nummos a Cæſaribus accepit: qvum privato quæſtu dena

dena quina millia in ſingulos annos, numeratis domibus, cogere ſoleret, Romani præterea Cæſares medicis in ſingulos annos ampliſſimum ſtipendium, ducenta & quinquaginta ſeſtertia, ut *Plinius* autor eſt, pendebant: qvum tamen reliquarum diſciplinarum Profeſſoribus centenum tantum in annum numerarent. *Leonh. Fuchſius Inſtit. Med. L. I. S. I. cap. 2. p. 10. 11.* Homericum præconium exſtat:

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. *Iliad. λ.*

Unus homo medicus multis æquandus honore eſt.

Sennert. l. c. p. 6. Eraſm. Adag. Chil. I. Cent VIII. Ad. XIII. p. 267. Recte ſane. Quid enim multis commemorem eam facultatem, quæ aut valetudinem afflictam reſtituit, aut turbatam recreat? quæ non ſolum oculis expoſitum, ſed latens etiam in corpore vitium tollit? Imo quæ fugientem ipſam animam, & tanquam e carcere quo retinetur, evadere cupientem, ſiſtit atque remoratur? *Heidf. l. c. p. 685.* Apud Indos poſt Brachmanas Philoſophos in maximo ſunt honore Medici: ut qui circa hominem philoſophentur, frugales quidem, non tamen ruſticantes, oryza & hordeaceis viventes, quæ nemo rogatus illis non irrogat, nemo hoſpitio non libenter ſuſcipit. *Strabo Lib. XV. ap. Lang. in Florileg. in h. v.*

Imperatores morborum.

Cum Galenus a quodam morbo lethali Antoninum Pium liberaſſet (in quo depellendo Cæſar duodecim gemmas hauſit, quæ novem millionibus conſtabant) Imperator Medico ſuum diadema dono dedit, dicens: ANTONINUS IMPERATOR ROMANORUM, GALENUS MORBORUM. *Radau Orat. Extemp. P. II. cap. VII. Q. II. p. 329.* Nam ea una artium (Medicina) Imperatoribus quoque imperat, verbis *Plinii H. N. Lib. XXIV. c. I. p. 435.* Abderitæ Hippocratem ad ſanandum Democritum invitarunt, quod ſi feciſſet, non tantum Medicum, ſed creatorem totius Joniæ ſuæ patriæ fore aſſeverarunt. *Nic. Cauſſinus Polyhiſt. Symbol. Lib. I. c. XXVIII. p. 251.* Palam eſt, ut quisque inter iſtos loquendo polleat, Imperatorem illico vitæ noſtræ necisque fieri, inquit iterum *Plinius l. c. Lib. XXIX. c. I. p. 525.* Quantum in humano corpore medicina poſſit, Joh. Ferrus ex Aquila dignoſcendum proponit, quæ fonti inter ſolares radios immenſa, ad priſtinam juventutem innovatur, hoc cum lemmate: ADEMTUM REDIMO; ſeu: VITA LONGIOR. *Picin. M. S L. IV. c. VIII. n. 160.*

Morbos verbis propulſantes.

§. I.

Fuit in Galeotide quidam Medicus, qui & morbos verbis propulſare, & anni

anni temporum intemperiem, & ſterilitatem, & penurias profligare ſacrificiis quibusdam poterat: & mutationes excogitare, atque efficere: & demonſtrare bonas parandarum opum rationes. Hunc in Cretam muneribus a Minoe pellectum ferunt, ut celebrem illum Glauci interitum inveſtigaret. *Svidas Hiſtor. in v. ἀκέσματα p. 44.* Georgius Phædro in der vermeynten vollkommenen Heilung aller offenen Schäden, nennet es conſtellirte Wörter, und ſagt, daß er in einer Eil der vorhandenen Erſtickung mit fünff geſprochenen Worten, einem, dem ein Bein, Fiſchgrad, oder etwas anders, im Hals beſtecken blieben, ohn allen Schmertzen helffen, und ſolches von dannen heraus bringen könne. *M. Zeiler. Miſcell. p. 11. 12.*

§. 2.

Plinius *N. H. Lib. XXVIII. c. II.* ex Homero refert, Ulyſſem profluvium ſangvinis vulneratæ fœminæ inhibuiſſe carmine. Ex *Theophraſto* refert Iſchiadicos ſanari carminibus. Ex *Catone*, eluxatis membris auxiliari carmen. Ex *Varrone*, carmina prodeſſe podagricis. *Trallianus Lib. IX. c. IV.* & *Aetius Lib. VIII. c. L.* ſcribunt oſſa gutturi infixa per incantationes exſpui. Plinius ex Attali ſententia narrat, prolata hac voce: Duo, viſum cohiberi ſcorpium, ne vibrare ictus ejus poſſit. *Theophraſtus Paracelſus Lib. I. Phil. ſagac c. VI.* ſcribit: naturam vires ſuas in verba imponere, ſicut in herbas, & radices. *Augerius Ferrerius Lib. II. Method. c. XI.* multum tribuit curationi morborum per verba, eo, quod veterum medicorum experientia approbata ſit.

§. 3.

Magi hinc *incantatores* vocantur, quia carminibus utuntur, quibus etiam ſe cœlo deducere lunam poſſe putant, quemadmodum *Canidia* apud *Horat.* gloriatur: Polo deripere lunam vocibus poſſum meis. Et *Virgilius* in arte magica herbas, & non innoxia verba conjungit: quantumque vim incantationibus tribuerint veteres, ex illo Poëtæ verſiculo conſtat:

Frigidus in campis cantando rumpitur angvis.

§. 4.

Sed hic ſciendum, quod verba quidem ſunt notæ rerum, ſed non uti res naturales ſuam habent efficaciam naturalem, ita & verba: ea enim cum rebus nihil commune habent, ſed ſonus tantum ſunt, ab aëre diverberato factus, vel literæ chartis inſcriptæ: quod autem has vel illas res ſignificant, ab hominum duntaxat eſt voluntate. Unde & ſermo homini non eſt naturalis, licet loqui naturale ſit, ſed hoc vel iſto idiomate loqui naturale non eſt, ſed ex conſvetudine, alias, ſicut omnibus hominibus una, eademque eſt natura, ita & omnibus unus idemque ſermo eſſet, nec tanta in mundo inveniretur lingvarum

gvarum

gvarum varietas. Quemadmodum ergo DEus hominis animum natura fecit inertem; ut quamlibet artem discere posset (quam ob causam *Aristoteles* cum *tabula rasa* comparavit, *cui nihil esset inscriptum, omnia autem inscribi possint*) ita fecit etiam omni sermone carentem, ut omnes posset discere.

§. 5.

Si ergo verba ex se & sua natura nihil significant, ergo multo minus in se, & sua natura aliquid efficiunt, & sic nullam quoque vim medicandi habent. Omne principium, quo alterantur corpora, qualitas est: quantitatum autem nulla est efficacia. Verba autem ad quantitatem pertinent. Verba autem siquid valent, ex pacto cum dæmone valent. Ipse enim verborum illorum nobis ignotorum autor & inventor est, apud quem omnia ejusmodi nomina, nobis nihil significantia, aliquid significant. Efficaciam ergo habent, si DEus permiserit, non ex naturali ratione, sed ex vi majore, seu ex pacto, & conventione diaboli cum eo, qui primus disciplinam illam ab eo accepit, quem, ut omnes eos, qui disciplinam illam postea mirantur & tractant, ita illusionibus suis fascinat dæmon, ut per verba ea fieri existiment, quæ ipso autore perficiuntur. *B. D. Balduin. Cas. Consc. Lib. III. c. V. Cas. III. p. 723. seq.* Conf. Appar. Curios. Tom. I. in Tit. *Characteres magici p. 717.* & Tom. II. in Tit. *Amuleta* p. *66. seq.*

Pecuniam non accipientes.

Hippocrates, qui tam fallere, ut ait *Macrobius*, quam falli nesciebat, ex Medica facultate, quam Deorum statuebat munus, nullam unquam corrogavit mercedem, ut ipsemet testatur in Epistola ad Abderitas ap. *Salm. l. c. p. 47.* E contrario cum Pater Aspasiæ, Cyri tandem Concubinæ, cui enatus erat in ipso mento tumor aspectu teterrimus, eandem ad Medicum adduxisset, qui se curaturum recepit ea lege, si tres sibi stateres persolverentur, Pater autem se non habere dixisset, Medicus neque sibi medicinam esse ajebat. P*ezelius Mellif. Histor.* P. *I.* p. *212. b.*

Pestis tempore an se subducere possunt?

Quemadmodum quis Christianus grassanti contagio se subducit, cui per vocationem publicam, sive in Republ. sive in Ecclesia vacat, ut uno ore sentiunt Theologi, *Calvinus, Beza, Tarnovius, Zanchius,* P*erkinsius, Rivetus,* aliique non pauci: ita Medicorum filios hac secessione sibi consulere fas esto, qui publico curandis ægris salario non sunt mancipati. Imo quanquam complures certis stipendiis Respublica conduxerit, laudandum tamen uni vel alteri id dare negotii, reliquos a se ad loca tutiora di-

mittere, ut de Ecclesiæ Ministris *Gerhardus Tom. VI. LL. CC.* & *Zanchius* omnino considerate judicarunt. Nam Imperatores in prima acie summis periculis non tuto exponuntur, ne, paucos juvandi spe, tota Respubl. damnum Principis excessu patiatur. Nec Medici una nocte nascuntur, ut fungi. Prudens magistratus, sicut Nosocomia publicæ utilitatis grassante contagio adornat, ita Medicos omnium saluti excubantes lauta merce invitat. De reliquis *Jus Canonicum* decernit: *Si acciderit pestem in loco studii grassari, tunc posse Scholasticos & Professores in quandam vicinam civitatem, aut oppidum secedere, eosque tum comitaturos privilegia, quæ erant data studio generali in loco electo.* Professorum autem nomine & Medici veniunt in Jure Civili, ut videre est *§. 1. ff. de Extraord. Cogn.* Hæc causa fuit inter alias, ut Hippocrates electus, & præmio ingenti & oblato honore ad exercitum Artaxerxis non accesserit, quod *morbus pestilens dictus ejus exercitibus se applicaverat*, quemadmodum conqueritur Rex magnus *Epistola ad Pætum. Thom. Bartholinus in Paralytico N. T secundo p. 36.* Tali in casu stare, nihil est aliud, quam tentare DEum, ut loquitur Panormitanus ap. *Bened. Carpz. Jurisprud. Forens. Roman. Saxon. Part. III. Constit. XXVI. Definit. III §. 4. p. 1179.*

In Pretio non magno olim habiti.

§. 1.

Si ad LL. Romanorum tempora respiciamus, sane Medicina & Medici non ita magno in pretio habebantur, sed ei ceu illiberali & ingenuis indignæ arti, homines tantum servilis atque libertinæ conditionis adhibebantur. *Quintil. Lib. VII. c. II. Senec. 3. de benefic. c. 24. L. 1. §. 5. C. de Commun. servor. manumiss. l. 3. pr. C. Commun. de Legatis & Fideicom. &c.* Hinc & de Japide *Virgilius* canit:

Scire potestates herbarum, usumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Humile enim, & abjectum censebant, non in luce hominum vivere, eloquentia uti, Imperatoriisque artibus extendere nominis famam. Vid. *Joh. Talenton. Lib. II. Rer. Recondit.*

§. 2.

Sed haud mirum divinæ hujus artis pretium & dignitatem tunc temporis jacuisse, quippe apud Romanos munia Medicorum & Chirurgorum nondum bipartita erant, & utrorumque peritia in scientia paucorum quorundam experimentorum consistebat, cum e contra apud illas nationes, quæ Medicinam ad universæ naturæ accuratam disquisitionem extendebant, non

in

in honore ea tantum, ſed quæ a regibus, aliisque Magiſtratibus addiſceretur, digniſſima habita fuit. *D. Frideric. Gerdeſius Diſcurſ. Inaug. de Jure Præcedentiæ c. VI. §. 1. 2.* Medicorum hac in parte exiſtimationem & dignitatem egregie tuetur *Th. Bartholinus in Paralytico N. T. primo p. 15. ſeq.*

Reges.

§. 1.

Reges etiam præclari Medicorum appellationem non reformidarunt, cujusmodi fuerunt Sabor & Ginges Medorum, Sabiel Strabum, Mithridates Perſarum, & Ægyptiorum Hermes, ac Damaſceni regis nepos Meſues, & Cordubæ Principem quidam produnt Avicennam. *Cælius l. c. Lib. XXIX. c. XI. p. 597.*

§. 2.

Rex atque ſacerdos magnus, & ſimul magnus Philoſophus, h. e. arcanorum naturæ feliciſſimus indagator *Termaxumi* cognomen tulit Hermes Ægyptius, & ipſius Salomonis in Medicina plurimum erat ſita ſapientia, 1. Reg. III. v. 33. *Joſeph. Lib. VIII. Antiq. c. II.* Sic Arabes ſimul Reges & Medici erant, quorum conditionem mire commendat *Galeottus Martius de Doctrin. Promiſſ. cap. VI.* adde quamplurima de Medicina & dignitate Medicorum ex *Beſoldi* elegantiſſima *conſideratione Politica Vitæ & Mortis Lib. II. c. I.* ut merito poſt Theologos & JCtos Medicis proximus relinquatur locus, utque ſic reliquis civibus honoratioribus & Mercatoribus, aliisque optimo jure præferantur. *Gerdeſius l. c.*

Sanatorum opes lucrantur omnes.

Ita de Medicis Americanis ſcribunt *Alex. Roſſæus in Tot. Orb. Relig. p. 144. Happelius Theſaur. Exot. p. 116.*

MEDICORUM
Defectum ſupplentia.

Si tibi deficiant Medici, Medici tibi fiant
Hæc tria, Mens hilaris, Reqvies, Moderata diæta,
Gebrechen dir Aertzt, nimm an diese drey,
Freud, mäßig Maalzeit, Ruh darbey!

Textor in Syllogе p. 86.

Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum,
Curas tolle graves, iraſci crede profanum,
Parce mero, cœnato parum, non ſit tibi vanum
Surgere poſt epulas, ſomnum fuge meridianum.

Nec mictum retine, nec comprime fortiter anum,
Hæc bene si serves tu longo tempore vives.

M. Tympius in Mensa Theolo-Philos. c. XXV. p. 221.

Facies tres.

Vulgo ferunt Advocatorum, sicut & Medicorum tres esse facies, unam *Angeli*, necessitatis tempore; alteram *hominis*, remissius agente morbo, vel lite; tertiam *Cacodæmonis*, finita lite, vel febri, quando omnes sumtus & expensæ persolvendæ sunt. Hinc mota aliquando quæstione coram Ludovico XII. Gall. Rege, QVIDNAM OCULIS POTISSIMUM PRODESSET? Illud auguris illius usurpabat: SI CAUSIDICUM, MEDICUMQVE NUNQVAM VIDERIS. *H. Engelgrav. Luc. Evang. Dom. XVIII. p. Pentec. §. 2. p. 600.*

* * *

Tres Medicus facies habet: unam, quando rogatur,
Angelicam: mox est, cum juvat, ipse DEus.
Ast ubi curato poscit sua munera morbo,
Horridus apparet terribilisque Satan.

Ericus Cordus in Epigram. ap. Heidf. l. c. cap. XXXIV. p. 690. Matth. Tympius l. c.

* * *

Intrantis Medici facies tres esse videtur
Ægrotanti, Hominis, Dæmonis atque DEI.
Quamprimum accessit medicus, dixitque salutem,
En Deus, aut custos Angelus, æger ait.
Cum morbum medicina fugaverit, ecce homo, clamat.
Cum poscit Medicus præmia: Vade Satan.

Joh. Owenus Epigr. Lib. p. m 139.

* * *

Maximus in morbis Medico promittitur orbis:
Mox fugit e mente heu Medicus, morbo recedente.
In Kranckheit man all's verspricht,
Hernach will mans gedencken nicht!

Joh. Textor in Sylloge Varior. Ænigmat. p. 87. Non aliena ab hoc loco est narratiuncula, quam *Erasmus* inserit explicationi proverbii: Virum improbum vel mus mordeat, quod est *Chiliad. I. centur. VIII. n. XCVI. p. 290. 291.* Medicus quidam, mihi ut patria communi, ita & amicitia conjunctissimus civem quendam Londoniensem, virum egregie nummatum, & habi-

habitum adprime probum, arte curaque ſua liberarat, non ſine ſuo ipſius periculo. Nam is peſtilentiſſima febre tenebatur, &, ut fit in periculis, medico montes aureos fuerat pollicitus, ſi non gravaretur ſibi in tanto vitæ diſcrimine dexter adeſſe, obteſtatus & amicitiam, quæ illi cum eo intercedebat. Quid multis? perſvaſit & juveni & Germano. Adfuit: nihil non fecit. Revixit ille. Ubi verecunde de pecunia medicus admonuiſſet, eluſit nugator, negans de mercede quicquam addubitandum, cæterum arcæ nummariæ clavem penes uxorem eſſe. Et noſti, *inquit*, mulierum ingenia. Nolo ſentiat tantam pecuniæ ſummam a me datam. Deinde poſt dies aliquot hominem obvium forte factum, jam nitidum, & nulla morbi veſtigia præ ſe ferentem, appellavit, & nondum datæ mercedis admonuit. Ille conſtanter aſſeverare, pecuniam ſuo juſſu ab uxore numeratam eſſe. Medicus negare factum. Hic vide, quam anſam bonus ille vir arripuerit. Cum forte Medicus eum Latine numero ſingulari appellaſſet: ibi velut atroci laceſſitus injuria, Vah, *inquit*, Tu homo Germanus tuiſſas Anglum? moxque velut impos animi, præ iracundia caput movens, diraque minitans, ſubduxit ſeſe. Atque ad eum modum honeſtus ille civis eluſit, dignus profecto quem ſua peſtis repetat! *Nathan Chytræus Notis in Johannis Caſæ Galateum p. 166. 167.* DEO noſtro idem contingit. Quando auxilio ejus indigemus, gratiſſimus nobis apparet: at cum præſtito auxilio gratitudinem a nobis poſcit, horridus & durus nobis videtur, gratitudinis obliviſcimur. *Joh. Möllerus in Alveario Sacro p. 167.*

Filii.

§. I.

Diſcipuli Doctores tanquam Patres ſemper venerati ſunt, & illi his filiorum erant loco. Sic 2. Reg. II. 3. Et egreſſi ſunt בְּנֵי־הַנְּבִיאִים filii Prophetarum. Targum: תַּלְמִידֵי נְבִיַּיָא diſcipuli Prophetarum, de quibus dicitur 1. Sam. X. v. 12. Et quis אֲבִיהֶם Pater ipſorum? Targ. רבהון Magiſter ipſorum, conf. 2. Reg. II. v. 5. 7. 15. c. IV. v. 1. 38. c. V. v. 22. *Crellius Prompt. Bibl in v.* Kinder, *& in v. Sear-Jaſub.* Rationem reddit *R. Sal. ben Melech ad 2. Reg. II. f. 80. 3.* Filii Prophetarum h. e. diſcipuli Prophetarum, qui illis erant inſtar Filiorum. Sic enim ajunt Sapientes: QVISQVIS DOCET FILIUM SOCII SUI LEGEM, ÆSTIMATUR IN SSA. AC SI GENERASSET EUM. *B. D. Pfeiffer Ebraic. & Exot. N. T. L. XXIII. p. 917. & Antiq. Sacr. Dec. III. Poſ. I. p. 60. D. Joh. Buxtorff. Diſp. Phil. Theol. ex 2. Reg. II. de Raptu Eliæ Q. II.*

§. 2.

Sic & veteres Sapientes discipulos vocarunt τέκνα filios, ut Salomon & Sirach, it. in N. T. Joh. XIII. v. 33. 1. Joh. I. v. 1. 1. Joh. II. v. 1. Gal. IV. v. 19. vid. omnino Appar. N. P. Biblic. Tom. II. in Tit. *Filioli p. 422. seq Basilius in Psalm. XXXIII.* discipulum vocavit filium spiritualem. *M.G. Eckstein Disp. Inaug. de Prophetia & Prophetis Sect. I. §. 6.* Græci nuncupant artis Medicæ Candidatos ἰατρῶν παῖδας. *Th. Goodwin Mos. & Aar. Lib. I. c. VI. p. 53.* sunt Doctores genitores non quidem corporum, sed animorum, non PROPAGANDO SUBSTANTIAM, sed REFORMANDO NATURAM. *Joh. Saresberiensis Policrat. Lib. VII. c. XIV. p. 394. Hottingerus Thesaur. Philol. Lib. II. c. III. S. IV. p. 574. 575. Raymundus Martini Pug. Fid. P. II. c. IV. §. 13. p. 317. 318. Wilh. Zepperus Explanat. Mos. Lib. IV. c. XI. p. 372.*

§. 3.

Quærunt Rabbini: Ecqua ratione vocantur Nadab & Abihu Mosis generatio? Subjiciunt: Eo quod docuit eos Moses, atque adeo quasi genuit ipsos. *M. Gerhard. Meier de Semine Messiæ ex Es. LIII. 10. Disp. IV. Sect. IV. §. 10.* Perinde ut etiam hodie in Ecclesia Christiana *Doctores* vetustiores vocantur *Patres*, non tam ratione *ætatis*, qua multis annorum centuriis tempora nostra præcesserunt, quam *doctrinæ*, quam relictis ingeniorum & diligentiæ monumentis ad nos propagarunt. *D. D. Fesselius Advers. Sacr. Lib. IV. c. VI. p. 366.* Conf. & *Nob. Barthius Advers. Lib. XLIII. c. VII. p. 1939. & Lib. LVIII. c. III. p. 2725. Beyerlinck Theat. M. V. H. p. 558. seq. Laurentius Polymath. Lib. II. Diss. I. p. 90.*

§. 4.

Imo Patris nomen & Veteres diis suis, honoris causa, tribuerunt ut Liber Pater, Gradivus Pater, & ipse Jupiter, Divum hominumque Pater dicti. Et Æneas postquam disparuisse creditus est, inter Divos relatus, & Patris indigetis nomine cultus fuit. *Aurel. Victor de Orig. Gent. Rom. L. Dan. Leonhard Müller Diss. Inaug. de Potestate Statuum Imperii circa Dignitates, Præs. D. Coccejo, c. I. §. 23. p. 12.*

Gloria visitare ægrotos.

§. 1.

Annon Medici officium, imo gloria est, quod accedat ad ægrotos, & suscipiat morbos eorum curandos? Multo honestius est, si medicum apud ægrotos, quam si ipsum in publicis conviviis videas. *B. Brentius Hom. XLI. in cap. IV. Joh. p. m. 267.* Diligentis Medici officio incumbit, ne a latere ægroti facile discedat, si morbum ingravescere animadvertat,

tat,

tat. *Hostiens. in summa sub tit. de ætat. & qualit. §. ordo.* Siquidem Medicus quilibet ad suam conscientiam recurrere debet. *arg. cap. ad aures, & cap. un. de homicid. l. illicitas 6. § sicuti. 7. ff. de offic. Præsid. ap. Barbosam in Thes. LL. CC. Jurisprud. lib. XI. c. XVII. Ax. I. p. 452.*

§. 2.

Quisquis visitaverit ægrotum eripitur anima ejus a judicio gehennæ, inquiunt RR. ap. *Geier. de Ebræor. Luctu cap. V. §. 2. p. 45.* Quisquis visitat ægrotum, aufert sexagesimam partem doloris ejus. Quisquis autem eum visitare negligit, ejus mortis causa est. *Wagenseil ad Sota c. I. p. 335.* In Talm. Massech. שבת cap. XVIII. inter sex illa, quorum fructum aliquem in hoc quidem seculo percipimus, at sors capitalis, seu plena retributio persolvetur demum in futuro seculo, recensetur quoque בִּיקּוּר חוֹלִים visitatio ægrotorum. *Hackspan. in Matth. XXV. 35. p. 166. 167.*

§. 3.

Sed quid dicendum de illis Medicis, *qui ex ægrotantis singulari fiducia & desiderio accersiti venire recusant, vano isto metu, aut opinione, ne & ipsi morbum aliquem contrahant?* Resp. Cum magna talis negligentia culpa sit secundum *l. 226. d. V. Sign.* quæ nobis obligationem & inde actionem parit, etiam respectu casus cum culpa conjuncti *l. 52. §. 3. D. pro Soc. l. 11. de Incend.* hic non minus ex culpa absentiæ & desertionis ejusmodi Medicus erit accusandus *per §. 6. Inst. de L. Aquil.* & graviter puniendus, ubi sua negligentia ægrotus perierit, docente ipso *Paul. Zachia, Medico Romano Clarissimo, in Qv. Med. Leg. Tom. XI. Lib. VI. Tit. I. Q. II. n. 3. p. 445.*

§. 4.

Nec sufficit hic ad excusandum, quod forte alios spectatum mittant, quorum judicio hæreant, & sic absentes applicent medicamenta; Quippe hic non de glande legenda, sed vita hominis diligenter observanda agitur, Unde in Scyllam incidunt, dum charybdim vitare intendunt: quia parem in jure habent conditionem, non adesse, & haud commode adesse, *arg. l. 14. §. 2. D. de Leg. III. l. 8. §. 2. D. de Bonor. Poss. contr. Tabb. l. 4. §. 6. D. de Re judic.* Et præterea variis adhuc modis peccant 1) quod præsentiam officio, & ita opem veram ægroto denegent. Et cogendum talem Medicum esse, tum quoad leviter ægrotantes, tum quoque pestis tempore, etiamsi non sit conductus a publico, *Zach. l. c. Tom. III. Cons. 71. n. 1. 25. & seq.* tradit, eum medendi officium in se sit munus publicum. *Joh. Franc. Ripa Tr. de Peste c. VII. n. 90.* quod quilibet etiam invitus regulariter subire tenetur, *l. fin. 18. §. 1. & 28. de Muner. & Honor. l. 13. §. 2. de Vac. & Excus. Mun.* 2) Quod ipsi damnum fugiant, aliis pro se missis objectant, contra

ex-

expressam charitatis Christianæ legem, Levit. XIX. v. 18. Matth. XXII. v. 39. Rom. XII. v. 9. Gal. V. v. 14. 3) denique cum alii minus rerum periti statum morbi non satis observant, ut qui vel minima circumstantia neglecta, fatentibus ipsis Medicis, variare multum potest, mittentes dubia (quod poterat alias evitari) conscientia, & sic peccando pharmaca adhibent, adeoque negligentiæ suæ culpa vitæ proximi nocent graviter, rei quodammodo V. in Decalogo Præcepti, quod non modo actum *positivum* noxium, sed & *omissionem* commodi includit auxilii, in periculo alterius, dum patiuntur extingvi suis ægrotos votis. Quandoquidem *actus omissionis*, seu *negativus*, qualis & in Sacerdote ac Levita notatur Luc. X. v. 31. seq. non æque, ut in externo, pura est negatio, si actum internum elicitum consideramus. Nam licet hic etiam ex parte sit negativus, ratione objecti seu termini, *positivus* tamen *in se* est, & accurate loquendo, *actus volendi non facere*, uti, pro more, judiciose differit *Thomasius Annot. in Phil. Pr. XLIX. Tab X p. 13* qua ratione culpa contrahitur, secundum *Grot. de I. B. & P. lib. XI. cap. XVII. §. 1. 6. 8. & 20.* etiam non faciendo h. e. volendo non facere, quod haud foret, si actus ille insolidum esset negativus, *dic. ibid. laud. Thomas.* Unde & hic Medici, dum non accedunt rogati, culpæ rei sunt; multo magis, si per alios missos imprudenter quid in vitam ægroti committant. Etenim homicidii crimen est hominis peccare salute. *Magn. Aurel. Cassiodorus lib. VI. Variar. Form. XIX. p. 152.* Accedit, quod ægrotus sæpe in ipso Medico habeat fiduciam, quæ magis operatur in ejus salutem, quam ipsa medicamenta, velut ex variis confirmat *Zachias l. c. Tom. XI. L. VI. T. I. Q. VI. n. 7. seq. p. 457.* De Medicis, qui difficulter, & non nisi aureis persvasionibus, tandem quidem accedunt; attamen ad fores conclavis, quandoque amplissimi, sedentes ita e longinquo ægrotos spectant, unde vix ipsos satis cognoscunt, nedum eorum morbi affectum, vid. *Dn. Casp. Qvestelius Diss. Acad. de Pulvinari morientibus non subtrahendo c. II. §. 2. 3. 4. p. 21. seq.*

§. 5.

Præsentiam Medici plurima exposcunt, morbi status & tempora, causarum notitia, ægri temperies, consvetudo, habitus corporis & animi, accidentia præsentia, imminentia, & reliqua signorum sylloge, quibus ignoratis ne titivillitio æstimarim seu Medicum, seu susceptam curationem. *Th. Bartholin. in Paralytico N. T. secundo p. 33.*

Judicium.

Medici etiam usurpant vocabulum *Judicii* in morbis criticis. Quia

& in

& in his certaminum forensium formam veluti quandam conspicias: pro tribunali judicis instar, natura universali sedente, & ex lege illa, duorum agentium naturalium imbecillius validiori cedat, sententiam naturæ ipsius ægri morboque & causæ morbificæ, ceu partibus litigantibus ferente. *D. Valent. Arithmæus Feudal. Velitat. Disp. XI. §. 2. lit. a.*

Et Medicamentorum in concursu Creditorum Privilegium.

§. I.

Expensæ infirmitatis eadem habent privilegia, quæ habent impensæ funeris. Quidni ergo hæ quoque reliquo æri alieno præferrentur? Nimirum impensis funebribus in ordine annectuntur sumtus, in curationem ægroti facti. Quod & clara sanctione Electorali approbatum est in foro Saxonico *h. Constit. 28. in pr. vers.* auf des Schuldners Begräbnis, und in seiner Kranckheit der Artzney halber aufgewand. *Ordin. processs. judic. tit. 42.* §. Ferner soll dasjenige, was auf des verstorbenen Schuldeners Begräbnis, und in seiner Kranckheit der Artzeney halber aufgewand, vergnüget werden. Ex quo manifestum redditur, impensas hasce præferri non modo iis, qui tacitam, sed etiam qui expressam anteriorem habent hypothecam. Quamvis dissentiat *Hart. Pistor. Observ. LXVII. n. 3. & 4.* Veniunt autem appellatione horum sumtuum impensæ quæque in curationem ægroti debitoris factæ; Adeoque etiam Salaria Medicorum, Chirurgorum, & Pharmacopolarum, quibus æque privilegium prælationis attribuitur.

§. 2.

Ita Domini in causa Christiani Reichens, Barbierers zu Leipzig, Mens. Jul. Anno 1590. Verba sunt: Habt ihr Hansen Strahlen, so am Scharbock tödtlichen kranck, auch am gantzen Leibe lahm und krumm gewesen, curirt, dafür er euch 20. fl. Artzt-Lohn versprochen, und es ist gedachter Strahl mit viel Schulden beladen, Todes abgangen rc. so werden euch aus seiner Verlassenschafft die versprochene 20. fl. Artzt-Geld vor andern seinen Gläubigern nach dem Lied-Lohn billich bezahlet. *Bened. Carpzov. Jurisprud. Forens. Roman. Saxon. Part. I. Constit. XXVIII. Definit. XLIII. p. 264. 265.*

Multitudo noxia.

Nunquam, crede mihi, a morbo curabitur æger,
Si multis Medicis creditur una febris.

Joh. Owenus Epigr. Lib. p. 118. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, turba se medicorum perisse, ap. *Plin. Lib. XXIX. c. I. p. 525.* quæ inscriptio

 fuit.

fuit Adriani Imp. qui & moriens, illud vulgo frequens insusurravit: TURBA MEDICORUM INTERFECIT REGEM. *Cœlius l. c.* Dum enim plurimi sæpe ex arrogantia & contradicendi studio longius justo disceptant, interea patientem deserunt, & alter vel reliqui collegæ ita impediuntur, quo minus infirmus ab iisdem adhuc curari possit. *Questelius l.c. cap. II. §. 8. p. 26.*

Proprium nihil industriæ intermittere.

Boni Medici, quamvis videant, haud posse ægrum a se servari, tamen libenter omnem curationem admovent, ne per ipsorum negligentiam videatur res non successisse ex sententia, quod si vel minima sanitatis scintilla se ostenderit, ea diligentissime sicut in foco accendenda est. *Philo de Sacrif. Abelis & Caini p. 117.* Horum proprium μηδὲν ἀπολιπεῖν προθυμίας καὶ ἐπιμελείας, nihil omittere industriæ in medendo. *Seneca de brevit. vit. c. VIII. ap. Tob. Magir. in Polymnem. p. 1579. 1494.*

MEDICIS
Annona ex publico ærario deprompta.

Medicis (imo Chirurgis) annonam ex publico ærario fuisse depromptam, habet *Theodorus Jansonius ab Almeloveen in Inventis Nov-Antiquis §. 6. p. 55.*

Non Credo sperantibus.

§. 1.

Multi ægrotos intervisunt, qui utinam nunquam eos visitandi gratia adirent. Etsi enim oculos ægroti concavos, carnes macras, brachia sine pulsu, bilem inflammatam, febrim continuam, angorem vehementem, animi deliquia crebra, lingvam turgidam, virtutem consumtam videant: Tamen licet adeo ruinosa domus sit, bene sperare ægrotum jubent, quod multa etiamnum vitæ signa adsint. Cum junioribus natura vitæ amor insit, & senioribus omnibus mori acerbum sit; etiamsi ad ultimum jam ventum sit, nullum tamen abnuunt medicamentum, neque eos vitæ spes qualiscunque pœnitet: Unde fit, ut infelices nonnunquam nec edita peccatorum confessione, nec mandata damnorum, aliis datorum, restitutione, moriantur.

§. 2.

O si scirent, qvantum mali admittant, qui ista faciunt! Nam si quis fortunas mihi eripiat, meipsum persequatur, meæ famæ labem aspergat, meam domum evertat, familiam offendat, cognatos lædat, vitam crimi-

netur;

netur; hæc quidem inimici infesti opera sunt: at animæ interitus causam præbere, hæc vero dæmonis stygii opus est. Profecto dæmon nequam, aut dæmone nequior est, qui ægrotum decipit, cui cum adjutor esse bene moriendi debeat, vitæ spe adulari conatur: quo in agone, qui illa dicit, parum lucratur; ac qui credit, multum in aleam mittit. Morituros enim ex conscientiæ præscripto monere, quam oratione reverentiæ plena lactare (& falsa producere) satius est.

§. 3.

Omnibus in rebus parum erga amicos verecundi in vita sumus; & in morte demum verecundiam erga illos affectamus, quod profecto fieri non decet. Nam si ex præteritis nulli fuissent mortui, & de præsentibus non conspiceremus aliquos mori quotidie; pudendum videretur, atque etiam horrendum dicere ægroto; ipsi soli esse moriendum. Sed cum ex æquo & tu, & ille sciatis, quod OMNES *una manet nex, & calcanda semel via lethi,* cur dicere amico, ad exitum eum jam pervenisse, verearis? Si reviviscerent hodie mortui, ah quam acerbe de amicis, solummodo quod nulla accepissent ab ipsis consilia in morte, quererentur? Etenim si ægrotus amicus meus est; an morietur, si dicam, ut ad bene moriendum se præparet? Nihil vero minus. Imo testatur experientia, qui ad mortem optime præparati erant, eos evadere: & qui sunt imparati, mori.

§. 4.

Qui ægrotos visitatum veniunt, quid damni faciunt, si consulant, & persvadeant eis, ut testamenta faciant, peccata confiteantur, conscientiam deonerent, sacramenta accipiant, cum inimicis reconcilientur? Hæc profecto omnia neque ad vivendum impedimenti quicquam afferunt, neque ad bene moriendum fores claudunt (aut obicem ponunt.) Quæ ergo cœcitas tam cœca, vel ignorantia tam crassa esse potest, quam si verearis & erubescas svadere, ut ea faciant ægroti, ad quæ facienda, dum recte valent, adstringuntur? *Guev. Hor. Princip. Lib. III. c. LII. p. 712.* Bene hinc *Fabius Declam. VIII.* Medicis non credo sperantibus. *Wanckel. in Guev. c. l.* Dictum ergo placet illius, cujus *Augustinus* meminit, quem in extremis agentem, cum amici solarentur, ac dicerent, ex eo morbo minime periturum esse; Respondit: si nunquam bene; at si aliquando, cur non modo? *Petrarcha de R. U. F. P. II. Dial. CXX. p. 651.*

Ut imputatur, si ægrotus moritur, minime pium.

Sicuti quod per imperitiam commisit Medicus, merito præstat: prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo homines,

innoxium esse non debet: ita satis inhumanum fuerit, eventum mortalitatis ei imputari, ut graviter respondet *Ulpianus in leg. illicitas. 6. §. sicuti. ff. de offic. præsid. ap. Salm. in Pancir. l. c. p. 47. a.* Alias pœna Medici imperite medentis est arbitraria. *Vid. Brunneman. Repetit. Paratilorum Wesenbecii L. XLVIII. Tit. VIII. Q. LII. p. 970.*

Et Moriendum.

§. 1.

Ein netter Poët redet von den krancken und sterblichen Medicis also:

Hier nützet kein Pæon, kein weiser Podalier,
Auch Trismegistus selbst ist ohne Kräffte hier,
Der Tod der geht gleich durch mit seinem Regimente,
Der Doctor der wird selbst sein eigner Patiente.
Für alles kan ein Artzt, das eine fehlt ihm nur,
Daß er für seinen Tod weiß selbsten keine Cur!

§. 2.

Von dem Schlesischen vornehmen Medico Curæo ist bekandt, daß, als in seiner letzten Kranckheit er ein gewiß Kräutgen gebraucht, so vielen geholffen, ihm aber nicht helffen wollen, er endlich gesagt: Du liebes Kräutgen, du hast mir manchen Ducaten verdienet, itzo aber hat dir GOtt deine Krafft benommen, daß du mir nicht helffen kanst. Das war von einem klugen Manne wohl geredet. Der Tycho Brahe, ein berühmter Stern-Seher, hat also unter andern geschrieben:

Nec mors sæva ulli parcit, licet ipse Machaon
Arte fiet Medica. Der grimmige Tod schonet keines, und wann er der Machaon selber wäre. *B. D. Misand. C. C. P. I. p. 386. seq.*

§. 3.

Æsculapio duo fuisse filii perhibentur, ambo medici, Podalirius & Machaon, qui bello Trojano ducem Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt, & ob id Homerico carmine laudati sunt. Ita enim de iis scriptum reliquit *Homerus Iliad. B.* quod Eobanus Hessus ita reddidit:

Quos duo ducebant fratres, Phœbique nepotes,
Matre Coronide, præstantes arte medendi,
Belligerique ambo, Podalirius atque Machaon.

Hos tamen Homerus non in pestilentia, neque in aliis morborum generibus aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro & medica-

mentis

mentis mederi solitos asserit. Unde Chirurgiæ antiquitas probari poterit. *Fuchsius l. c. p. 4.*

Inter MEDICOS
Et ICtos cognatio quænam?

Jurisconsultorum idem status, & Medicorum est,
Damna quibus licito sunt aliena lucro.
Hi morbis ægrorum, agrorum litibus illi
Dant patienter opem, dum potiuntur opum.

Owen. ap. Heidf. l. c. cap. XXXIV. p. 688.

A MEDICIS
Desperati ægri non sunt relinquendi.

§. 1.

Galenus *2. aph. 29.* scribit: Illud semper memoria tenendum, deploratorum non esse suscipiendam curationem. Ita quoque *Celsus lib. V. cap. XXVI.* Est prudentis hominis, *inquit*, eum, qui servari non potest, non attingere, nec subire speciem ejus, ut occisi, quem sors ipsa peremit. Contra vero inhumanum esse videtur, nihil experiri & tentare velle, & hominem miserum deserere, & sine medicamentis relinquere, inprimis quod non semper certo constet, qui morbi incurabiles sint. De acutis certe id affirmat *Hippocrates 2. aph. 29.* Et *Avicenna quarta quarti tr. 2. c. 10.* scribit: Multoties salvatur aliquis absqve spe mirabiliter. Et exempla eorum sanatorum, qui deplorati vulgo habentur, adducit.

§. 2.

Ex hac controversia si nos expedire volumus, ut quasdam distinctiones adhibeamus, necesse est. Primo enim alii morbi per se & revera ac semper sunt incurabiles, qui nec naturæ, nec artis opera, in quorumque etiam subjecto, curari possunt, quorumque curatorum nullum unquam exemplum compertum est. Alii deinde sunt morbi, qui majori ex parte interimunt. Prioris generis sunt coecitas & surditas congenita, depravatæ partium figuræ congenitæ, vel diuturna gibbositas, phthises inveteratæ, & similes plures. Tales morbos merito prudens Medicus non attingit, neque eorum curationem, utpote quæ supra potestatem artis est, non promittit. Si tamen quid præstare potest, ut æger vel diutius superfit, vel sine minore molestia vitam transigat, ea in re ægro opem imploranti non deerit.

§. 3.

Posterioris generis sunt plurimi morbi, qui etsi plerumque occidunt,

 tamen

tamen interdum ægros inde convalefcere obfervatum eft. Quod accidit ob naturarum differentiam, quæ cum ex arte & ad ungvem cognofci difficillime posfit, rurfum quandam morborum deploratorum differentiam fuggerit. Sunt enim morbi deplorati alii revera tales, alii fenfus judicio & medici fententia & conjectura, cum tamen revera lethales non fint. Hinc fæpe fit, ut qui morbus a pluribus etiam Medicis pro deplorato eft habitus, poftea vel naturæ, vel aliorum opera curetur.

§. 4.

Danda igitur eft opera Medico, ut individuam & propriam, quantum fieri poteft, ægri naturam exacte agnofcat, atque tum fi videat omnino ægrum paulo poft moriturum, viresque plane collabi, prudenter fecerit, fi naturam jamjam fuccumbentem, multis medicamentis, imo fæpe ne cibis oneraverit; ne gravata amplius citius fuccumbat, atque ægro mors acceleretur.

§. 5.

Verum quia vix, & non nifi ab iis, qui frequenter cum ægrotis, dum fani erant, converfabantur, individua illa natura cognofci poteft: nec talibus in morbis ægri facile deferendi funt. Cum fæpe natura paululum adjuta vires iterum colligat, morbumque præter fpem profliget. Idque præcipue in acutis faciendum, in quibus fæpiffime anceps inter naturam & morbum pugna eft. Unde & *Hippocrates l. c.* fcribit: In morbis acutis non omnino funt certæ morbi & falutis prædictiones. In talibus ergo morbis licet aliquid moliri, naturamque tentare, & aliquid medicamenti propinare, quod ipfi non multum faceffat negotii. Ex cujus ufu fi videamus naturam non folum non labefactari, fed etiam nonnihil ejus vires colligi: fenfim ad validiora progrediendum, donec fanitas reftituatur. Quod fi vehementia morbi æger occubuerit, Medicus nihilominus & fuum officium, & quod artis eft, fecit: non fecus ac bonus nauclerus, qui quamvis diligentiffime navem gubernat, tempeftate abreptus & victus portum attingere non valet. *D. Dan. Sennertus Inftit. Medicin. Lib. V. P. II. S. I. C. IV. p. 1090. feq.*

Sine MEDICIS Viventes.

Millia gentium fine medicis degunt, nec tamen fine medicina: ficut Populus Rom. ultra fexcentefimum annum medicis caruit. *Plin. l. c. p. 525.* De Aureliano *Vopifcus:* Medicum ad fe cum ægrotaret, nunquam vocavit, fed ipfe fe inedia præcipue curabat. Et de Tiberio *Sveton. Lib. III.*

cap.LXVIII. Valetudine prosperrima usus est, tempore quidem Principatus pene toto, prope illæsa: quamvis a trigesimo ætatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento, consiliove medicorum. *Th. Gatakerus Annot. in Lib. I. M. Anton. §. 16. p. 37. b.* Franciscus Petrarcha consilia medicorum adeo sprevit, ut nunquam eorum pharmacis uti voluerit, naturam sibi magistram, medicorum consilia vana esse dicens. *Hier. Sqartzaficus in ejus vita ap. Zwinger. l. c. p. 1248. b.* Quomodo Bernhardus Medicos eorumque medicamenta spreverit, habent *D. Mengering Informat. Conscient. Dom. XXIV. p. Trin. Q. II. p. 1062. seq.* & *B. D. Joh. Frid. Mayer* im betrübten und getrösteten Kinde GOttes, *P. III. p. 284.*

MEDICAMENTO
Visus amissus & recuperatus.

Rarum & annotatione dignum est, quod recenset *Hildanus Observ. & Curat. Chirurgic. Centur. V.* de quodam Decano ad S. Albinum in ditione Friburgensium Helvetiorum. Homo ille (inquit Hildanus) 34. circiter annorum, obesus, & constitutione corporis pituitosus, cum in cacochymiam incidisset, & toto corpore intumuisset, ac medicamentum vomitorium validissimum sumsisset, eodem die, & quidem inter vomendum, visum penitus amisit; sine dolore tamen, & oculis manentibus claris: vitium enim circa ortum nervorum opticorum erat. Mansit in hac coecitate viginti quatuor circiter horas: sequenti vero die cum ex præsumto medicamento vomitorio purgatio per inferiora supervenisset, visum ex integro recepit. Porro ex relatis colligere licet, vomitum oculis obesse, præsertim in corporibus pituitosis. Pituita enim cum sit humor tenax & viscidus, si vi medicamenti sursum ad nervos opticos repellatur, eis tenaciter adhæret, eosque obstruit, ac tantopere indurat, ut perpetuo coeci remaneant ægri. Itaque non temere exhibenda sunt medicamenta vomitoria corporibus pituitosis, & cacochymicis, præcipue chymica, propter eorum violentiam. Rarissime enim eos, quibus nervi optici obstruuntur, visum recuperasse observant Medici. *D. Weber. Art. Convers. Reg. XII. p. 911. 912.*

MEDICAMENTA
Continentiæ servientia desiderans contraria accipit.

Expertus est hoc ille ap. *Alexandrum Benedictum de Cur. Morb. Lib. XXIV. cap. XVIII. p. 922.* decrepitus, de quo sequentia consignavit: Quidam a nobis Nobilis Venetus quæsivit, ut aliquo adjumento senectutis effoetam virilitatem reficerem. Septuagenarium hominem demiror, claudum, Hemiplexia debilitatum, tam impudenter lenocinia adhuc per vicos, per-

perquirentem, roganti copulari ſeni Dia Satyrion concitatorium promiſimus: at Diaphœnicon abſtulit hilaris ſenex, quo aſſumto inter meretricis amplexus, ſalivariaque oſcula pigritantem Venerem demirans, primum atque ſubinde damnans, turbato ventre ad ſellam properare cogitur, non ſine inteſtinorum tormentis, atque eo modo decies alvum ſtolidus homo exoneravit. Ferunt alii, ſubjicit P. *Foreſtus Obſerv. Med. Lib. XXVI. Obſ. XIX. p. 591.* Idem Monacho contigiſſe, at alio modo: Medicamentum ad continentiam faciens expectabat Monachus: Alius eodem tempore ſponſus, utcunque ſenex, medicamentum expoſtulabat ad Venerem concitandam, ſed pharmacopolæ errore contrarium Monacho exhibitum fuit, ita ut illa nocte tentigine Veneris ſupra modum affligeretur, contra ſponſus novæ nuptæ nihil hilaritatis attulerit. *L. Garman. de M. M. Lib. I. T. XI. §. 22. p. 298.*

MEDICAMENTORUM
Applicatio ad partes ſanas.

Carolus Zenus, Venetorum Dux, contra Ligures clariſſimus, cum vulnus accepiſſet in genu lethale, nec impoſita medicamenta quicquam proficerent, ferunt Medicum quendam Græcum ſano genu medicamentum applicuiſſe, ex quo Zenus convaluit. *Cardanus de Rer. Variet. Lib. VIII. cap. XLIV. ap. Weber. l. c.*

MEDICASTRI
Blandi ſicarii.

Baſſianus Landus Placentinus, Medicus & Philoſophus ſummus, narrare ſolebat, ſuo tempore Germanum quendam Patavii omnium Medicorum calculis, a laurea, quam petebat, ignorantiæ cauſa rejectum unius Senis oratione eam aſſecutum fuiſſe, quod is exoptatiſſimam hanc vindictæ de Germanis, qui Maximiliani I. auſpiciis agrum & urbem Patavinam hoſtiliter vaſtaſſent, ſumendæ rationem eſſe diceret, ſi *blandos ſicarios*, medicorum larva tumentes, ſubmitterent, qui non urbes, ſed homines, non plebejos (quorum pauci in ea gente medicis uterentur) ſed nobiliſſimos quosque ſua imperitia e medio tollerent. Accipiamus ſane pecuniam, & mittamus non tantum aſinos, ut olim, ſed & veneficos in Germaniam. Pervicit adeo ſenis aſtuti ſententia, ut præter omnium expectationem in doctorem promoveretur. *Zwingerus Vol. V. Lib. II. p. 1246. b.*

Impune occidentes.

§. I.

Plinius *Lib. XXIX. cap. I.* de his ita: In hac ſola artium evenit, ut unicuique

cuique ſe medicum profitenti ſtatim credatur, cum tamen periculum in nullius mendacio majus ſit; Non tamen illud intuemur, adeo blanda eſt ſperandi pro ſe cuique dulcedo. Nulla præterea lex, quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ, diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt, medicoque tantum hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt. Huc usque *Plinius p. 525.* Non verentur in hominum vitas graſſari, atque ut proverbio dicitur, IN VASIS JACTURA ARTEM FIGULINAM EXERCERE, ut *Lemnius* graviter monet *de Occ. Nat. Mir. Lib. I. c. XVII. Keckerm. Syſt. Pol. Lib. I. cap. VIII. p. 181.*

§. 2.

Latrones, ſicarii, venefici, homines inhumaniter occidunt: medici tamen humaniſſime atque officioſiſſime, & ſolenniter interimunt. *Rodericus Epiſcopus Zamorenſis in Speculo Humanæ vitæ cap. XXXII. p. 135.* Hoc uno a latronibus differunt, quod cives intra mœenia & non in montibus deprædentur, ut alicubi *Galenus* loquitur. *Th. Bartholin. in Paralytico N. T. Tertio p. 53.*

Sic aliena probi per multa pericula, multa
Per damna artifices fiunt, per iniqua ſepulchris
Pocula dant ægros, poſitoque pudore ſceleſti
Poſcere carnifices munus pro cædibus audent.

Evil. Sal. Bartaſius Hebdom. II. Diei I. Lib. III. p. 80. Hinc inter eos, qui ſangvine vivunt, Medicos enumerat *Arthemidorus Lib. I. cap. LXIII.* Homicidii quippe crimen eſt, hominis ſalute peccare, ut eſt ap. *Caſſiodor. Lib. VI. Ep. XIX.* Cumque nulla lex eſſet, quæ puniret inſcitiam capitalem, & medicis impune liceret occidere; pœna tandem capitalis in eos promulgata eſt, qui imperitia homicidium admiſiſſent, ut ex *Paulo Lib. V. Sentent. Tit. XXV. in fin. & l. illicitas. 6. §. ſicuti de offic. præſid.* & aliis locis probat *Savaro ad Apollin. Ep. XII. ap. Salm. l. c. p. 49. a.* Conf. *Joh. Sarisberienſis Policrat. Lib. II. cap. XXIX. p. 125.* Reutha Scotorum Rex, quod complures aut vulneratos, aut morbo correptos, medicorum inſcitia periiſſe ſciret, ne quiſpiam niſi longa experientia, medici nomen deinceps aſſumeret, edixit, capitis pœna propoſita in non obtemperantes. *H. Boëthius Lib. II. ap. Zwing. l. c. p. 1247.*

§. 3.

Rabbini dicunt: Væ illi, qui Medicum hæredem habet, denn er wird ihn bald fort ſchaffen. Bene *Seneca:* Infeliciter ægrotat, cui plus periculi a medico, quam a morbo. *B. D. Miſand. in Theatr. Trag. Tit. CCXI. p. 614. ſeq.* Hinc illud pervulgatum: Novo medico, novo opus eſſe ſepulcreto.

Et nullum medicum esse peritum, nisi triginta homines ad orcum demiserit. Et cum istud faciunt, insuper mercedem exigunt, tanquam si homicidio furtum vellent adjungere. Nicocles ejusmodi medicos felices affirmabat, quoniam successus eorum Sol intueretur, errores autem eorum tellus operiret. Sic alius quidam nomine Stratonicus salse medico dicebat: Laudo tuam experientiam, quia non finis infirmos computrescere, statim eos a vita liberans. *Heidf. l. c. p. 691.* Diese, wie jener sagte, die Cains Keule ihnen theuer gnug bezahlen lassen, sind Mörder. *Misand.* **wohlgeplagte Priester** *cap. VI. p. 70.*

§. 4.

Hermocrates medicus ignavus & indoctus, tantæ fuit infelicitatis, ut vel per somnium conspectus interficere crederetur.

Lotus nobiscum est, hilaris cœnavit, & idem
Inventus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis causam Faustine requiris?
In somnis medicum viderat Hermocratem.

Martial. Lib. VI. Epigram. Zwinger. l. c. p. 1244. De hisce agyrtis, circumforaneis, diatritariis &c. vid. *D. Zimmerman. in Florileg. Philolog. Histor. P. I. p. 223. Auhorn. Magiolog. p. 1076. &c.*

§. 5.

D. Aresius in aspide observatum habet, quod aculeum infigens levissime pungat, & dulci quodam sopore per humanum corpus diffuso, omnem ei sensum adimat, atque adeo miserum hominem, veluti non advertentem, occidat. Medicum hominem spectat imago, hoc cum lemmate: MORDET IN SILENTIO! Hieronymus Cardanus, medicus peritissimus, ait: Complures ab indoctis medicis occiduntur, alioquin victuri, quam morituri ab eruditis salventur; timeo, ne magno malo potius, quam bono, ut pleraque alia mala, mortalibus medicina accesserit. *Picin. M. S. Lib. VII. cap. II. n. 7.*

Infirmos optant omnes.

Cætera hominum genera felicem auram, bonamque temporis dispositionem optant; Medici vero aut insanam, aut pestiferam, omnesque infirmos esse præter se, & suos desiderant. Quos quidam sapiens similes dicit eis, qui funera ad corpora hominum sepelienda deferunt: Quos Demosthenes Athenis damnavit exilio; ex solo, quia optabant plurimos mori, ut inde lucrum caperent, quod contingere non potest, sine multorum morte. *Rodericus l. c. p. 134.*

Lotii

Lotii ſpectatores.

§. 1.

Multi ſolius urinæ indicio freti, domi ceu Alexandriæ Medici deſides in ſolio, ut ſacerdos Apollinis ex tripode: aut ut anus fatidica ex cryſtallo, non viſo ægro, ſed tantum inſpecto lotii vitro, bone Deus! quam ambigue, quam perplexe de ægrotantis morbo, ſalute, & morte pronunciare, & perfricta fronte ob vile lucrum, quo ſcortum non mereret, nugari non erubeſcunt. Adeo ignorantia nihil doctius & audacius! Siquidem quo quis imperitior, eo etiam plus in rebus arduis ſibi confidere, & arrogare audet.

§. 2.

Mos eſt in urbe Roma, ut infirmi urina mittatur ad medicum, uno aut duobus argenteis nummis, ut conſulat ſanitati. Quidam medicus, varia nocte remedia morbis ſcribebat in ſchedulis (quas Receptas vocant) eas omnes in ſacculum ponebat. Mane cum urinæ ad eum deferrentur, poſtulato remedio, ille manum ponebat ad ſacculum, caſu eam, quæ in manus incidiſſet, ſumturus, dicens vulgari lingva: Prega dio te la mandi bona, i. e. Roga Deum ut ſortiaris bona. *Poggius in Facetiis ap. Zwing. p. 1244. b.*

§. 3.

Memorabile autem eſt, quod a Johanne Langio, Medico doctiſſimo & feſtiviſſimo relatum video: Judæum ſcilicet pharmacopœum quendam, ante Myropolium ſtatuiſſe ſculptile Morionis idolum, verſicolore veſte, rubro capitis galero ornatum: qui dextra manu exſerta matulam vitream, diductis labris ſubridens, ut moriones aſſolent, ſpectatoribus oſtentare videbatur. Rogatum vero pharmacopolam, quid hoc inſolens morionis ſimulacrum portenderet? reſpondiſſe: ſe a parente avoque Medicis accepiſſe, Medicos, qui ex ſolo fallacis urinæ indicio diſcernere morbi naturam, & locum affectum conarentur, hos eſſe morioni huic ſimillimos, qui temerarium illorum de morborum cauſis ex lotio judicium irrideret. *Salm l.c. p 49.* De inſpectionis urinarum abuſu vid. *Sennert. l. c. Lib. III. P I. S. III. c. I. p 544. ſeq.*

§. 4.

Vor wenig Jahren lebte an einem gewiſſen Orte ein ſolcher Urin-Wahrſager, welcher ſich unterſtund, aus dem Urin, nicht allein von der Beſchaffenheit eines Krancken, ſondern auch von Politiſchen Dingen unfehlbare Nachricht zu ertheilen. Solchen zu verſuchen, haben 8. Perſonen ihr Waſſer in ein Glaß zuſammen gelaſſen, und ſolches dem Propheten zugeſchickt. Er aber merckte

den Possen bald, und forderte vor seine Mühe so viel Geld, als er sonst von 8. Personen insonderheit zu empfangen pflegte. *Bierling. Cent. I. Obs. Med. Obs. 45. p. 82.* welcher aber beyfüget: Talis modi hominibus servit nonnunquam urinæ loco pallii Diaboli, ap. *D.* **Ernst in der neu-eröffn. Schatz-K.** *P. III. cent. II. c. XLI. p. 279. 280.*

§. 5.

Reprehensione interim digni sunt, quotquot in universum urinarum inspectionem atque cognitionem, tanquam incertam & inutilem damnant. Hac enim ratione non tantum Hippocratem & Galenum, qui multis in locis harum mentionem faciunt, tanquam eos, qui rem nullius usus toties attigerunt, & interdum ex professo tractarunt, irrident; sed & rationi ac experientiæ adversantur, quæ urinarum inspectionem plurimum in nonnullis morbis momenti habere testantur.

§. 6.

Non minus autem reprehensionem merentur magna nostri temporis medicorum pars, qui nullum non morborum genus ex urina cognosci posse censent. Nisi enim hanc perversam & risu dignam opinionem induissent, non ex urina, tanquam olim ex tripode, de singulis corporis malis respondere in animum induxissent. Valde autem inepti sunt, qui ex urinæ inspectione omnia prædicere conantur, quod scilicet inscitiam, aut verius stultitiam suam hac ratione omnibus planam faciant: eruditis primum & intelligentibus, ut qui eorum duntaxat, quæ in jecore, vasis, renibus, vesica, & urinariis meatibus sunt, vitiorum notam esse urinam sciant. Ut itaque merito ridentur, qui ex sputo de iis malis, quæ renes, vel vesicam infestant, pronunciant: ita certe ii quoque risu omnium digni sunt, qui ex urina de thoracis vitiis certi aliquid prædicere nituntur.

§. 7.

Quare eos, qui veritatis amantes sunt, artemque sine ignominia exercere volunt, hortamur, ut legitimum urinæ inspiciendæ usum iterum introducere adnitantur, nec aliorum more illa ad sordidum quæstum abutantur. Quod facient, si ex illa tanquam ex tripode deinceps vaticinari desinent, & pro nota duntaxat unica, & non quidem omnium, sed eorum, quæ in jecore & vasis sunt, malorum corporis, utantur. Reliquos impostores nihil moramur, utpote quos ne Musæ ipsæ, ut alicubi Galenus dixit, sanare possint. Ad corvos igitur eant, qui ex lotio de omnibus omnium partium affectibus sese certa pronunciaturos temere jactitant, & hac impostura præstantium medicorum nomen sibi falso arrogant, miserisque ac simplicibus hominibus fucum faciunt, qvum venosi tantum generis, partium

jeco-

jecoris, renum, atque veſicæ, urinam indicium eſſe certiſſimum conſtet, aliorum minime. *Leonhard. Fuchſius Inſtit. Medic. Lib. IV. S. III. cap. I. p. 691. ſeq.*

Morbum parvum magnum facientes.

Medici Sophiſtæ morbum per ſe levem, φθεγγώδεα faciunt, apud Hippocratem, periculum fingendo magnum. In eandem ſententiam Mimnermus ait:

οἷα δὴ φιλέουσιν, οἱ ἰατροὶ λέγειν
τὰ φαῦλα μείζω καὶ τὰ δεῖν' ὑπὲρ φόβον,
πυργοῦντες αὑτούς.

Sicut medici ſolent dicere leves affectus, majores & graviores, quam timendum ſit, ut ſe ipſos extollant. *Zwing. p. 1238. a. & Vol. VII. Lib. V. p. 1990. a.*

Multi.

Vidi ego plurimos heri aromatarios, hodie medicos, heri barbarum raſores, hodie morborum gravium cenſores, heri herbas, cæteraque materialia in apothecis commiſcentes, hodie in Principum aulis morbos judicantes. Si enim etiam ſanando vix nomen boni medici quisque aſſumit, quonam pacto necando medicandi titulum vendicabit? Quibusdam itaque his ſimilibus me aliquando febricitantem viſitantibus, atque remedia pollicentibus, ſed & cauſas morbi indicare conantibus, illud ad Philippum, ut in Actis Apoſtolorum legimus, dicebam: P*utasne intelligere, quæ dicis?* Quibus dicentibus, etiam ego iterum cum eodem Eunucho addebam: *Quomodo ſcire poteris, cum te nemo docuerit?* Mira res certe eſt, ut enim inquit Hieron. fullones, metallarii, fabri, lignorum cæſores, ipſa quoque vilia officia exercentes, absque doctore eſſe non poſſunt, nec experiri audent, quæ non noverunt: Sola eſt medicandi ars, quam ſibi paſſim unusquisque vendicat. Alii enim a crebro infirmantibus medicinam addiſcunt: Alii a fœminis, ut viros curent: Alii ab infidelibus audiunt, ut fideles necent: Alii neſcio quibus libellis legunt, ut in miſeris corporibus uniformiter exequantur, & (ut ajunt) uno collyrio, ab eis incognito, omnium oculos volunt curare: quo fit, ut cœcus arte, natura videntem cœcum faciat. *Rodericus l. c. p. 133.*

Prædonibus nocentiores.

Quis dubitet, Medicos ejusmodi impoſtores, ipſis etiam prædonibus longe nocentiores eſſe: cum hi pecuniam tantum viatoribus, nec impune

 tamen,

tamen, adimant: at illis, cum vitam & pecuniam ægris eripuerint, etiam mercede gratia referatur. *Salm. l. c. p. 49. a.* Prudenter *Levinus Lemnius de Occultis Naturæ miracul. Lib. I. cap. XVII.* errones, circumforaneos, atque impoſtores publicos, exterminandos cenſet, qui non verentur, in hominum vitas ac corpora graſſari, atque ut habet proverbium: In vaſis jactura artem figulinam experiri, h. e. interprete Plinio, hominum periculis diſcere, & per experimenta fallacia, ac conjecturas mortem hominibus inferre. *Camerarius Op. Subciſ. cent. I. cap. LII. p. 235.*

Non Reſurgent.

Medicorum vocabulum apud Hebræos ambiguum רפאים ſine punctis ambigue legitur, nunc *Rephaim*, quæ fuit nequiſſima gens mortalium; Nunc *Rophim* i. e. Medici, quæ confundentes LXX. in loco Eſaiæ ex illis nequiſſimis bipedum fecerunt Medicos, & his denegarunt reſurrectionem mortuorum. Ita enim habent Eſ. XXVI. v. 14. οἱ ἰατροὶ οὐκ ἀναςήσονται. Vid. *D. Pfeiff. Dub. Vex. cap. IV. L. XVI. p. 701. Slevogt. P. III. Diſp. Acad. p. 893. Scherz. Syſt. Def. p. 582. D. Joh. Ern. Gerhard. de Evocat. Mortuorum §. 19. p. 23. 24.*

Non Salvantur.

Secundum quosdam Jurisconſulti cum Medicis non ſalvantur; *Weigelius* enim in γνῶθι σεαυτὸν *P. II p. 49.* ita ineptit: Nun warum kömt ein Doctor, Magiſter, Juriſt, Medicus &c. nicht im Himmel? Darum, daß man im Himmel nicht dürffe Sachen führen, noch zancken um das Zeitliche, auch nicht heilen, denn es ſind keine Krancke in dem Himmel, man darff nicht Autores leſen, oder profitiren. *D. Henric.* Freiesleben *Diſquiſ. Synod. I. in Form. Concord. Sect. II. th. XXXI.* Partem non habent in futuro ſeculo, inquiunt Rabbini: Scriba, Cancellarius Medicorum optimus, & judex civitatis, atque hariolus, ædituus & coqvus. *Joh. Saubertus Palæſtr. Theol. Philolog. Diſp. I §. 22. p. 21. in Kidduſch f. 82. 1.* dicunt: טוב שברפאים לגיהנם Optimus Medicorum meretur gehennam, nempe ut gloſſa habet, quia multos incaute occidit, quos per artem ſervare potuiſſet. *Joh. Henr. Hottingerus Theſaur. Philol. Lib. I. S. II. Q. IV. p. 10.* Et in *Peſach. f. 113. 1.* inqviunt: Ne habites in urbe, cujus caput eſt medicus; medicinam enim & privatum commodum magis curabit, quam publicum. *B. D. Chriſtoph. Nagel LL. CC. Hæbræo-Rabb. Talmud. in v. Medicus. Saubertus l. c.*

MEDICASTRORUM

Ægri patientes.

Cur

Cur patiens, Pauline, tuus tibi dicitur æger?
Impatiens morbi ſit licet, atque tui.
Te quoniam patitur, Patiens tuus ergo vocatur:
Nam plus, quam morbus, torquet eum medicus.

Joh. Owenus Lib. I. Epigr. XLIV. p. 7.

*
* *

Hæc non ſcripta probis, doctis, ſapientibus, alto
Quorum corde manet pietas, cultusque Superni,
Quippe animas ægro migrantes corpore ſiſtunt;
Hos ego ſuſpicio nobis ut ab æthere miſſos,
Qui mortes abigant, cordique inimica venena,
Qui florens ævum, & nativas corpore vires
Conſilio ſervent, phyſeosque, Deique miniſtri,
Et fluxam docta confirment arte ſalutem.

Barlaſius l. c. p. 80.

MORBUS
Adurens corpus.

§. 1.

Dixit *Hippocrates Lib. VI. Epid. S. V. p. 278.* incendi nimium per morbum Animam, aut, ut *Anut. Foëſius in h. l.* interpretabatur ἀνθρώπȣ ψυχὴν humanum animum. Morbum vero potiſſimum Febrem explicat *Holſtius p. 41.* utpote, quæ πυρὸς nomine paſſim apud *Hippocratem* venit. Loca collegit *Foëſius in Oeconom. Hipp. p. 445.* Peſte correptis anhela flammis corda tribuit *Seneca in Oedip. Act. I. v. 38.*

§. 2.

De morbo, qui Conſtantinum Imp. ſuſtulit, narrat *Ammianus Marcellinus Lib. XXI. p. 215.* quod calor nimius uſſerit venas, ut ne tangi quidem poſſet corpus ejus, in modum foculi fervens. Febri ſimile erat mirandum morbi genus, inquit *Th. Bartholin. Lib. I. de Luc. cap. VI. p. 47.* quod circa Ninervam miſeris mortalibus innotuiſſe *Alb. Kranzius Lib. V. Saxon. cap. XV. p. 113.* propoſuit. Tacti namque homines igne inviſibili ardebant, qui facile penetrabat præcordia, ut alii pedes, alii manus ea occaſione præciderint. In America quoque tantus ſubinde in hominibus calor crevit, ſi credimus Relationibus, ut equi videantur potius comburi, quam abſumi, imo coqui, ut *Aurelianus* loquitur. Quod in fœmina Hibernica *Cl.*

Vir

Vir Arnold. Bootius, ut Th. Bartholino ipſe narravit, cujus adeo toto corpore exarſit calor, ut admota procul manus valde incaleſceret.

§. 3.

In vere urentem ignem transire in modicum calorem, aut Archeum excandefactum, ſequentia ſuggerunt. Se exuri in febre, clamabat *Nantinus Comes Engelismenſis*, cujus exaninum corpus ita nigredinem duxit, ut putaſſes, eum prunis ſuperpoſitum fuiſſe combuſtum, aſſerente *Cæſ. Baronio ad A. C. 583.* In juvene febre petechiali laborante cutis ultra carpum & malleolum ſpatio 24. horarum adeo ſenſim adurebatur, & ſimilem illi calorem repræſentabat, quo ſolet ſuilla veru aptata conſpici, dum ad prunas verſatur, liqueſcente jam pingvedine, quod obſervavit *Simon Pauli Parechaſ. de Febr. Malign. §. 52. p. 64.* In peſte Anni 1350. ignis corpora usque ad oſſa in viventibus & mortuis abſumſiſſe legitur. Memoria digna illa *D. Matthiæ Jacobæi ap. Th. Bartholin. V. I. Act. Med. Hafn. Obſ. CXVI. p. 210.* Fœmina quædam urbis Aurelianenſis gravida febri acuta, & inflammatione circa umbilicum ſubito correpta, opinione citius & ἀλόγως liberata fuit, æſtum vero febrilem in fœtum tranſiiſſe eventus docuit. Mortuus enim ex utero extractus oſſa habuit in pulverem rubicundiſſimum redacta, tanta vis ignis febrilis fuit. Vid. *Garman. de M. M. Lib. II. Tit. IX. §. 24. p. 687.*

§. 4.

Gleichwie ein Feuer, wanns in einem Hauſe auskomt, durch alle Zimmer und Gemächer dringet, und durch alle Fenſter, auf Boden und Saalen durchſchläget, daß offt ein ſolches in Brand gerathenes Hauß, gleich einem Fiſch-Tiegel ausſiehet, der über den Feuer ſtehet und ſiedet, oder wie dort Jeremias einen heiß-ſiedenden Topff ſahe, Cap. I. v. 13. Alſo dringet die hitzige Kranckheit durch alle Glieder, der Kopff brennet, daß ihn niemand anrühren kan, die Augen glüen, der Mund ſiehet Feuer-roth, und gehet ein heiſſer Oden heraus, in Summa, es iſt im gantzen Leibe Feuer von innen und von auſſen. *D. I. B. Carpzov. Conc. Fun. P. I. p. 295. ap. D.* Gerſtäcker in Vorrath von ſchönen Gleichniſſen. *p. 852.*

Auguſtinum convertit.

Es ſoll des Auguſtini Kranckheit, da er zu Rom an einem Fieber ſehr hart darnieder gelegen, viel zu ſeiner Bekehrung (um ſich von den Manicheiſchen Irrthum loß zu machen) contribuiret haben. *M. Ægidius* Hochmuth *in Manuali Hæreticorum p. 131.*

Be-

Benignus & Malignus.

Morbus alius eſt benignus, alius malignus. *Benignus* eſt, qui nihil gravium ſymptomatum ſupra propriam naturam habet, tantumque ea, quæ proveniunt a peculiari a natura receſſu. Morbus vero *malignus* eſt, qui priora, quam pro ſuæ naturæ ratione, habet ſymptomata, & cui ex occultis qualitatibus aliquid vitii, quod vires dejicit, conjungitur: qui etſi periculoſus ſit, tamen accidentia pleraque ſæpe non admodum violenta, & ſæva habet, unde ſimulata benignitate non raro & ægros, & Medicum fallit, & de quibus ſalutis ſpes concipitur, præter ſpem, atque inopinato moriuntur. Similes nimirum ſunt tales morbi hominibus malis, qui aliud vultu, & verbis præ ſe ferunt, aliud corde occultant, & factis præſtant. *D. D. Sennert. Med. Inſtit. Lib. II. P. I. cap. XI. §. 12. p. 194.*

A DEO immiſſus.

§. 1.

Cum Maximinus Imp. ob crudeliſſimas in Chriſtianos perſecutiones, horrendis a DEO morbis percuteretur, hinc inde Medicos conquiſivit, qui ſibi opem ferrent. Sed omnia remedia fruſtra tentabantur. Meminit *Ruffinus*, quendam ex iis, quam jugulari præceperat Maximinus, inſpiratum a DEO, Imperatori hæc objeciſſe: Cur Imperator erras, & quod DEus infert, ab hominibus putas poſſe revocari? Nec humanus eſt iſte morbus, nec a Medicis curatur. Sed recordare, quanta in ſervos DEI egeris, quamque in religionem divinam impius & profanus extiteris: & intelliges, unde tibi ſint poſcenda remedia; Nam & ego quidem mori cum cæteris potero: tu tamen a Medicis non curaberis. *Euſebius Lib. VIII. cap. XVI. & Ruffinus ap. Zwinger. Vol. V. Lib. IV. p. 1413. a.* Morbos, quos Principibus DEus immittit, non ex humorum intemperie, ſed ex morum pravitate ortos, nec Medicus ullus curare, nec medicamentum ullum tollere poteſt; *Gvev. H. P. Lib. I. cap. XIII. p. 45.* Cum Sereniſſimus quidam Princeps aliquando ad medicum diceret, nihil poſſe medicinam, fruſtra eſſe omnia, reſpondenti medico, verum eſſe, ſi DEUS & natura renuant, nihil vel ſe, vel quemvis alium poſſe, illachrymabundus Princeps clementiſſime aſſentiebatur. *G. W. Wedel Dec. III. Exercit. VI. p. 31.* Auguſtinus ad DEum dicere ſolebat: Niſi tu fueris requies mea, ſanari non poterit ægritudo mea. *Pic. M. S. L. IV. c. XVI. §. 241.* Bey den Frommen aber gebrauchet ſich GOtt der Kranckheiten wie ein Kauffmann, der ſeine Waaren in Maculatur, Matten, und geringe Tücher pflegt einzupacken, damit er ſie ohne Schaden anheim bringt. *Scriver. N. Creat. Dom. III. p. Epiph. p. 194. ap. D. Gerſtäcker, p. 851.*

§. 2.

Morbos a summo DEo illatos dari, ipsa sacra Oracula prodiderunt, idque dilucidis enunciarunt verbis, comminationibus, Exemplisque, Exod. IX. v. 15. Levit. XXVI. v. 25. Num. XIV. v. 12. Deut. XXVI. v. 21. 2. Reg. XXIV. v. 25. Minitatur Israelitis ipse DEus pestem, Jerem. XV. v. 2. & Cap. XXI. v. 6. Cap. XXIX. v. 17. 18. Ezech. V. v. 17. Cap. XIV. v. 19. Amos IV. v. 10. Habac. III. v. 6. Inde sagittæ DEI, Psalm XCI. v. 5. Talis forsan illa, quæ in omnes indifferenter Idololatras & Paganos Christianorum plane intacta congregatione desæviit, quæ describitur ab *Eusebio Lib. IX. H. E. Cap. VIII. & Paulo Diacono Lib. VI. de Reb. gest. Longob. cap. V. A. 682.* θεήλατος erat arthritis Assæ Regis 2. Chron. XVI. v. 12. Morbus intestinalis Regis Joram: ibid. Cap. XXIV. v. 14. 15. Melancholia Nebucadnezaris. Dan. IV. v. 13. 29. Herodis verminatio, Act. XII. v. 23.

§. 3.

Agnoverunt id etiam Ethnici, inde ob circa lucum Dianæ pascentem capream Dianæ sacram jaculo ab Agamemnone transfixam lues pecora invasit, quod e *Dicty Cretensi* recitat *Nic. Frischlin. Annot. ad Callimach. hymn. 2. v. 263. p. 250.* Talis & illa Atheniensium ab *Epimenide* expiata ap. *Diog. Laërt. Lib. I. de vit. Phil. in Epimenid. p. 78.* Apollinem immisisse pestem in Græcorum exercitum *Homer. Lib. I. Iliad. v. 44.* cecinit, ubi & pestem κῆλα θεοῖο sagittas DEI *v. 53* vocat. *D. Botsac. Mor. Ged. in v. Sagitta p. 941. Dieteric. Antiq. Bibl. p. 670. Joh. Lomeier. Synt. de Lustrat. Vet. Gentil. cap. VIII. p. 55. Carol. du Frene in Gloss. Tom. II. lit. M. p. 469.* Apollo inde *Macrobio* λοίμιος *Lib. I. Saturnal. cap. XVII.* audit, quod inferat & auferat pestem. *Garm. l. c. Diss. procem. S. I. §. 17. 18. p. 135.* Θεῖον τι in morbis fatetur *Hippocrates S. II. Op. l. prænot. Tr. 4. p. 3.* quod ipsum divinum Numen appellat *S. V. l. de Nat. Mul. p. 126. ap. eund. c. l. §. 15. p. 134.*

Diuturnus Phtisis.

Pthisis cum non uno impetu, sed paulatim corpus humanum consumat DIUTURNUS MORBUS appellata est. *Barthius Advers. Lib. XLV. cap. IV. p. 2060.*

Facit ne animo efferamur.

Antigonus, Rex Macedonum, a gravi morbo postquam convaluisset: Nihilo pejus est, inquit, siquidem hic morbus submonuit nos, ne animo efferamur, qvum simus mortales. *Joh. Spinæus de Tranquillitate Animi Lib. VII. p. 378.* Conf. omnino & *eundem* de hac materia *in de Consolandis ægrotis p. 677. seq.* Quis docuerat ethnicum regem Philosophiam christiano

ſtiano dignam animo? Deplorabant amici ceu magnum malum, quod tam graviter ægrotaſſet: Ille interpretatus eſt, ex morbo plus acceſſiſſe boni, quam mali. Corpus extenuerat, ſed animum reddidit modeſtiorem: corporis robori nonnihil detraxerat ſed animo detraxit inſolentiam, morbum longe periculoſiſſimum. Proinde non peſſime res habet, qvum levior morbus arcet, pellitve majorem. *Eraſm. Apopht. Lib. IV. in Antigono cap. VI. p. 290.*

Gallicus in America curatus.

Hiſpanus quidam morbo Gallico infectus (welche Kranckheit denenjenigen fremden Nacht-Steigern wohl bekandt, die den Wachs-Stock ihrer hitzigen Begierden, bey manchen verbotenen Eigenthum allzuhäuffig anzuzünden bemühet leben. *D. Dexelius Theatr. Hiſtor. Curioſ. Tit. LXXXIII. p. 620.*) ejus curatione incognita exiſtente, inde mali remedium petendum arbitratus, ubi natales mali fuiſſent, in Americam navigans, Guajaci decoctum bibit, curatus eſt, novique medicamenti, plane divini, inventor fuit. *Petrus Cieza Tom. II. Rer. Indic. cap. XXIX. ap. Zwing. Vol. V. Lib. II. p. 1246.* Conf. Appar. Curioſ. Tom. II. in Tit. *Gallicus Morbus p. 762. ſeq. & Th. Bartholinus de Morbis Biblicis cap. VII. p. 30.*

Graviſſimus quis?

Inter morbos judicavere experimento, uti condocet *Plinius*, aſperrimos cruciatus eſſe a calculorum ſtillicidio veſicæ, proximum ſtomachi, tertium eorum, qui in capite doleant, non ob aliud fere morte conſcita Græcis. *Cœlius L. A. Lib. XXIX. cap. XI. p 597. 598.*

Leviſſimus qui?

R. Joſe hatte den **Durchlauff**, oder **rothe Ruhr**, vor die ſeligſte, und vielleicht auch, ſeinen Gedancken nach, vor die **leidlichſte** gehalten; drum ſein Wunſch: Ich wolte daß ich am jüngſten Tage möchte gefunden werden unter denen, **welche am Durchlauffe geſtorben** ſeyn, weil die meiſten von den Frommen dadurch ihren Geiſt aufgegeben. Und ſetzt ein ander Rabbi, mit Nahmen Iſaac, die Urſach anbey: Durch dieſe Kranckheit kommt die Speiſe wieder von den Menſchen, alſo, daß wir ſauber und rein, denen Engeln gleich, für GOttes Angeſicht erfunden werden, *Tr. Schabbath f. 118. & Gerſon* im Jüd. *Talmud p. 303. ap. D. Chriſt.* **Brumbholtz** *Poſtill. Paraclet. p. 303. 319.*

Mentis.

Morbus mentis eſt certa ejus diſpoſitio, qua impeditur eas operatio-

nes edere, quas cæteroquin edere poterat, & debebat. *Joh. Franciſc. Buddeus in Elementis Philoſ. Pract. cap. III. §. 2. p. 89.*

Monachorum nullus, niſi ultimus.

Monachi ea vivunt temperantia, & ſingulari vitæ prærogativa, ut nullus inter eos morbus ſit, niſi ultimus, h. e. ipſa mors. *Drexelius de Æternitate Conſid. IV. cap. I. p. 15.*

Mortis nuncius.

Morbus moraliter nihil aliud eſt, quam τȣ̃ θανάτȣ προάγγελος καὶ πρόδρομος. *D. Joach. Hildebrand. in de Arte bene moriendi cap. II §. 30. p. 24.*

A Patre in filium transferendus.

Hulinus Parvus Aurelienſis materiarius ſorte magica affectus lethaliter, accerſi curavit hominem, qui omnes morbos depulſurum ſe pollicebatur, ſuſpectum magicæ artis, ut ſanaret ipſum. Is autem reſpondit, ſe non poſſe ſanitatem homini reſtituere, niſi morbum filio ipſius tum adhuc lactanti transdaret. Conſenſit parens in parricidium filii. Nutrix recognita aufugit cum puero, dum Magus Patrem ſanaturus attingeret. Sanato patre, puerum Magus afferri poſtulat. Quo non invento, repente exclamavit: Actum eſt de me, puer ubinam eſt? & vix dum abiens pedem janua extulerat, cum eum diabolus interemit ſubito, & cadaver ejus tam fuit atrum, quam ſi quis de induſtria colore atro infeciſſet. *Bodinus Dæmonol. Lib. III. cap. II. ap. Zwing. l. c. p. 1523. a.*

A Peccato, Sir. XXXVIII, 15.

§. 1.

Cum adverſa accidunt, ſolent homines in quidvis potius, quam in veram cauſam transferre culpam. Fatentur quidem publicas calamitates eſſe ſupplicia peccatorum, ſed quæ vera ſunt peccata, ignorant. Apud Jerem. Cap. XLIV. rejiciunt cauſam devaſtationis Hieroſolymitanæ in abrogationem ſacrificiorum, quæ fiebant militiæ cœleſti. Et tamen hæc ſacrificia erant ſumma impietas. Sed DEus Levit. cap. XXVI. docet, quod cauſa publicarum calamitatum (morborum) ſit violatio divinæ legis, & peccata adverſus verbum DEI. Si non audieritis ME, *inquit*, nec feceritis omnia præcepta MEA, ſed ſpreveritis ſtatuta MEA, & jura MEA contemſeritis, ut non faciatis præcepta MEA, & ad irritum perducatis pactum MEUM, v. 14. 15. Vide, quoties repetatum illud MEUM, ut Spiritus S. perſpicue ſignificet, ea demum vera eſſe peccata, quæ deſignantur adverſus DEI, DEI inquam, legem, non adverſus hypocritarum, & ſuperſtitioſorum traditiones. Eapropter

multi-

multifaria morborum genera DEus se illis immissurum minatur, v. 16. Quare seu publicæ, seu privatæ calamitates inciderint, debent nos ducere in agnitionem eorum peccatorum, quæ adversus verbum DEI designantur, ut agnitis peccatis resipiscamus, & quæramus peccatorum remissionem in CHRISTO. *B. Brentius Comment. in Levit. cap. XXVI. p. 129. a. b.*

§. 2.

R. Mosis Ægyptii apophtegma est: Non est mors (morbus) absque peccato & non est afflictio absque iniquitate. *R. Menasseh ben Israel de Resurrect. Mort. Lib. III. cap. XI p. 338. Drusius ad Deut. VIII, 5. in Op. Anglic. p. 1196.* Et *R Salomo, in Psalm. CVIII. 11.* itidem docet, non accidere homini ullam calamitatem, nisi propter ipsius peccatum. *D. Helvicus Tom. IV. Giess. Disp. VIII. §. 13. p. 177.* Omnis pœna si justa, est peccati, pœna, Augustini est effatum ap. *Hug. Grot. de I. B. & P. Lib. II. cap. XX. §. 1.* Seu: pœna est malum passionis, quod infligitur ob malum actionis. *M. Georg. Lud. Goldnerus de Pœna in Effigie §. 2.* Et *Plato in Phæd.* maximos dolores & morbos ob peccata hominum ex Deorum ira credidit ap. *Garm. l. C. p. 135.*

§. 3.

Interim tamen non est sentiendum, quod omnes calamitates (morbi) immittuntur hominibus propter peccata. Etsi enim omnes homines sunt coram DEO peccatores, DEus tamen sæpe immittit morbos, præsertim piis, non propter peccata, sed propter alias causas. Abel justus, occisus est permissu DEI, non quod peccaverat, sed ut manifestaretur in ipso, quæ esset futura piorum fortuna in hoc seculo, & ut daret ipsi DEus majorem, quam in hac terra, felicitatem. Job afflictus est variis generibus calamitatum, ut fides ejus probaretur, & illustris redderetur. Joseph conjectus fuit, permissu DEI, in carcerem, non quod inique egerat, sed ut hac via ad principatum Ægypti deduceretur. In Evangelio Johannis, cœcus quidam est à nativitate, non propter ipsius, aut parentum suorum peccatum, sed ut manifestarentur opera DEI in illo. Apostoli Christi graviter afflicti, ac etiam occisi sunt, non quod ignaviter vocationi suæ servierint, sed ut significaretur regnum Christi non esse de hoc mundo, & ut consequerentur copiosam mercedem in cœlo. Quare non est censendum, ibi esse impietatem, & peccata, ubi sunt morbi & calamitates; sed censendum est, ibi esse merita omnium maledictionum & calamitatum, ubi est impietas, & peccatum. Ex impietate enim de maledictionibus, non ex maledictionibus de impietate judicandum est. *Brentius l. c.*

Quid?

Morbus est Ens constans causis suis primordialibus in nobis tendens ad dispo-

dispositionem corruptionis & destructionis nostræ integritatis vitalis, ad quam si hæc attigerit, sequitur virium labefactatio, lucisque extinctio, quæ est mors ipsa, vitæ privatio causata ac dependens a causis suis positivis morbificis, ita definit *Martin. Heer Tr. II. Archiv. Arch. p. 97.* non inglorius Pyrosophiæ Helmontianæ adsertor & emendator ap. *Garm. l. c. p. 79.* Morbus est corporis habitus contra naturam. *Cœlius L. A. Lib. XXI. cap. IV. p. m. 8.* ast habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus ad id facit deteriorem, cujus causa natura nobis ejus corporis sanitatem dedit. Idque alias in toto corpore contingit, ut febris; alias in parte corporis, ut balbutire, claudicare. Quod posterius dici potest vitium rectius, quam morbus. *Joh. Oldendorp. Act. For. Prog. Class. IV. Act. II. p. 265. b.* Morbus est affectus præter naturam, a quo primum vitiatur actio. *Leonh. Fuchsius Instit. Med. Lib. III. S. I. C. III. p. 518.*

Qui vocatur: NON SEQVITUR.

Sed ut *Amesii* verbis in *Bellarmino enervato* adhibitis *p. 748.* hic utamur: Hæc omnia laborant illo morbo, qui vocari solet: NON SEQVITUR.

Signum iræ divinæ.

Secuta anceps valetudo iram deûm affirmavit. *Tacit. Annal. XIV.* Morbi ad iram DEI antiquitus relati. *Cels. Lib. I. procem. ap. Wanckel. in Gvev. L. I. C. XIII. p. 45.* Kranckheiten sind GOttes Soldaten und Rächer, sicut Theoph. in cap. VIII. Matth. p. 43. dicit: οἱ νόσοι στρατιῶται καὶ ἔκδικοι τοῦ θεοῦ. Ernst in Ehrenholds Ged. *C. II. M. LXX. p. 1023.*

- - Salvandi ipsa quoque consulit ira,
Ut Medicus curat vulnera vulneribus.

Prosper.

Virtutum officina.

Nazianzenus Ep. LXVI. graviter decumbens DEum sic alloquitur: Gratias ago tibi, Pater, ac tuorum hominum creator & curator, quod de nobis etiam invitis ac repugnantibus bene mereris, perque externum hominem internum purgas & per contraria nos ad beatum finem ducis. Morbos *virtutum officinas* vocat *Ambrosius ap. Heidf. l. c. cap. XIX. p. 389.* Qui valentiores sunt & sani, utile est illis infirmari, & non peccare, ne per vigorem sanitatis, illicitis sordidentur cupiditatum & luxuriæ desideriis. *Isidor. Hispal. de S. B. L. III. cap. III.* S. Brigitta pro Algotio, Doctore Theologo, apud DEum intercedens, ut illnm oculorum doloribus levaret, responsum tulit: Ille stella micans

micans eſt, nec expedit ſanitate corporis obſcurari animam ejus. Vid. *B. Miſand. Theat. Trag. c. 336. p 928.* Zu einer Lanzette, dadurch die Ader geſchlagen und das böſe Geblüte weggelaſſen wird, ſchreiben die Gelehrten: SANAT, DUM FERIT!

Sie ſchlägt und machet Blut,
Iſt doch dem Leibe gut!

Applicetur, &c. Id. ibid. p. 931.

MORBO
Comparatur peccatum.

I. *In hæreditaria acquiſitione*, Pſalm. LI. v. 7. Rom. V. v. 12. II. *In peſſima depravatione*, Sir. XXXVIII. v. 15. conf. Pſalm. XXXIX. v. 14. III. *In mortis prædictione*, Morbus prodromus mortis, conf. Gen. II. v. 17. IV. *In Medici imploratione.* Aliter. Ratione I. *Procreationis.* Morbi ex intemperantia, conf. Gen. III. v. 2. Rom. V. v. 12. Sir. XXV. v. 33. II. *Operationis.* Morbum ſeqvuntur 1) *Debilitas*, Pſalm. III. v. 6. 8. 2. Cor. III. v. 5. 2) *Deformitas*, Pſalm. XXXIX. v. 13. Epheſ. IV. v. 22. Col. III. v. 5. 3) *Corporis & animi anxietas*, Eſ. XXXVIII. v. 14. Pſalm. VI. v. 4. 4) *Mortis celeritas*, Eccleſ. X. v. 11. conf. Sap. II. v. 37. Pſalm. XC. v. 2. ſeq. III. *Medicationis*, 1. Pet. II. v. 24. 1. Joh. I. v. 7. Hic peccati morbus eſt 1) *Univerſalis*, Pſ. LI. v. 7. Rom. III. v. 22. Cap. V. v. 12. Epheſ. II. v. 3. 2) *Totalis*, Eſ. I. v. 5. ſeq. 3) *Lethalis*, Rom. V. v. 12. Cap. VI. v. 13. 4) *Incurabilis ulli creaturæ*, Jerem. XXX. v. 12. *Binchius ap. Bauman. in Anal. Allegor. p. 449.* Conf. *Glaſſius Rhetor. Sacr. Tr. 1. cap. XII. p. 354.*

Triplici in hac vita ſumus obnoxii.

Ad ſeducendum ſumus faciles; *Ad* bene operandum debiles; *Ad* reſiſtendum fragiles. *Möller. in Alvear. Sacr. p. 173.*

MORBO
Nullo tentati.

§. 1.

Selten geſchiehet es, daß iemand ſeine Lebens-Zeit ohn einigen Anſtoß, oder Kranckheit zu Ende bringet, wie ſonſten der bekandte Jeſuit, Franciſcus Coſterus auf ſeinem Tod-Bette, als geſungen wurde: Ich will ihn ſättigen mit langen Leben, Pſalm. XCI. v. 16. von ſich gerühmet: Et hoc apud me locum habet; DEI enim ſingulari beneficio octoginta annos vixi, nullo unquam morbo tentatus. Plinius meldet von dem Xenophilo, daß er 105. Jahr alt worden, und ſey doch niemahls kranck geweſen (Pro miraculo & id ſolitarium reperitur exemplum, Xenophilum Muſicum centum & quinque annis vixiſſe,

vixisse, sine ullo corporis incommodo,) *N. H. Lib. VII. cap L. p. 122.* Chytræus hat zu Rom eine artige Grabschrifft gesehen, da gestanden: Demetrio Cabacio, qui nullum corporis incommodum expertus, 90. annos superavit. Und einer zu Neapolis: Vixit annis 75. perpetua cum valetudine. *D. Misand. C. C. P. I. p. 467. seq.* In dem Dorffe Martigni ist den 3ten Martii An. 1713. George Robillard in dem 110. Jahre seines Alters gestorben, welcher niemahls die gantze Zeit seines Lebens kranck gewesen; Ita *Autor Relat. ex Parn. An. cit. N. XXII. de dato Paris 10. Mart.* Verwichene Woche ist allhier ein Mann von 115. Jahren gestorben, der die gantze Zeit seines Lebens über niemahls gekrancket. *Hamburg. Relat. Courier An. 1716. N. 63. de dat. Paris 13. April.*

§. 2.

Die Eigenschafft der Insul Bourbon, oder Mascareigna, nicht weit von der Capo de bonne Esperance, von welcher der weit gereisete Monf. Dellon schreibet, daß niemahls iemand allda kranck worden, von der Zeit an, da sie die Frantzosen in Besitz gehabt, und daß alle Schiff-fahrende, sie mögen mit einer Unpäßlichkeit behafftet seyn, mit welcher sie wollen, alsobald bey ihrer Ankunfft allda Besserung empfinden, dergleichen 80. Personen von ihrer Gesellschafft mit gutem Glück an sich erfahren, *in der Reise-Beschreibung nach Ost-Indien*, P. I. cap. III. p. 15. wird in unsern Ländern nicht gefunden; **Es ist bey uns keine vollkommene Gesundheit, sondern nur eine Neutralität zwischen Gesund- und Kranckheit**, und hat fast ein iegliches Land seine sonderliche Beschwerde.

§. 3.

Spanien gebe vermuhtlich mehr als eine Silber-Flotte drum, daß es der so genannten **Königsplage** gäntzlich befreyet wäre; **Engeland**, daß es der Colic; **Gasconien**, daß es der **rothen Ruhr**; **Tolusa**, daß es der **Haupt-Kranckheit** müßig gehen könte; **Italien** stehet, wie gereisete Medici zeugen, voll heilsamer köstlicher Kräuter, so zur Artzney dienlich, deswegen findet man daselbst vielerley rare Hülffs-Mittel, Hertzstärckungen, Krafft-Wasser, und dergleichen wohlriechende distillirte Sachen; aber es läst sich dennoch keine Kranckheit durch solche heilsame Italiänische Gewächse und Specereyen von Italiens Besuchung gäntzlich abtreiben; Es regieren mannichmahl so wohl allda, wie anderswo, gifftige pestilentzialische Dünste. Die heisse Sonne erwecket dem Leben offt nicht schlechte Gefahr. Wer daselbst sichere und gesunde Tage verlangt, muß sich vor den Ungesunden wohl versichern. Wer sein Leben, zumahl ein Ausländer, nicht bald verlieren will, muß es mit grosser Sorgfalt beobachten: Muß nach gewisser Maaß und Kunst leben, oder es dem Grabe aufopffern. *B. D.* **Christoph Nagel** *im rechtmäßigen, mäßigen, und*

Schrifft-

Schrifft-mäßigen Trauren gottsel. Eltern, ob den frühzeitigen Absterben ihrer frommen Kinder *lib. II. cap. V. p. 120.*

§. 4.

Multi morbi regionibus locisque certis tanquam arvo genitali suo proveniunt, ibidemque rem humanam affligunt. In *Hibernia* advenæ plerumque Dysenteria laborant, ob humida namque nutrimenta immoderatum ventris fluxum vix inprimis ullus evadit, inquit *Silv. Giraldus Topogr. Hibern. l. I. cap. XXV.* In *Armenia* circa urbem *Erzerom* laborari oculis notat *Tavernier Hod. P. I. lib. I. c. III.* Quod vitium tamen plurimis locis Orientis ulterioris familiare est ob Oryzæ esum, annotante *Bontio de Medic. Indor.* Idem Babylonis Ægyptiæ, seu Cairi incolis accidit, qui cum numerosissimi sint, vix tamen tertia pars est, quæ visum integrum habeat. Omnes ex oculis passim laborant propter esum fructuum, quibus vulgus promiscue vivit, aquæ potu superaddito. Adhæc cum Regio sit calidissima, cidarim nihilominus in capite deferunt, quod integumentum grave satis est, unde e sudore oculorum inflammatio provenit, quam platearum pulvis, quia lapidibus stratæ non sunt, vehementer adauget. *Princ. Radzivil Ep. III p. 113.*

§. 5.

In Anglia *Phthisis* crebrior est ob Lithanthracum usum, cui etiam impingit non nemo Medicorum Anglorum, quod scabies aliæque exulcerationes Londini alibive in Anglia molestiores sint, quam in aliis Regionibus. Quanquam & apud has non desint talium malorum causæ, quemadmodum Halæ Saxonum quoque scabies apud advenas non rara hospes est, causa in subacribus ob salis copiam aquis recumbente. In *Apulia* extrema Italiæ provincia *Tarantismus* est, a Tarantula Araneæ genere nomen habens, ac morbus fere insanabilis, nisi cantu Musico curetur. Vid. omnino *D. Joh. Salpius Rector Scholæ Rupinensis, in Diss. de Musica inprimis Antiqua p. 12. & 24. seq.*

§. 6.

Americæ *Luem Veneream* impingunt, e qua etiam in Europam perductum fuisse scribunt, & quia in bello Gallorum Neapolitano primo deprehensa fuit, *Morbum Gallicum* dicere cœperunt, æque ac Febris Malignæ ista species, quam *Morbum Hungaricum* vocant, non ideo talis dicitur, quasi Hungariæ soli & primum natales suos debeat, sed quia in Hungarica Maximiliani II. Imp. expeditione contra Turcam vis ejus maxima visa sit. Conf. Appar. Nostr. Curios. & Pract. Tom. II. in Tit. *Gallicus Morbus p. 762. seq.*

§. 7.

Apud Turcas *Pestis* creberrima est, singulari DEI benignitate, qui longe

ge minoribus flagellis Christianos, quam paganos castigare solet, ut inquit *Pr. Radzivilius l. ant. cit.* ibidemque narrat eandem fere septenis quibusque annis in Ægypto nasci, natamque in tertium plerumque annum durare. Primo anno leviter inchoatur, cum Sol Libram ingreditur, maxime autem sævit Mense Decembri, Januario, Februario & Martio, quo tempore calores sunt remissiores: ubi vero invaluerint, cum Sol anno insequenti in Leonem ingreditur, statim cessat Pestis, & quidem ita, ut si quis apostema pestiferum intus habuerit, & ad horam prædictam ingressus præfati signi cœlestis supervixerit, omne periculum evadat, quæ res magnam sane habet admirationem. Quamobrem sub illud ipsum tempus Mercatores nostri e secessu redeunt, & ædes apertas habent. Quemadmodum enim apud nos frigora, ita hic calores pestem profligant, duobusque mensibus secure vivitur. Posteaquam vero Sol Libram fuerit ingressus, rursus sensim pestis inchoatur, & durat, prout superius dictum est, ad Solis in Leonem ingressum; non tamen adeo violenter sævit. Tertio eandem rationem servat, nisi quod de acerbitate magis etiam ac magis remittit. Postea si contagio non fuerit alicunde illata, quatuor anni subsequentes a peste sunt immunes: quandoque tamen longiores fiunt induciæ: sed plerumque septennio malum recurrit.

§. 8.

Sed magna pars hujus mali etiam in perversa Turcarum opinione de Prædestinatione sita est; Quod enim in præliis tam sint audaces, facit maxima de Providentia Divina securitas: Quæ & in pestis discrimine salutis ipsorum plane negligentes reddit, ut vestes atque lintea, in quibus ægroti vix animam exhalarunt, sæpe contrectent. Si debeo mori, moriar, *inquiunt*, sin minus, nullum telum, nulla pestis mihi nocebit. *Excell. D. Becman. H. O. T. P. I. C. IX. S. II. §. 4. p. 357. 358. & P. II. cap. X. §. ult. p. 745. seq.* Consentiunt Talmudistæ *in Sanhedrin f. 29.* Quod licet septem annis grassetur pestis, nemo tamen moritur, nisi annis suis completis. Et *Chagigah f. 4.* Numquid abit aliquis tempore non suo? *Voët. D. S. P. IV. p. 323.* Vid. omnino Appar. Nost. Curios. Tom. cit. in Tit. *Turcæ pestem non fugiunt. p. 1564. seq.*

Septeno ut plurimum genus humanum interit.

Medicorum est placitum, septeno morbo, ut plurimum humanum genus interire, scilicet aut a *flatibus*, aut ab *atra* bile, aut a *flava*, aut a *sangvine*, vel *adusto*, vel *aquoso*, vel *pituitoso*, aut ab *oppilatione* canalium, per quos Spiritus vitales permeant. Vid. Appar. Nom. Propr. Bibl. Tom. IV. in Tit. *Spir. S. Septiformis munere §. 8. p. 795.*

In

In MORBO
Tria gravissima.

I. Mortis metus. II. Corporis dolor. III. Voluptatum intermissio.
Möller. l. c.

MORBI
Biblici.

In der Schrifft werden unterschiedene Kranckheiten angeführet, und sind

Aussatz, Num. XII, 10. 2. Reg. V, 1. 2. Paral. XXVI, 20.
Blindheit, Tob. II. v. 11.
Blut-Fluß, Matth. IX. v. 20.
Colic, 2. Paral. XXI. v. 14. 15. Vid. *Th. Bartholin. de Morbis Biblicis cap. XII. p. 49. seq.*
Drüse, Es. XXXVIII. v. 17.
Epilepsia, Matth. XVII. v. 15.
Fieber, Matth. VIII. v. 14. Joh. IV. v. 52.
Gicht, Matth. VIII. v. 6.
Hæmorrhoides, 1. Sam. V. v. 6.
Lähmung, Gen. XXXII, 22. 2. Sam. IV, 4. 1. Reg. XIII, 9. Jerem. XLVI, 4.
Mania, Daniel. IV, 30.
Peste, Exod. IX, 1. 2. Sam. XXIV.
Podagra, 2. Paral. XVI, 12. iterum *Bartholinus l. c. cap. XI. p. 48. 49.*
Ruhr, Actor. XXVIII, 8.
Schwacher Magen, 1. Tim. V, 24.
Schwere, Luc. XVI, 20.
Würme, Actor. XII, 23.

Da wird kranck bald ein König selbst, Es. XXXVIII, 9. 2. Reg. VIII, 7. 29. 1. Maccab. I, 8. bald ein Königlicher Printz, 1. Reg. XIV, 1. bald eines Königl. *Ministers* Sohn, Joh. IV, 47. bald ein Geistlicher, 1. Tim. V, 23. 2. Tim. IV, 20. Dan. VIII, 27. 2. Reg. XIII, 14. bald ein Weltlicher, Judith VIII, 3. bald eines Amalekiters, 1. Sam. XXX, 13. bald eines Hauptmanns Knecht, Luc. VII, 2. bald eine erwachsene, Act. IX, 37. bald eine minderjährige Jungfrau, Marc. V, 23. und wer will alle Kranckheiten, die unzehlig sind, erzehlen? Vid. *Nob. Barthius Adversar. lib. LX. cap. XI. p. 2998.*

Ad Peccata applicati.

Man krancket geistlich, theils an der Sünden, theils an der Sünden

Straffen. David war gesundes Leibes, und gleichwohl klagt er über allerley Kranckheit. Es ist nichts gesundes an meinem Leibe 2c. Psalm. XXXVIII, 4.6.7.8. Es sticht mir in meinen Nieren, Psalm. LXXIII, 21. Ich bin wie eine Haut im Rauch (verdorret und erschwärtzet) Ps. CXIX, 83. Dermassen liegen im geistlichen Stande so viel Prediger

am hinckenden Podagra, 1. Reg. XVIII, 21.
am Brandmahligen Gewissen, 1. Tim. IV, 1.

So viel Zuhörer an den fressenden Krebs der falschen Lehre, 2. Tim. II, 7.
Im weltlichen Stande, so viel Obrigkeiten
an den Aussatz der Ungerechtigkeit, Es. V, 7.
So viel Unterthanen an der Gicht der Unwilligkeit.
Im Haußstande so viel Männer
an der Ruhr der Gewaltthätigkeit.
Weiber an den Frantzosen der Eitelkeit, und selbst-ertichteten Freyheit.
So viel Eltern an der Blindheit Eli.
Kinder an den Blattern der Untugend.
So viel Herren an den Paroxysmo des Grimmes.
Knechte und Mägde an der Lähmung der Faulheit.
Im gemeinen Leben
der an der gelben Sucht der vorgefasten Meynung.
der an der Wasser-Sucht des Geitzes.
der an der Schwind-Sucht des Neides.
der an dem Fieber der Unzucht.
der an der heimlichen Plage der Philister, 1. Sam. VI, 9
Daher lieget man auch an den Straffen kranck:
an den Aussatz der Verachtung, 2. Sam. II, 30.
an der Blindheit der Sicherheit, Es. XLII, 19.
an den Podagra der Beyhülffe, Obad. v. 7.
an der Darre des Fortgangs, Es. XXIV, 16.

Summa, Ephraim fühlet seine Wunden, und Jacob seine Kranckheit, Hos. V, 13. Ja das gantze Haupt ist kranck 2c. Es. I, 5. 6. *D. Andr. Müller. in Conc. Fun. Urs. Mar. Hoffmannin Ann. 1678. Berolin. hab.*

Canitiem inducunt.

Ob morborum sævitiam multos canescere experimur. Podagricis id solenne. Vidi olim Podagricum vix annos triginta natum sexagenarium cano capillitio referentem. Cutis vitio, quod λευκὴν ideo Græci, vitiliginem Latini vocant, pilos omnes produci canos, apertum est. Vid. *Aristot. lib.*

lib. III. Hist. Anim. cap. XI. & S. X. Probl. XXXV. in febribus ardentibus Hungaricis malignis idem contingit, quod & mihi accidisse testari possum, inquit *L. Garman. de M. M. lib. I. Tit. I. §. 105. p. 68.* Deprehendi tamen & illud, quod *Aristoteles* subjunxit: Nonnullis pili, dum ægrotarent, incanuerunt: quibus in bonam valetudinem restitutis nigri enati sunt, canis defluxis. Alibi in eundem fere sensum philosophatur *lib. V. de Generat. Animal. cap. IV.* Per ægritudinem, ut totum corpus inopia caloris nativi laborat; (copia vero caloris præternaturalis exuritur & exsiccatur;) Sic partes etiam minimæ participant labe. Multum autem experementi consistit in partibus corporis, quamobrem in pilis etiam cruditas est, quod canitiem faciat, post vero cum convaluerint, & vires receperint, denuo mutantur, & quasi juvenes ex senibus redduntur, affectionesque proinde mutantur. Fluxit hinc canitiei distinctio, quando in *naturalem* & *morbosam* discriminatur. Vid. *Hier. Mercurial. L. de Morb. Cutan. c. VI. p. 47.*

Cardiaco & veneno extinctorum corda an incombustibilia?

§. 1.

Diserte *Plinius N. H. lib. XI. c. XXXVII. p. 217.* Negatur cremari posse in iis cor, qui cardiaco morbo obierint, negatur & veneno interemtis. De Germanico *Svetonius in Caligul. c. I.* Antiochiæ obiit non sine veneni suspicione; nam præter livores, qui toto corpore erant, & spumas, quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est, cujus ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat. Hujus sceleris cum postularetur *Piso, Plinii l. c.* recensu, a Vitellio in peculiari oratione genere morbi (Cardiaco morbo) absolutus est. In morbo Cardiaco sublatis sangvinem in vasis & thalamis cordis lentum, viscidum, crassum, congelatumque Vulcani tyrannidi obsistere *Adrian. Spigel. Epist. 2. ad Gvilhelm. Sophier. Tr. de Format. Fœt. annex. p. 64.* reputabat, qvamvis ea ratio e longinquo petita videatur *Petro Laurenbergio Exercit. Anat. X. §. 41. p. 400.* qui aliam commodiorem, quam tamen in medium non profert, dari posse censuit. Conf. *Ursin. Anal. Sacr. Lib. III. c. XXVI. p. 194. Nic. Caussinus Polyhist. Symbol. lib. I. c. LXXIII. p. 259. Picinell. M. S. L. III. c. CLXXXVI. §. 548. p. 244. Beyerl. Theatr. Magn. Hum. Vit. Tom. II. lib. III. p. 2. b.*

§. 2.

Pyrrhi Epirotarum Regis dextri pedis pressura lienosis medelam attulit. *Svet. in Vespas. c. VII. Plut. in Pyrrho. Zwinger. Vol. V. l. II. p. 1230. Voss. de Idol. lib. III. c. XVII. p. 804.* Quod ipsa mors comprobatura, cum Pyrrhi cadaver flammis absumeretur, dextri pedis pollicem incombusti-

 bilem

bilem posuit, ut ab interitu immune esset, quot interitu tot homines exemerat. Non ignobili ad nostram ætatem exemplo, quæ *Zwinglii cor*, cadavere flammis ab hostibus tradito, exuri non potuisse vidit, & memoriæ tradidit, ajente *Thuano Hist. L. I. ap. D. D. Becman. Not. Dignit. Illustr. p. 131. 132.* Johannæ Virginis Franciæ cor non potuit comburi. *D. Botsac. Mor. Ged. p. 472.* Nec Thomæ Crameri Archiepiscopi Canterburiensis. *H. A. v. Ziegler* im tägl. Schaupl. der Zeit, *21. Mart. n. 4. p. 302. & 11. Oct. n. 4 p. 1228.* Nec Joh. Hussi, aufgefangene Briefe erstes *Paqvet Corresp. LXII. p. 516.* Quanquam summus ille Anatomicus, *Adrianus Spigelius* putet, scilicet Germanici, Johannæ Virginis, Zwinglii & aliorum corda cremari omnino potuisse, si diutius in igne permansissent. Superstitiose vero fuisse animadversum, aut hyperbolice enarratum, quod ista corda diutius, quam fieri amat, ignis violentiam sustinuerint. *M. Eberh. Andr.* Roth *Diss. Hist. Pol. de More, quo Rei olim ap. plerosque Europæos populos per ferrum candens, ardentes prunas, rogumque probantur §. 18. Happel. Relat. Cur. Tom. III. p. 10.*

§. 3.

Addo in gratiam Curiosorum *I. I. Straussi lib. I. Itinerar. c. VIII. p. 26.* relationem de Filiæ Regis in Siam cadavere combusto: Nachdem der Leib durch den Brand verzehret, und man die Asche, und was übrig blieben, von den Gebeinen in einen güldenen Krug thun solte, wurde unter derselben ein Stück roh Fleisch gefunden, welches voll Blut, und vom Feuer gantz nicht beschädiget. Veneficio id adscripsit minister Regi a latere *Oja Sabarcibam*; intoxicatam vero obiisse Rex inde concludebat. Plinii locum quod attinet, ejusdem mentem *Paulus de Sorbait Med. Pract. Tr. I. c. L. Q. IV. p. 349.* ita interpretatur, dum asserit, locum eum non intelligendum esse, quasi *Cardiacorum cor* sit incombustibile, sed, cum in cardiaca, ob Syncopen moriantur, dicat cor uri non posse, id velit, cor non posse esse inflammatum, quia in Syncope semper summe est refrigeratum. *L. Garm. de M. M. lib. I. Tit. VII. §. 25. & 38. p. 225. 231.*

§. 4.

Hoc & miraculo fere deputari posset, quod fertur, corpore reliquo in cineres redacto, *dentes integros* superesse. Ita enim iterum *Plinius l. c. lib. VII. c. XVI. p. 112.* Dentes tantum invicti sunt ignibus, nec cremantur cum reliquo corpore. Subjicit tamen: Iidem flammis indomiti tabe cavantur pituitæ. Hinc *Tertullianus de Resurrect. c. XLII.* Constat & dentes incorruptos perennare: quæ ut semina retinentur fructificaturi corporis in resurrectione. *Th. Gatakerus Annot. in Anton. Imp. Vit. p. 124. 172.*

§. 5.

§. 5.

Judæi per subleſtam interpretationem Pſalm. XXXIV, 21. ſuxerunt errorem de Oſſiculo, in ſpina dorſi humani, Νεσκοι, aliis לוּז *Luz* dicto, ſemper incorruptibili, usque adeo, ut nec ferro, nec igni cedat, unde & pro ſeminario reſurrectionis ab illis habetur. Quibus Judæorum nugis oponimus effatum Sp. S. Gen. III. v. 19. Pulvis es & in pulverem reverteris, Quæ eſt ſolida commenti Judaici refutatio. Nam abſolute dicitur de humano corpore, quod veluti totum e terra formatum eſt, Gen. II. v. 7. ita totum in terram redeat. *Brochmand. S. T. Art. XLV. de Reſ. c. II. Q. V. p. 608. D. Helvicus Tom. IV. Gieſſ. Diſp. VI. §. 19. p. 145. 146. Danhauer. Idea Boni Interpr. & mal. cal. P. II. p. 105. Pfeiff. Dub. Vex. c. III. l. LXII. p. 587. Jean d'Eſpagne* Prüfung der 12. Jüdiſchen Reguln *p. 29.* in Pſalmo adducto inficiatur David fractionem deſtructivam & finalem, non reparativam & totalem. *D Qvenſtedt Act. Spec. Provid. Divin. circa juſtum in cuſtodiendis ejus Oſſibus S. I. §. 20.*

§. 6.

Somnium hoc adoptarunt etiam Mahomedani: Totus homo, *inquientes*, conſumetur, excepto *Alaibi.* Ita vocant hoc oſſiculum, & os ad inferiorem dorſi partem *(os ſacrum)* appellant. *Scherzer. S. D. L. XX. §. 4. p. 578. 583. Henning. Henningi Muhamed. Precante p. 460. ſeq. Pocockius in Not. Miſcell. c. 6. p. 118. ſeq. & c. 7. p. 255. R. Menaſſe ben Iſrael de Reſur. Mort. lib. II. c. 15. p. 202. ſeq. Theod. Daſſovius Diatr. de jud. de Reſurrect. ſent. c. 3. §. 3. p. 27. ſeq. Joh. Saubertus Palæſtr. Theol. Philol. Diſp. II. p. 50. M. Joh. Prætorius in Philologemat. abſtruſis de Pollice Artic. V. §. 7. p 157. Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. in Joh. c. XI. v. 25. p. 649.* Sic Lombardus olim ſtatuit, in quolibet homine particulam eandem numero cum carne Adami inveniri & propagari, ex qua nos Adami filii dicamur. *Hackſpan. Not. Philol. P. II. in Pſalm. XXXIV. 21. p. 162. 165.*

Contagioſi an omnes?

§. 1.

Contagium & morbos contagioſos chimericum quid pronunciarunt quidam, e Republica medica eosdem exeſſe jubentes. *Gregorium Nyſſenum* in hoc contubernio invenio ab *Hieronymo Mercuriali Tr. de Peſte c. III p. 9.* citatum, qui nullum morbum contagioſum proclamavit, eo quod Sanitas non ſit contagioſa. Sed contrariorum eadem eſt ratio. Quia autem videbat experientiam ſibi reluctari, quandoquidem multi, quotidie conſpiciuntur ex converſatione peſte laborantium contaminari, judicat, hoc

eve-

evenire, non quia infecti contaminent, ſed quia omnes, qui capiuntur peſte, communi aëre utuntur, & eandem internam diſpoſitionem habent. *Hieron. Perlinus in declamat. adv. morb. contag. comprimis cap. II. p. 20. ſeq. & c. III. p 24.* promittit & delineat opus, in quo probaturus ſit, nec peſtem, nec alium morbum eſſe contagioſum & hæreditarium. Sed hoc opus, niſi fallor, lucem non vidit, & cum autore tumulo illatum blattis, tineisque in prædam ceſſit.

§. 2.

Procopius *Lib. II. de Bell. Perſ. c. 12. p. 123.* maximam illam peſtilentiam, quæ ſub Juſtiniano urbem Conſtantinopolitanam depopulabatur, contagio non nocuiſſe diſertis verbis prodidit, & *Hieron. Thriverus Comment. in S. V. Aphor. XI. p. 340.* phtiſeos contagium inter non-Entia retulit. Ipſe *Mercurialis l. c.* neque *Hippocratem* neque *Avicennam* contagii ſemina expreſſiſſe, veteresque Medicos debiliter & obſcure de contagio fuiſſe locutos *l. c p. 9.* tradidit.

§. 3.

Sed recte contagii exiſtentiam cum aliis emunctioris naſi Medicis tuetur *Andr. Tenzelius P. I. Med. Diaſtat. c. I. p. 22.* dum infit: Omnes morbi ſunt contagioſi, imo ipſiſſima etiam ſanitas, ſi ſecundum activam propriam duntaxat potentiam perpendatur, ſeu, ut Philoſophi loqvuntur κατ᾽ ἐντελέχειαν. Unumquodque enim naturaliter potentia præditum eſt, tale reddere & aliud, quod contingit, quale ipſum per ſe eſt, licet æque promta & expedita omnium operatio non ſit. Sanitas enim quies quædam eſt, temperies & habilitas naturæ amica, & proin minoris activitatis, quam ut munia ei ſubjuncta alium vel ſanum, vel ægrum tam promte afficere queat. Quæ ipſa ratio in reliquis morbis militat, pro non contagioſis vulgo habitis. Vel enim illi profundius in corpore hærent, & ad fixiorem coagulationem deſtinati ſunt, quam ut vicinum quemvis contingere, vel contactum immutare valeant. Quamvis nullus horum non alicubi ratione contagii alteri perniciem attulerit, ut & κατ᾽ ἐνέργειαν ad paſſivam rationem objecti rem conſiderando omnes morbi, ſed ſecundum magis & minus ſunt contagioſi. Vid omnino *Garman. l. c. L. II. T. II. §. 1. p. 342. ſeq.*

Corporis ubi, ibi ſuperſtitio animi.

Superſtitione animi fere, ubi corpora morbo laborant, exemplo ſunt Romani. ap. *Livium lib. IV. c. XXX. p 340.*

Ad ſanitatem animæ conducunt.

§. 1.

Wohl ſagte jener Alt-Vater zu einem krancken Jüngling: Betrübe dich

dich nicht, mein Sohn, über deine Unpäßlichkeit, denn bist du ein Eisen, so wird dir dieses Feuer den Rost benehmen: Bist du aber ein Gold, so wirst du dadurch eine neue Schönheit überkommen. **Ernst Bild. H.** *P. III. p 321. 322.* Beda pflegte öffters zu sagen: **Das Feuer prüfet das Gold, und der Ofen des Creutzes einen gerechten Mann.** Et sic sanitas animi corporis sanitate majus bonum est. Corporis sanitas artis opus est, animi vero virtutis. *Maxim. Tyrius Diss. XLI. p. 410.* Genus quoddam sanitatis esse videtur, hominem interdum non esse sanum. Nam imbecillitas carnis mentis vigorem exacuit. *Salvian. Ep. V.* Sanitatem ergo nunquam de corpore, sed de animo dixisse Ciceronem observat *Scipio Gentilis in Apolog. Apul. n. 821. ap. Magir. in Polymnem. p. 2015.*

§. 2.

Es giebt die Erfahrung, daß am Feigen-Baum alles bitter sey, die Rinde, das Holtz, der Safft und die Wurtzel, und als ein Natur-Wunder, daß auf solchem bittern Baume eine so süsse Frucht wächset: Krancke klagen offt, daß ihnen Essen und Trincken Gallen-bitter vorkomme, bitter und schmertzlich, daß sie keine Ruhe haben, bitter, daß sie so lange müssen auf dem Bette liegen, und doch findet sich viel Süßigkeit dabey, daß man sagen möchte, **ein Mensch sey glückseliger in Kranckheiten, als bey gesunden Tagen.** *Scrivers* **Herrlichk.** *Dom. XXIV. p. Trin. p. 440.* Die leibliche Kranckheiten dienen offt zur Seelen-Artzney, daß die Sünden getilget werden; gleich wie offt in einen **gifftigen Kraut** eine heilsame Artzney ist. **Arndt** *Postill. P. I. p. 232.*

§. 3.

In Italien soll eine **Höle** seyn, siehet wie Bimsenstein, ist zu gewissen Zeiten sehr warm, wer mit der abscheulichsten Kranckheit behafftet, sich darein leget, wird von Schlangen, welche sich um des Patienten Leib legen, und den Gifft aus ihm saugen, curiret; (Vid. *D. D. C. Becman. H. O. T. P. I. cap. VII. §. 17. p. 309. 310.*) Was thun Kranckheiten anders, als daß sie den Sünden-Gifft aus unsern Gliedern saugen, damit wir nicht mehr Ubels thun sollen? Wann du einem, der sich ins Wasser stürtzet, gleich einen **Arm oder Fuß** verränckest, so wäre es doch besser, als wann er gar ersöffe: Also schickt GOTT Kranckheit, damit die Seele erhalten werde. Es geschiehet wohl eher, wann einer im **Kopff verrückt ist**, und thut einen Fall, daß er sich verblutet, so wird er eben dadurch wieder zurechte gebracht: Also wann dich GOtt in Kranckheiten gerathen lässet, so geschiehets zu deinem Besten. **Geiers Braut-Schm.** *Dom. XXI. p. Trin. p. 413. ap.* **Gerst.** *l. c.*

§. 4.

Von der heiligen Brigitta schreibet Surius und andere, daß sie für den Algotium, einen verlebten Doctorem Theologiæ, gebetet, GOtt wolle ihm doch

von seinen Stein- und Augen-Schmertzen gnädig wieder aufhelffen, allein zur Antwort bekommen: Ille stella micans est, nec expedit sanitate corporis obfuscari animam ejus. Dergleichen schreibt man auch vom Petro, daß er angesprochen worden von andern, seiner Tochter Petronellæ vom Fieber zu helffen, allein er habe geantwortet, daß solches ihrer Seelen nicht zuträglich seyn werde: drum er sie zwar gesund gemachet, aber gutwillig sie wiederum in voriges Fieber fallen lassen. (Vid. Apparat. Nost. Nom. Propr. Biblic. Tom. IV. in *Tit. Petri filia p. 43.*) Derhalben ist es mit dir so weit kommen, daß der Wein vom Hefen ist abgezogen worden, man brühet itzo das Faß aus mit siedenden Wasser, man schüttelt dasselbige hin und wieder, man gehet unsanfft mit dir um, du liegest da, wie ein armer Gichtbrüchtiger, dencke kühnlich, sofern du anders ein bußfertiger Sünder bist, daß es alles zu deinen Besten werde hinaus schlagen, Rom. VIII, 28. *B. D. Geier.* Zeit und Ewigk. *Dom. XIX. p. Trin. p. 732. 733.* Conf. & *Engelgrav. Luc. Evang.* P. *II. p. 770. 784.*

Quidem, sed animæ non curantur.

Animæ sanitatem semper præferendam esse corporis firmitati & inprimis a DEO petendam David confirmat orans: *Sana Domine animam.* Psalm. XLI. v. 5. Contra phreneticos autem animæ morbum non agnoscentes graviter *Origenes in Psalm. XXXVII. Homil. I.* Si in corpore tuo, *inquit*, macula aliqua, vel vulnus oriatur, aut ex collisione intumescat, sollicitus es & perquiris, quid curæ debeat adhiberi, quomodo corpori sanitas antiqua reddatur. Cum anima tua ægrotet, & peccatorum langvoribus urgeatur, securus es, & contemnis gehennam, atque ignis æterni supplicia despicis, & irrides, judicium DEI parvipendis, & commonentem te Ecclesiam despicis. *D. Christoph. Pelargus Schol. Pœnit. p. 8.* Vid. omnino Tom. I. Appar. Curios. in Tit. *Anima non curatur, corpus æstimatur, p. 129. seq.* ubi multa.

Maligni umbra mortis, Psalm. CVII, 10. 14.

De peccatorum stipendiis sicut in plurali vocat Apostolus Rom. VI. v. ult. varias Sacræ Scripturæ proferunt phrases. *Umbras* mortis vocant, & *portas* mortis, & *funes* mortis tales morbos & talia pericula, quæ morti planissime vicinum fecerunt hominem, Psalm. l. c. *Cooperuisti nos umbra mortis.* Si quis tam prope accedere potest ad Principem stantem in campis sub dio splendente sole, ut pedibus suis tangat umbram, quam de se projicit corpus Principis, is utique se vicinissimum fuisse Principi dicere poterit. Ita quædam insignes calamitates, & quidam acres, malignissimique morbi possunt vocari *umbra mortis*, & scribere de se ad amicum potest is, qui illa

peri-

pericula & illas ægritudines sustinuit, se agere DEO gratias æternas, quod hac vice ipsum liberaverit ex umbra mortis. Mors enim per pulcherrimam prosopopoeiam statuitur persona quædam, umbram de corpore suo emittens; Psalm. CVII. v. 10. captivi dicuntur habitare in tenebris, & in umbra mortis, v. 14. qui liberantur, dicuntur educti ex umbra mortis. *D. W. Franzius de Interpret. Script. p. 76.*

Et sine Medicina curantur.

Viel Kranckheiten sind durch ein unvermuthliches Schrecken und Freude, oder durch eine andere Gemüths-Ergötzung abgethan worden. Denn man hat wohl eher gehöret, daß viel, auch wohl hohe Standes-Personen, durch eine plötzliche Stürtzung ins Wasser, von dem leidigen Fieber befreyet worden. Auf diese Weise hat vorzeiten Alphonsum, König in Neapolis und Sicilien von einer incurablen Maladie die fleißige Lesung des Curtii, von des grossen Alexanders Helden-Thaten, desgleichen den König Ferdinandum von Spanien der Livius, den Laurentium de Medices, Groß-Hertzog von Florentz, die Vernehmung der Helden-mäßigen Weiber-That zu Weinsberg, wie sie ihre Männer auf den Rücken, nach hart ausgestandener Belagerung vom Käyser Conrado III. aus der Stadt getragen, völlig curiret. Ja es hat vor etlichen Jahren an den hart darnieder gelegenen Cardinal Maldachini zu Rom ein unvermutheter Wechsel von 2000. Duplonen mehr ausgerichtet, als der berühmtesten Medicorum Witz und Verstand, indem er sich bey dessen Empfang völlig von seiner Apoplexie liberirt befunden, daß also, laut obgedachten Exempeln, ausgemacht, daß auch Menschen sonder Artzney können curiret werden. *Autor Relat. ex Parnass. An. 1698. N. 97. 2. Decemb.*

Mortis prodromi.

Kranckheiten sind Vorboten des Todes. **Ein Holtzhauer klopffet etliche** mahl an den Baum, ehe er ihn umhauet: Also klopffet auch unser HErr GOtt an durch mancherley Kranckheiten, ehe er einen Menschen dahin nimmt. *Geier. Buß-St. Dom. Lætare p. 331.* wie man an einem baufälligen Hause siehet, wenn es hänget, die Balcken treten auseinander, es hebt an zu sincken, es fället immer ein Stein und Ziegel nach den andern herunter, es knacket und krachet offt, daß es sodenn gar bald vollends übern Hauffen lieget, wie man denn davon zu sagen pfleget: **Dis Hauß wird bald einfallen!** Also gehets bey einem Menschen, wenn ihn eine Kranckheit überfällt, er hänget den Kopff, und kan weder Arm noch Bein gebrauchen, man unterstützet ihn wohl mit Artzneyen, aber er krächtzet und ächtzet, da fühlet ers allzusehr, **daß sein irdisch Hauß dieser Hütten bald zerbrechen werde.** *Carpzov. Conc. Fun. P. II. p. 1201.* gleich-

wie, wann ein kleiner Nagel mangelt, solches das Fortziehen eines Geschützes verhindern kan: Also auch kan die Kranckheit an einem von den geringsten Gliedern des Leibes den gantzen Lauff der stärckesten und kräfftigsten Gesundheit verhindern. *Drelincourt* Besuchung. P. *II. p. 6. ap. D.* Gerstäck. *l. c. p. 850.* Als man Carolo V. berichtete, Duc de Alba sey tödtlich kranck, sagte er: **Hebt er nun erst an zu lernen, daß er sterblich sey?** Ich erfahre es täglich an meinem Leibe, da GOtt der HErr mir viel Kranckheiten zugegeben, die mich der Gebrechlichkeit meiner Kräffte, und der Sterblichkeit täglich erinnern. *Zincgref. Apopht. p. 96.*

Multi.

§. 1.

Mille modis morimur mortales, nascimur uno:
Sunt hominum morbi mille, sed una Salus.

Joh. Owenus Lib. III. Epigr. CXIX. p. 63.

- - quis posset carmine morbos
Innumeros, quibus est obnoxia vita referre?
Quot febres, quot langvores, quot ubique dolores
A capite ad plantas? Humanum corpus ut extra,
Sic intus patitur: per singula membra venenum
Infudit natura homini, caput & manus, & pes,
Et latus & stomachus graviter torquentur, & aures,
Atque oculi, & fauces, renes, quid cætera dicam?

M. Palingenius Zod. Vit. Lib. VI. in Virg. p. 156.

§. 2.

Galenus (in introd.) hat in dem eintzigen Gliede dem Auge, hundert und zwölfferley Kranckheiten angemercket; Plinius (H. N. Lib. XXVI. Cap. I. p. 480.) hat 300. und die Rabbinen 900. und drey Arten derselben angeführet, (*Engelgrav. Cæl. Panth.* P. *I. p. 72. Scherzer. Syst. Defin. p. 541. Joh. Christoph. Wagenseil ad Sota c. I. p. 126. Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. in Matth. c. X. v. 4. p. 313. Barthius Advers. p. 2998.*) Die Thracier haben recht, wann sie mit den heutigen Medicis behaupten, daß unmöglich sey, alle Kranckheiten zu zehlen, und mag es leicht glaublich seyn, wann der berühmte Artzt Arnoldus de Villa Nova, der A. C. 1363. zu Genua gestorben, 2124. Arten derselben beygebracht. (*B. D. Misand. C. C.* P. *I. p. 1133.*)

Namque homini insultant morborum mille cohortes,
Cætera perpauci torquent animalia morbi.

Bartasius Hebdom. II. Die I. Lib. III. p. 79. Cur autem corpus humanum magis

magis subjectum morbis, & defectibus, quam aliorum animalium? Vid. ap. *Voet. Diss. Sel. P. I. p. 759. & P. V. p. 208.* Conf. & Tit. *Mortis Genera varia.*

Quidam ita lamentabatur:

Guttula cum vitæ mihi sit tantum unica, cur me
Mille necis species, mille pericla premunt?

Peccati flagella.

Morbis nos DEUS domat, & sunt peccati *flagella*, Marc. V. v. 29. *D. Botsac. Mor. Ged. in v. Morbus p. 641.* Die Sünde ist aller Kranckheiten Saame und Mutter, wie der Wurm, der im Kleide wächst, auch das Kleid frisset; so verzehret auch die Sünde den Leib, darinnen sie wohnet, Psalm. XXXIX. v. 12. *Müller.* Gräber der Heiligen, *p. 204. ap.* Gerstäck. *l. c.* Cum morbos *verbera* vocant Christiani Autores, respiciunt scripturam in Libro Jobi Cap. II. egressus igitur Satan a facie Domini percussit Job ulcere pessimo a planta pedis, usque ad verticem ejus. *Barthius l. c. lib. IX. c. IX. p. 430.* Morbi peccatorum flagella sunt, quibus nihil aliud agitur, nisi ut vitam in melius commutemus; Quare qui ejusmodi sunt, hi omissis Medicorum auxiliis, invectas sibi acerbitates ferre silentio debent, quandocunque se peccasse animadverterint, atque illum imitari, qui dixit: Iram Domini portabo &c. Mich. VII, 9. *Basilius in regulis fusius explic. Interrog. LV.*

Principum.

Horum vel levissimæ affectiones propter personæ dignitatem gravissimæ videntur, & in omnium ore versantur. *Zwinger. Vol. VII. Lib. V. p. 1990. a.*

Serviunt ad pœnitentiam.

§. 1.

Darum läst der Artzt dem Patienten eine Ader am Arm oder Bein öffnen, daß der gantze Leib gesund, und darum läst GOtt zuweilen ein Kind im Hause kranck werden, auf daß das gantze Hauß bekehret werde. *Müll.* Evang. Schluß-B. *Dom. XXI. p. Trin. p. 1155.* Lasset uns gerne leiden das Feuer, welches den Acker des Hertzens angreifft, und das Gesträuch und Unkraut bis in die Wurtzel wegbrennet und verzehret; Lasset uns seyn wie eine versetzte Pflantze, da alle äusserliche Blätter verwelcket sind, wann nur das Hertz-Kölblein fein grün und frisch bleibet, daß es heisse: Gestorben zum Leben, oder: Erstorben, doch unverdorben. Ein frommer Einsiedler sagte: Die Kranckheiten wären dem Leibe, was die Seiffe der Wäscherin den leinen Geräth: Wer wolte nun sich nicht gerne, auch mit einer scharffen Lauge und Seiffe (einer langwierigen und schmertzlichen Kranckheit) von GOttes

Hand waschen lassen, daß er rein werde; zumahlen man auch hier wohl gebrauchen kan die Worte unsers Heilandes, die er zu Petrus sagte, als er sich wegerte von ihm die Füsse waschen zu lassen: **Werde ich dich nicht waschen, so hast du kein Theil an mir,** Joh. XIII. v. 8. **Scriv. S. S.** *P. IV. Conc. IX. §. 42. p. 584.*

§. 2.

Krancke Leute haben nicht Ursach ihre Vorbereitung aufzuschieben, zumahl sie wohl wissen, daß sie gleich sind einer **Lampen**, deren Oel allmählich durch die Flamme verzehret wird, daß sie nothwendig verlöschen muß; Sie sind einem **Apffel** gleich, der zwar schön und roth anzusehen, aber Wurm-stichig ist, und also vor der Zeit abfallen muß. Warum wolten sie denn die gottselige Vorbereitung zum seligen Abschied bis aufs letzte verschieben? Es ist eine Gnade und verborgene Wohlthat GOttes, daß er einige Personen durch einen kleinen Umweg, und mit langsamen Schritten zu der Pforte, die uns aus der Zeit in die Ewigkeit versetzet, führet, und sie lehret ihre Tage, ja ihre Schritte, wie weit sie noch hin haben, zehlen, und sich auf einen seligen Eingang in ihres HErrn Freude gefast machen. *Id. ibid.* P. *V. Conc. V. §. 106. p. 484.* **Gerst.** *l. c.*

Ad Probationem.

Kranckheiten, setzt Augustinus, braucht GOtt der HErr, wie alte Leute ihre **Brillen**, wann der Mensch seine Sünde nicht erkennen will, so setzt er ihm ein paar Brillen, das ist, Kranckheiten auf die Nase, daß er recht klug werde. Das **Stein-Flachs**, welches Plinius einen **lebendigen Flachs** nennet, oder das Stein-Garn, und die Tücher, so daraus gemacht, wann sie etwan besudelt sind, werden nicht durchs Wasser, sondern **durchs Feuer gesaubert**, welches ihnen nichts schadet, sondern nur von der Unreinigkeit befreyet; wie man nun sich nicht verwundern müsse, wenn man iemand, der ein solch Gewäb hätte, sehen würde es durch die Flamme ziehen, oder gar auf eine Zeit lang ins Feuer werffen, zumahl es nicht zum verbrennen und verderben, sondern zum reinigen und säubern gemeynet: So muß man sich auch nicht befremden lassen, wenn man höret und siehet, daß ein frommer Mensch, den GOtt, und der GOtt lieb hat, an einem hitzigen, hefftigen Fieber, oder andern schmertzlichen und gefährlichen Kranckheit darnieder lieget. *Scriver* **Siech- und Sieg-B.** P. *I. Med. IX. §. 4. p. 119.*

Simulati.

Larvatos istos homines ipsissimis istis morbis & infirmitatibus, quos finxerant, justo DEI judicio correptos fuisse, inter alios *Simon Majolus T. IV. D. C. Coll. I. p. 737.* exemplo memorabili confirmat. Alia. Unum de Nobili, qui colicam passionem sanus causatus fuerat; Alterum de Abbate,

qui

qui ad Episcopum intermissum adventum pleuritide affectata excusavit, quorum tamen uterque brevi post his ipsis morbis misere afflictus fuit. vid. Harsdörffer im Schau-Platz jämmerl. Mord-Geschichte, P. *VII.* Gesch. *CXC.&* Lust- und Lehr-reicher Geschichte *Centur. I. c. XLV. §. 7. p. 162. Th Bartholin. de Morbis Bibl. c. XX. p. 75. Micrælius H. E. Lib. II.* S. *II. Q. XXXII. p. 417. D. C. Pellerus in Polit. Scelerat. Impugn. c. XXVII. p. 319. D. G. Dexelii* Emblematischer Tugend- und Laster-Platz *Embl. XXII. p. 237. B. D. J. F. Mayer Diss.* Select. *III.* §. *7. p. 121.* ubi adducit judicium *Scaligeri & Casaub. in Epist. Casaub. 444. ad* Scalig. *edit. Græc. p. 506.* de JUSTO LIPSIO, quod, dum is superstitiosum se simulaverit, plane occulto DEI judicio sit fuisse factus.

MORBORUM
Causæ & Fines.

Circa sermones cum ægris conferendos prima debet esse cura examinandæ conscientiæ, scil. ut tollatur spiritualis morbi causa. Hanc enim sæpius non agnoscit ægrotus, hinc in mentem ipsi revocandum, præcedentibus peccatis præsens corporis incommodum contractum esse; Duas enim causas morborum præcipuas tradunt Dd. 1) peccatum in genere, *c. Cum infirmitas. X. de pœnit.* 2) Intemperantiam in specie: Sicut enim moderata refectio ægritudinem fugat; ita nimia cibi abundantia morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo ciborum facit: magis autem & multo pejora. Fames quippe paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac vita poenali: Excessus vero ciborum consumit & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diurna, & tunc eum morte crudeli consumit, sunt verba Johannis *in C. Nihil enim 28 de Consecrat. Dist. 5.* Quod si vero Ministro Ecclesiæ non occurrat specialis causa, ad quam conscientiam ægroti revocare possit, necessum est, ut finem morborum ei exponat; Quatuor vero fines recensent Dd. 1) ut justus per poenitentiam crescat in meritum, sicut legitur de Jobo: Erat n. vir justus & rectus, ac timens DEum. 2) ut manifestetur DEI gloria, ut in cœco, quem Christus illuminavit. 3) ut virtus custodiatur, juxta illud Apostoli: Dum infirmor, fortior sum, nonnunquam enim corporis infirmitas fortitudinem cordis augmentat. 4) Ne quis ob dona data superbiat, 2. Cor. XII. *D. Stryk. in Brunn. Jus Eccles. L. I. c. VI. M. VII. p. 224.*

Diuturnitate fracti, quomodo instituendi?

§. I.

Primo urge, luctatos esse cum hoc malo sanctissimos quosque: Quippe ma-

malorum diuturnitate ita fractos, ut tæduerit illos vitæ, veluti testatur exemplum *Jobi*, cap. VII. v. 11. 12. seq. *Davidis*, Psalm. LXXVII. v. 8. 9. seq. *Eliæ*, 1. Reg. XIX. v. 20. seq. *Jeremiæ*, cap. XX. v. 14. 15. seq. *Jonæ*, cap. IV. v. 8. & aliorum. *Deinde* ostende, rem iniquissimam esse, figmentum opponere se suo factori. Urgeantur hæc verba Esaiæ, c. XXIX. v. 16. & Pauli, Rom. IX. v. 20. 21. Imo vero, o homo tu quis es, qui ex adverso respondas DEO? Num dicet figmentum fictori suo, cur me tale fecisti? *Tertio* monstra, justissimas DEum habere causas, ob quas homines morbis & malis diuturnis affligat. Nam cum singuli homines, etiam sanctissimi, suis urgeantur vitiis: placet DEO, castigatione diuturniore clare demonstrare, non esse ullum in conspectu ejus justum. Illustre ejus rei documentum præbet historia *Jobi*, qui quanquam initio putaret, se præter meritum adeo graviter & diu affligi, tandem tamen ingenue fassus est, dignissimum fuisse se immisśis plagis, Job. ult. v. 1. 2. 3. seq.

§. 2.

Quarto mone, DEum durationi malorum præfigere certas metas, quas patienter præstolari oportet; ac ad animum serio sumere, quod dixit CHRISTUS suæ matri, pro novis nuptis intercedenti Joh. II. v. 4. Nondum venit hora mea. Huc facit illud Jehovæ, ita solantis populum suum, Habac. II. v. 3. Si moram fecerit Dominus, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. *Ultimo* doce, proprium esse piorum, opponere momentaneis hujus temporis afflictionibus, æternæ gloriæ immensum pondus. Hoc fecit *Job* inquiens cap. XIII, 15. seq. Si occiderit me, tamen sperabo in eum. Idem etiam ut nos faciamus, ita hortatur Paulus, Rom. VIII, 35. seq. Quis nos separabit a charitate CHRISTI? Num afflictio? &c. *B. Brochmand. Syst. Theol. Tom. II. Art. XLI. c. III. Cas. Consc. XXIV. p. 534. 535.*

Duodecim genera Christus legitur curasse.

I. Auriculæ defectum, Luc. XXII. v. 51.
II. Claudicationem, Matth. XI, 5. cap. XXI, 14.
III. Cœcitatem, Matth. IX, 26. cap. XI, 5. cap. XX, 34. Marc. VIII, 25. cap. X, 49. Joh. IX, 7.
IV. Curationem corporis, Matth. XII, 13. Marc. III, 5. Luc. XIII, 10.
V. Febrim, Matth. XVIII, 15. Marc. I, 31. Luc. IV.
VI. Hydropen, Luc. XIV, 4.
VII. Lepram, Matth. VIII, 2. cap. X, 8.
VIII. Loquelæ carentiam in mutis, Matth. IX, 33. Luc. XI, 14.
IX. Manus ariditatem, Matth. XII, 13. Marc. III, 5. Luc. VI, 10.

X. Pa-

X. Paralysin, Matth. VIII, 13. cap. IX, 2. Luc. V, 24.

XI. Profluvium sangvinis Matth. IX, 20. Marc. V, 34.

XII. Surditatem, Marc. VII, 35. cap. IX, 25. Triplices morbos corporales Christus sanavit. I. Morbos *Elementares*, qui ex corrupto sangvine & humoribus malignis ortum trahunt, qualis fuit febris socrus Petri, Matth. VIII, 14. 15. II. *Astrales*, qui ex influentiis astrorum oriuntur. Exemplum habemus in Lunatico. Matth. XVII, 15. 18. III. *Dæmoniacos*, ut videre est in puella obsessa, Matth. XV, 22. Luc. XIII, 11. *Joh. Möllerus in Alvear. Sacr. §. 135 p. 49. & §. 515. p. 172.*

Duplex genus.

Ut duabus partibus constamus, corpore & anima: sic duplici morborum genere laboramus, *alterum* corpus afficit, *alterum* animam. Ægrum est corpus, ob δυσκρασίαν: ægra est anima, ob ἁμαρτίαν. *D. Meisnerus Homil. in Dom. XIV. p. Trin. p. 701.*

Molestiæ.

Antonius Gvevara ad Didacum Gvevaram diuturno morbo conflictantem *in Epist p 63.* ita: Equidem vicem tuam doleo, tam diuturna febri conflictati, tantos dolores perpessi, tot medicamentis & pharmacis macerati, argento denique, uti credibile est, non mediocri emuncti. Nam qvum multæ sint morborum molestiæ, tum nulla fere gravior, quam qvod e tantis sumtibus, quanti in pharmaca & Medicos fiunt, ad ægros nihil plerumque præter corporis vexationem, & doloris augmentum redit. Jon Sophista dicebat, rem morosam esse ægrotationem. Nam ægrotis & uxor molesta est, & medicum incusant, & lectulum moleste ferunt. Ex amicis autem, & qui accedit, gravis est & qui discedit molestus. Sic animus ægrotus & lætis & tristibus offenditur. *Erasm. Apopth. lib. VIII. p. 677.*

Patroni & Curatores apud Papistas.

§. 1.

Apud Papistas singulis morbis præficiuntur Curatores. *Pesti* Sebastianus & Rochus. *Morbo Gallico* Flaccius. *Febri* Petronella. *Contractis* Wolfgangus. *Mortis improvisæ* Marcus. *Morbo caduco* Valentinus, inde die Vältens Kranckheit, & Nostri: Das dich der Välten! Forsan inde promanavit, ut inde Pœonia sancti Valentini herbæ, Sanct Väitens Kraut, nomen acceperit. Ridet hic *Cornel. Agrippa de Vanit. Scient. c. VII p. 107.* Germanos, quod caducum morbum Valentino dent, hoc nomen a cadere (Fallen) infelici denominatione deducentes; Addicitur etiam *Epilepsia* Divo Johanni CHRISTI præcursori, inde S. Johannes Rach *Paracelso lib.*

I. de Orig. Morb. invis. p 97. quamvis & S. Johannis morbus potius vulgo audiat, quod Epileptici feliciſſimo ſucceſſu ad hujus morbi ſævitiam infringendam appenſum collo geſtent S. Joh. Evangelium in chartula ſcriptum, quod identidem tum recitant, tum lectitant. Mederi & huic morbo creditur Cornelius, Hubertusque. vid. *Lev. Lemnius de Occult. Nat. Mirac. Lib. II. cap. III. p. 143.*

§. 2.

Partui præficitur Margarita. *Captivis* Leonhardus. *Contra venenum* iterum Johannes Evangeliſta, & Benedictus Abbas. *Capitis dolori* Anaſtaſius. *Oculis* Ottilia. *Dentibus* Apollonia. *Collo* Blaſius. *Ventri* Eraſmus. *Pudendis* Briccius & Apollinaris. *Calculo* Liberius. *Igni ſacro* Antonius. *Dæmoniacis* Romanus. vid. *Chemnit.* P. *III. Exam. Concil. Trid. de Invocat. Sanctorum p. 235. Tungerlar. Prompt. Evang.* P. *III. p. 353.*

§. 3.

In *Rabie* & *Hydrophebia* S. Hubertum appellant Belgæ, Catholici Longobardi S. Bellinum & Doninum. In *Doloribus capitis* ſæpiſſime ad S. Cæſarium confugiunt, ad S. Hildegarden in *Phrenitide*, ad S. Laurentium, nec non ad S. Apolloniam in dolore dentium, ad S. Luciam in *oculorum* morbis, *in mammarum affectibus* ad S. Agatham, ad S. Blaſium *in angina & gutturis ægritudinibus*, ad S. Phocam *in ſerpentum morſibus*, ad S. Johannem Urticanum in calculo, ad S. Mennam in *ulceroſa tibiarum ſcabie*, & aliis in morbis quamplurimis alii ſimiliter Sancti invocantur ſubſidiarii, ut Peſtis Mediolanenſis deſineret, & reliqui adhuc ſani præſervarentur, proceſſio nova inſtituta fuit, qua corpus *Caroli Borromæi* quaternorum fulcitum Epiſcoporum humeris, tum Cardinale urbis Archi-Epiſcopo, tum Prælatis, totaque nobilitate concomitante inæſtimabili apparatu circumferebatur, *Athanaſ. Kircherus Scrutin. Peſt. S. I. c. X. p. 111.*

§. 4.

Sicut in amiſſis rebus inveniendis vulgo recurritur ad *S. Antonium Paduanum*, ita & in deperdita ſanitate per morborum depulſionem non inutilis erit, (uti opinatur *Mich. Baldit. Spec. Sacro-Med. Angul. IV. p. 141.*) Sancti ſancta & auxiliaris procul dubio futura invocatio, qua egregia divinatione diſcurſum ſuum concludit. Et, ne Panacea deſit, in omnibus morbis quibuscunque vel exploratiſſimis, nunquam fruſtra imploratum auxilium Sacratiſſimæ Virginis CHRISTI PARÆ præſentaneum, quod etiam bis ſe expertum prædicat *Baldit. c. l p. 150. 152.* Inter Ethnicos in Epilepſia ad *Neptunum Herculem Ennodium, Apollinem, Nomium* confugere conſvevisſe, novimus ex *Autore Libri de Morbo ſacro.*

§. 5.

§. 5.

Suos hic patiuntur Manes Medicorum ſtipendia & reditus. Nullum morbi genus eſt, quod inter Divos non habeat ſuum Medicum, *Cornelius Agrippa de Vanit. Scient. c. LVII.* perorat: quæ cauſa eſt, qvo minus lucrentur Medici, qvam Cauſidici, cum nulla lis ſit tam puſilla, tam juſta, quæ Divum aliquem habeat patronum. Der Herr Claude Pons, geweſener Medicus zu Lion, meldet gar artlich, daß er ſolcher Heiligen Freund nicht ſey, die ſich in ſeine Profeſſion mengeten, memorat *D. Jac.* Spon *Itinerar. Lib. IV. p. 15.* A Medicis, quos DEus creavit, ad nugas iſtas trahitur vulgus, etiam ſapientiores, quibus parum judicii, & ita ſuperſtitio non ſolum proſeminatur, ſed & mora facta ægri in majus præcipitantur periculum, quin & in mortem ipſam a nugivendulis iſtis Monachis: Quæ res conſcientiæ tamen ab iſtis æruſcatoribus neutiquam attenditur. *Garm. l. c. Diſſ. Proœm. p. 135. ſeq. 144.* vid. omnino & *Joh. Wolffius Lect. Memorab. Tom. I. p. 826. ſeq.*

Remedia apud Gentes.

§. 1.

Ægyptii, Græci & Romani cum morbis confiictantes, vel etiam alii eorum vicem ſupplentes, in fanis Serapidis, Iſidis, Æſculapii, incubare ſolebant, ut per ſomnum monerentur de remediis, pro valetudine recuperanda adhibendis. De Ægyptiis hoc refert *Strabo lib. VIII. & XVII Geogr.* Conf. & *Diod. Siculus Biblioth. Hiſtor. lib. I. c. XXV. p. 22.* De Romanis exemplum habemus ap. *Svetōn. in Veſpaſiano c. VII. Cod. Rhodius. L. A lib. XXVII. c. XV. p. m. 447.* Conf. *D. M. Zimmerman. Anal. Menſtr. Menſ. 3. c. XIV. p. 157. ſeq. Joſ. Laurentius Polymath. lib. I. Diſſ. XLIV. p. 86. & lib. II. Diſſ. XIV. p. 116. D. J. P. Pfeiffer. Antiq. Græc. Gentil. lib. I. c. XLVI. p. 117. Henr. Voglerus Comment. ad Gen. c. XLI. p. 67.*

§. 2.

Ciceroni omnis hæc medicina ſuſpecta fuit. Nam *lib. II. de Divinat.* Quid convenit, *inquit*, ægros a conjectore Somniorum potius, quam a Medico petere medicinam? An Æſculapius, an Serapis poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis? De incubatione in fanis Deorum, medicinæ cauſa, olim facta vid. *Joh. a Wowern Animadverſ. in Petron. Arbitr. p. 394. & 566.* conf. quoque *Dn. Conringius lib. de Medic. Hermet. c. II. & Simonis Majoli Dies canicul. p. 532 ſeq. D. Dan. Claſenius de Oraculis Gentilium lib. I. c. 8. p. 46. 47. & c. 10. p. 68. 69. Joſeph. Laurentius Polymath. lib. I. Diſſ. XLIV. p. 86.* & Apparatus Noſter Curioſus Tom. I. in Tit. *Ægroti Templum Pacis frequentabant, p. 29.* it. *D. Andr. Schmidt de Pul-*

villis & Peplis Prophetissarum ex Ezech. XIII, 18. §. 8. p. 15. seq. M. Gabr. Reusselius de Pestilentia §. 7. p. 15. Simon Abbes Gabbema Not. in Petron. Arbitr. p. 24. Bey den Bengalensern werden die Krancken für den Abgöttern gebracht. *Alex. Rossæus T. O. R.* S. *II. p. 106.*

§. 3.

Imo & ipse Diabolus sæpe remedia contulit. Non enim quispiam hominum accuratius Dæmone herbarum virtutes atque discrimina, tum applicandi eas rationem cognoscit, adeo ut si intermissis Ethnicorum monumentis ex Majorum historiis, recentius Patrum memoriæ exempla repetantur, non paucos ad sola vota, Sanctis, Templisve idolorum facta, aut ex contactu, contuituque ossium, de Sanctorum cadaveribus reservatorum, recuperasse pristinam virium integritatem, diabolo restitutione sanitatis, εἰδολομανίαν unice stabiliente, referunt. *Peucerus de Divinat. Gener. p. 36. & Centuriatores Magdeburgici cent. IV. c. XIII. ap. B. D. Joh. Ern. Gerh. Diss. de Mortuorum Evocatione* §. *28. p. 33.* vid. & *Alex. Rossæus Tot. Orb. Relig. p. 105. 115.*

MORBOS
Hodie faciunt fercula.

§. 1.

Dolendum & deplorandum est eo vehementius, quo negligentius pretiosum & amabilem thesaurum, ac optimum DEI donum (sanitatem) omnia suprema & perfectissima hominis species, quæ & supra hæc omnia mentem, divinum munus, a Diis immortalibus (ut *Thom. Moresinus libr. de Metall. caus. & metamorph. p. 92.* loquitur) consecuta est, curat & tuetur. Certe vix unus in tanta hominum multitudine felicissima ejusdem præstantiam sibi accommodat; imo, omnes potius

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Et dum nulla sanitatis habita ratione optuma diætæ præcepta negligimus, atque sic, posthabito quovis vitæ regimine, sanitatis stationem deserimus, in innumerabiles incidimus morbos.

§. 2.

Olim quidem, referente acutissimo & sagacissimo morum magistro *Seneca lib. XV. Epist. XCVI. ad Lucil. p. 233.* immunes erant ab istis malis qui nondum se deliciis solverant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere, ac vero labore durabant, aut cursu defatigati, aut venatu, aut tellure versata: excipiebat illos cibus, qui nisi esurientibus placere non poterat. Hodie vero, quantum quæso rerum per unam gulam transit rarum permiscet

luxu-

luxuria, terrarum, marisque vastatrix. Necesse est itaque inter se tam diversa dissideant, & hausta male digerantur, aliis alio nitentibus: Nec mirum, quod inconstans, variusque ex cibo & potu discordi morbus est, & illa e contrariis naturæ partibus in eundem compulsa redundant. Brevissimis, multa fercula hodie fecerunt multos morbos, luxuriæ supplicia, quæ nos toties mori jubent, prius quam mori jubent, prius quam mori liceat. *L. Joh. Laurent. Loëlius Disquis. Med. Inaug. de Scorbuto, sub Præsid. D. Guern. Rolfincii An. 1668. Jen. hab. in proœm. p. 4. 5.* Vid. & omnino *B. Misand. C. C. P. II. p. 501. seq.*

Sanat tumba Trium Regum.

§. 1.

Vim salutiferam locis, in quibus latebant Sancti, aut Sanctorum reliquiæ, affrictam testantur Papæi. Ad tumulum *S. Dympnæ Virginis* obsessos a Cacodæmone liberari, *Helmont. Tr. Demens Idea n. 49. p. 228.* tradidit. Speluncæ odoriferæ passim per Asiam citeriorem, & Ægyptum harum gnaros attonitos habent, neque dubitant reliquiis Prophetarum ibi olim conditis hanc gratiam transcribere; feruntque hodienum dormientes in ejusmodi locis futurorum indiciis in somnis instrui. *D. I. C. Becman. Diss. de Prodig. Sangv. c. III. §. 7. p. 34.* Mediolani in tumba trium Regum, antequam Coloniam transferebantur, relicti vapores morbos, sed non difficiles sanant. *Anonymus P. I. descript. Ital. p. 65.* Sed ANNE HI FUERE REGES? AN CORPORA EORUM COLONIAM DELATA? vid. Appar. Nom. Propr. Biblic. Tom. III. in Tit. *Magi. p. 12. 28. seq.*

§. 2.

Lacum Alexicacum a reliqviis *S. Stanislai* evasisse *Sim. Majolus D. C. Colloqv. XII. p. 439.* narrat. Quin & a Deiparæ imagine in cavo trunco quercino latente, ipse truncus qvercinus evasit miraculosus, quod *Joh. a Chokier de Surlet. cent. II. Hist. Fac. c. 92. p. 354.* retulit. Propter vicina Martyrum ossa & sepulchra, vel Monasteria, vel loci genium judicabant Papales salubriora. Et ex hac causa auspicatum aliquod omen civitatis Samgallensis, Campiduni & Werthæ fundatores collegisse *Jacob. Gretser. L. I. Obs. ad vit. S. Richardi & Wilibaldi c. XVIII.* arbitratur. Ridiculam vocavit superstitionem *D. Joh. Mich. Dillher. T. I. Disp. Acad. §. 4. p. 5.*

§. 3.

Ad viliores usus etiam Terram e tumulis Sanctorum adhiberi certum est. In templo *D. Uldarici* Augustæ Vindelicorum est sepulchrum *D. Uldarici*, ex quo terra, quæ depromitur, prædita est vi & facultate pellendi

glires, ut prædicant, atque ideo peregre adventantibus particula ejus donari ſolet, ita ut longe lateque aſportetur ad prædictum effectum. *Henr. Kornman. de M.M. P.IV. c. XXVII.* qui & hoc poſt *(c. XXIX.)* ſubjunxit: Coloniæ Ubiorum in cœmeterio ad templum S. *Johannis Baptiſtæ* & S. *Cordulæ*, buſtum nominatæ S. *Cordulæ* lapideum conſpicitur, cujus terram in dedicatione annali dicti templi ab incolis effodi, domumque aſportari & diſpergi vidi ad depellendos mures. Forſan, quod terra cœmeteriorum corroſiva, aut male olens animalibus iſtis non favet. *Garm. l. c. p. 143.*

Per MORBOS
Jacobus omnium primus mortuus, Gen. XLVIII. 1.

Die Rabbinen halten davor, der Patriarch Jacob wäre der allererſte Menſch, der von GOtt mit Kranckheit angegriffen worden, die vorigen Alt-Väter wären insgeſamt durch das Nieſen geſtorben. *D. J. F.* Mäyers Kind GOttes *P. III. p. 276.* Hinc vel eo nomine celebrem optimum virum fuiſſe arbitratur, quod primus fuerit, qui ſine detrimento vitæ ſternutaverit. Ita enim *in capitulis Eliezaris c. LII.* legimus: Quartum miraculum, quod a die, quo creata fuerunt cœlum & terra, nullus homo fuerit ægrotus, ſed cum in via, vel platea ſternutabat, anima ejus egrediebatur ex auribus ejus, donec venit Pater noſter Jacob, atque rogavit de hoc miſericordem, dixitque coram illo: Domine orbium omnium, ne ſumas a me animam meam donec mandata dedero filiis meis, & filiis domus meæ. Atque exoratus eſt ab illo. Hinc dicitur: Et factum eſt poſthæc, ut dicerent Joſepho: *En pater tuus ægrotat l. c.* Audiverunt hæc omnes Reges terræ, atque obſtupuerunt, quia non ſimile quid evenerat a die, quo condita erant cœlum & terra. Idcirco tenetur homo in ſternutatione ſua dicere חיים vita, ſalus. Quia converſa fuit mens hæc in lucem, juxta illud: In ſternutationibus ejus lux ſplendet. *B. D. Mayer. Diſſ. de Admirabili Jacobi conjugio cum duabus ſororibus c. I. n. 2. p. 15.*

MORBIS
Laborantium verba.

Ægrotantium verba ſunt, dum morbo laborant: Nihil eſſe dulcius ſanitate, ſed eos latuiſſe ajunt, quam dulcis ſit, antequam ægrotarent. *Plato IX. de Rep. p. 736.* Add. *Plut. de ſanitate tuenda p. 126. ap. Magir. in Polymnem. p. 2018.*

Liberati σωτήρια perſolvebant.

§. 1.

Morbis quondam graviſſimis liberati σωτήρια perſolvebant Diis Gentilibus

libus Apollini, Æſculapio, & uxori ejus Hygejæ, imo & Morti, cui tanquam DEO a Lacedæmoniis Templum fuiſſe dicatum, prodidit *Alexander ab Alexandro Gen. Dier. Lib. I. c. XIII. Laurentius Polymath. Lib. II Diſſ. XXIX. p. 142. 143. D. C. Pelargus Schol. Pœnit. p. 137. b.*

§. 2.

Qui apud Judæos ex morbo aliquo convaleſcit, tenetur DEO pro beneficio ſibi præſtito benedicere his verbis: BENEDICTUS SIT DEUS, REX MUNDI, QVI BENEFICIA SUA CONFERT ETIAM IN REOS (indignos, inter quos & ego) QVIQVE MIHI ETIAM OMNE BONUM RETRIBUIT. Audientes eum, ſubjungunt: QVI TIBI NUNC BENEFECIT, IDEM BENEFACIAT TIBI SEMPER. Hanc benedictionem recitare debent in cœtu decem minimum perſonarum, inter quos etiam ſint duo Rabbini, juxta illud: Et in conſeſſu Seniorum laudabunt eum, Pſalm. CVII. v. 32. Si quis alius eum præveniat, & DEum vel hac formula laudarit, quod cum reſtituerit; vel alia veluti: BENEDICTUS SIT DEUS MUNDI, QVI TE NOBIS REDDIDIT, ET NON TRADIDIT TE PULVERI; ipſe ſubjunget: AMEN! & defunctus eſt officio ſuo. Facienda eſt hæc benedictio, ſeu gratiarum actio, intra triduum a ſoluto morbo, dum nimirum miraculum, ſeu beneficium eſt recens. *Buxtorff.* Synag. *Jud. cap. XLIX. p. 716.*

Multi ad DEum compelluntur.

§. 1.

Hinc de Jezabele, nobili quadam, ſed hæretica fœmina ſcribit Johannes ex ore Chriſti ad Epiſcopum Thyatiræ: Non vult pœnitere a fornicatione ſua; Ecce mittam eam in lectum h. e. percutiam eam morbo, ut optime Aretas & Pannonius explicant, Apoc. II. v. 22. vid. Appar. Curioſ. Tom. II. in Tit. *Lectus p. 984.* Morbis quippe DEus nos ad ſinum ſuum compellit. *Engelgrav. Luc. Evang.* P. *I. Dom. II. p. Paſch. §. 4. p. 320.* Et morbis correptum nullæ illecebræ ad peccandum amplius ſollicitant. *Pontanus Prog. p. 1090.* Morbo cautiores reddimur. Exempla habet *Laurent. Beyerlinen Theatr. Magn. Vit. Hum. Tom. II. lib. IV. p. 161. ſeq.*

§. 2.

Des Rabani Worte ſind gar fein: Ein Herr, der ſein Pferd lieb hat, giebt ſelbigen nicht die Sporen, ausgenommen, wenn es träge gehen will, da ermuntert er es ein wenig. Alſo auch, wenn wir GOtt wollen verlaſſen, oder in ſeinem Dienſt möchten verdroſſen werden, da ſpornt er uns ein wenig an, daß wir hernach deſto hurtiger lauffen. *Gvev. in Orat. Relig. p. 664.* Die Kranckheiten

heiten beschreibet *Drexelius T. I p.73.* Sie wären eine Schule der Tugend, und eine Schlacht-Banck der Laster; Alle die kranck, sind Schüler in dieser Schule; wenn die Menschen frisch, sind sie toll und thöricht, da sie kranck, lernen sie Gutes thun. Bene & *Seneca:* Nuper animi langvor me monuit, optimos esse nos, dum infirmi sumus. Quem enim infirmum aut avaritia, aut honor sollicitat? Tunc Deos esse, tunc hominem se esse meminit, nemini invidet, neminem despicit. Tales jam perseveremus, quales profitemur infirmi. *Augustinus* ita: Qvam multi sani scelerati, qui innocenter ægrotarent. *D. Christ.* Krumbholtz *Post. Paraclet. p.315.* Optimi sumus, dum infirmi sumus. *Plin. VII. Ep. XXVI.* Morbi vitium fugere docent. Vid. *Mornæus de verit. Rel.* Christ. *c. XII. p. 206.*

In MORBIS
Mulieres utilem ægris operam præstant.

Ubi non est mulier, ingemiscit æger. Conf. 1. Reg. I. v. 2. seq. *D. Jo. Petr. Lotichius in Gynaicologia, seu de Nobil. & Perfect. fœminei sexus §. 9. p. 45.*

Multi multa promittunt, sed postea non servant.

§. 1.

Mandabulus, Svida teste, thesauro grandi reperto, ingentia pollicitus est Junoni quot annis in animi grati testimonium offerenda. Obtulit arietem aureum, sed primo tantum anno, argenteum altero: tertio stanneum: plumbeum quarto: denique nullum. Ita nos plane in arctis rebus, in vehementi morbo, in gravi periculo montes aureos, mores emendatissimos pollicemur (imo quidam sangvinem suum se immolaturos vovent, *Rossæus T. O. R.* S. *I p. 92.*) postea vero nihil minus facimus. *Drexelius in Daniele c. II. §. 2. p. 784.*

§. 2.

Homines sane cum ultimæ necessitatis adesse præscripta sentiunt, si deorum munere contingat evadere, innoxiam destinant vitam. Hæc summa curarum, summa votorum! At proh dolor! vivos quidem evadere, sed nullam emendationis curam suscipere videmus. At enim qui voti a diis compotes facti, non præstant, quod spoponderunt, certissimum habeant, fore, ut cum jucundissima ipsis vita est, mori cogantur. Ingratorum enim licet poena differatur, tamen culpa non condonatur. Ita M. Aurelius ad commodum filium ap. *Gvev. H.* P. *lib. III. c. LX. p. 752.* *Bene Plinius l. c.* Tales esse sani perseveremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Inanis quippe est poeni-

pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat, nil proſunt lamenta, ſi replicentur peccata. *Auguſt. in* Soliloq. *ap. Wanckel. in Guev. cit. loc.*

Patientes.

§. 1.

Albertus Ertz-Hertzog in Oeſterreich wird wegen vieler Tugenden von denen Geſchicht-Schreibern höchlich gelobet, inſonderheit weiß der Vernulæus Virtut. Auſtr. Lib. II. Cap. VII. ſeine groſſe Gedult nicht gnugſam zu beſchreiben, welche er Zeit währender ſeiner langwierigen Unpäßlichkeit herfür leuchten laſſen. Er hat gantzer 20. Jahr mit den hefftigſten Schmertzen des Zipperleins zugebracht, welche die grauſame Pein des Nierenſteins zum öfftern vergröſſert, und dennoch ſoll er unter dieſer äuſſerſten Qvaal **niemahls geſeufzet, vielweniger überlaut geruffen, oder die gewöhnliche Geſtalt** ſeines **Angeſichts verändert haben:** In den letzten Jahren ſeines Lebens ward er dermaſſen ſchwach, daß die Gebeine ſeines Leibes bloß mit der Haut bedecket waren. Die Schmertzen des Zipperleins an Händen und Füſſen, des Steins, und andere Zufälle wurden immer hefftiger, und zogen ihm den Leib dermaſſen zuſammen, daß er offtmahls mehr einer zuſammen gerolleten Kugel, als einem menſchlichen Cörper ähnlich ſahe, und dennoch war bey ihm die Gedult gröſſer, als die Kranckheit, bis endlich der Tod, als ein ſonderbarer Wohlthäter, ihm aller ſolcher Leibes-Schmertzen entbunden. *Dn.* **Ernſt Bild. H.** *P. III. p 321.*

§. 2.

Econtra Polemon Laodicenſis ad Lycum fluvium Orator & Sophiſta anno ætatis 56. ſeipſum in ſepulchrum conjecit, necemque ſibi conſcivit inedia, propter morbi articularis cruciatus. Cum autem a propinquis & amicis lugeretur, dixiſſe fertur: Date mihi aliud corpus, & aſcendam. Et Medicis a quibus (*ἐπὶ συχνῷ*, magna mercede) diutius ſecabatur: Qvamprimum *inquit*, Polemonis latomias (lapidicidinas) excidite. *Suidas Hiſt. in v. Polemon p.m. 769.* Sic Paganorum erat mos, cum in deſperabilem quis morbum incidiſſet, caput ei præſecabatur, & cadaver exurebatur. *Barthius Adverſ. lib. XLVIII. c. X, p. 2260.*

MORBIDI
Conſolatione erigendi.

Ein Patient iſt gleich einer **von der Hitze faſt** *ausgezehrten* **Pflantze**, für welche ſich nichts beſſers, als ein ſanffter Regen, kühler Thau, oder aus einer Qvelle geſchöpfftes friſches Waſſer ſchicket: Alſo iſt denen Krancken (nemlich Busfertigen) nichts dienlichers, als daß ſie mit himmliſchen und ſüſſen

Troſt, mit Vorhaltung der Liebe GOttes, mit der Verſicherung der Gemeinſchafft JEſu, und der Beywohnung des Heil. Geiſtes aufrichte und freudig mache. Der Patienten Hertzen, ſonderlich wenn die Kranckheit lange währet, oder eine Seelen-Noth durch des Satans Anfechtung dazu ſchlägt, ſind offt wie ein Kohl-Feuer, welches ſich unter ſeiner eigenen Aſche verdecket; der Glaube wird manchmahl ſchwach, die Gedult will ermüden, die Hoffnung wancken. Hier kan einer gottſeligen Seele tröſtliche und liebreiche Anſprache zum Wedel dienen, welche alles wieder glimmend und brennend machet. *Scriv.* Siech- und Sieg-B. *P. I. Med. XVI. §. 10. p. 274. ap. D.* Gerſt. *l. c.*

MORBIDIS

Caput abſciſſum.

Paganorum mos erat, cum indeſperabilem quis morbum incidiſſet, caput ei præſecabatur, & cadaver exurebatur. *Barthius Adverſ. lib. XLVIII. c. X. p. 2260.*

MORBIDUS

Circa quæſtiones & verborum pugnas, 1. Tim. VI, 4.

Νοσῶν morbidus (ſeu ægrotus) circa quæſtiones & verborum pugnas *l. c.* dicitur, qui corruptus mente, & ſpirituali ſenſu, a veritate ac ſimplicitate verbi divini diſcedit, & non niſi cœcæ rationis dictamen, in fidei myſteriis ſequitur. Et opponitur hoc eleganter ei, quod v. 3. de λόγοις ὑγιαίνουσι, ſanis ſermonibus Domini noſtri JESU CHRISTI dictum erat. *B. D. Glasſius Rhetor. Sacr. Tract. I. c. XII. p. 354.*

MORIBUNDUS

Cœna Sacra confirmandus.

Navis nunquam e littore proficiſcitur, niſi commeatu inſtructa, inde navis pingenda, quæ e portu ſolvit, hoc cum lemmate: PENU REFERTA RECEDIT. Quæ navis repræſentat hominem Communione, ſ. ſacra cœna uſum, atque ita e vita ſolventem. Ludovicus Bertrandus dicere ſolebat: Servi DEI euchariſtici cibi ſumtione navigant. *Picin. M. S. L. XX. c. VI. n. 72.*

An tres patitur mortes?

§. 1.

Si quis inferat, abſente anima rationali, in cadavere remanere formas mate-

materiales, earumque a ſuo corpore inſeparabilitatem cum *Martino Kerpero* S. *II. de Ferment. c. IV. p. 18.* profiteatur & urgeat, hypotheſes iſtæ tormenta ſunt *Tertulliano lib. de Anima c. XVIII.* cruciandæ ſimplicitatis (animæ) & ſuſpendendæ veritatis. Monſtra ſunt opinionum (autumat *Steph. Clozius de* Sud. *Chriſti ſangvineo Exercit. XIV. § 5. p. 140.*) quæ ad inſtar equi Trojani pluribus nos animabus implent, aut Centaurorum inſtar binis ternisque impingunt, ut de Herilo *Virgil lib. VIII. Æn. v. 563.*

Naſcenti cui tres animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat: terna arma movenda
Ter letho ſternendus erat.

§. 2.

Si tot in homine mortis, tot vitæ genera, homo cum moritur, deficiente anima rationali, non totus morietur, ſed compoſitum ex anima ſenſitiva & corpore humano ſuperſtes manebit, & ſic non ſemel morietur, quod Apoſtolus aſſeruit Ebr. IX. v. 27. Optime *Thomas* nullam aliam eſſe, *ait*, ſubſtantiam formalem in homine, niſi ſolam animam intellectivam, quæ virtute continet animam ſenſitivam, nutritivam, & omnes formas inferiores, & facit ipſa ſua, quicquid imperfectiores formæ faciunt, in aliis. Per eam ſolum eſt homo & animal, & vivum corpus, & ſubſtantia, & ens. Hæc *Clozius.*

§. 3.

Diſcedente igitur ab homine per mortem vita *animæ rationalis*, vitam etiam *animæ ſenſitivæ* & *vegetativæ*, qua unius iſtius in homine naturæ facultates ſunt, ſimul diſcedere neceſſe eſt, colligit *idem p. 141.* Gemella habet *Cl. Salmaſ in Epictet. not. & animadv. p. 134.* Certe, *concludit*, ſi ex tribus animæ facultatibus tres animas fieri placet, quarta accedat anima oportet, quæ tres illas in unum colligere, & colligare ſiti donea. Addo & hoc, ſi tres animæ, tres erunt mortes, homoque primo obibit ut *homo;* altera vice ut *brutum;* tertia ut *planta*, quod quidem hactenus experientia non edocuit, nec quidem unus e Philoſophis ſomniavit. *L. C. F. Garman. de Mirac. Mort. Diſſ. Prælim.* S. *I.* §. *148. p. 97.*

MORIBUNDI
Effigies.

Hic meditatione tua, *Lector*, h. e. ſedula, ſingulas morientium partes ſic percurre: Hominem ſpecta, cujus vires acutiſſimi morbi incendia trahunt: Spectita in illo obſtipum & ſumme fatigatum caput. Vide hic mire alienati vultus horrorem, cava tempora, liventem gelidamque contractamque frontem. Conſidera feſſos ocellos, quam defoſſi ſepultique

 ſint

ſint illi, & quam miſere in mortis ſtagno natent caligantes, ut videantur:

Paleæ ante oculos atomique vagari.

Intuere obtutum lacrumoſum, nares rugantes acutasque, labentes & tabentes genas, malas revera malas:

Aſpice quam tenui facie decreſcat, ut ora
Sqvallidus ex morbo pulverulenta gerat.

Conſpice labia pallentia atque ſpumantia, & reſpice aures, politiſſimas illas capitis anſas, aride contortas. O torpet jam ſqvamoſa & nigricans lingva, vox parco intercipitur ſpiritu, frigidum ſpirat anhelitum, & mœſta ſuſpiria anhelum pectus, rancum rancidumque auditur murmur, fervet guttur infauſta humorum ebullitione jam ſuffocandum. Quid? Sangvis hebet, & ipſe vitalis ſpiritus lentiſcit membra algido horrore concuſſa inopportuno ſudore defluunt, oſſa relinquit robur, nervi non amplius carnes ſuſtentant,

Oeſtro funereo percita vena tremit,

Pulſuque ſalit fatuo, rigent extrema, torrentur media intima, dehiſcunt & penitus diſſolvuntur. Jam adſunt veſpillones illi, ſingultus cordipremi, æger ſingultat. Ave jam extremum, jam ſupremus ſuper ora ſpiritus errat, imo aberrat, avolat. Tu ferales nunc accende faces, & crede Tibi, Nobisque ſimile fatum eſſe paratum. De Te quoque brevi dicetur:

Et MORTUUS EST!

Franciſcus Petrarcha Dialog. I. de Contemt. Mund.

Signa.

Signa iſta *vulgares* propinant ſequentia:

Si multum rubeant oculi: vel ſponte madeſcant,
Si lucem fugiant, venæ ſi quando nigreſcant,
Quod ſi ſiccentur, ſpaſmo vel forte graventur.
Si jam ſint clauſi, pauco poſt tempore aperti,
Alter ſi minor aut altro, dexterve ſiniſtro,
Si non objectis cernant bene lumen ocellis,
Si ſint inſtabiles: vel ſi pituita moleſtet
Extremas partes.

Votum.

Meum & Tuum, *Lector*, ſit ſuſpirium:

Expectata diu cum mortis venerit hora,
Da Pater, ut moriar placide, neque torquear ægre
Judiciique diem mihi ſvavem redde Redemtor,

Antē

Ante tuum supplex ut stem, pie Christe, tribunal,
Et salver: satis hoc; non est ut plura requiram.

M. Zeiler. in Miscellan. p. 411.

MORIBUNDI
Cantantes.

Thomas Aquinas, postquam sacra cantica interpretando ad finem perduxerat, vita excessit, cygno non absimilis, qui in horto collocatus epigraphen habet: POST CANTICA FUNUS. Antonius Paduanus morti appropinqvans Psalmos cum fratribus decantavit. Simeon senex moribundus cantavit: Nunc dimittis &c. *Picin. M. S. lib. IV. c. XXV. n. 332.* conf. Appar. Nostr. curios. & Pract. Tom. II. in Tit. *Post Cantica funus p. 131.*

An graviores fiunt?

§. 1.

Assertio hic expendenda venit, qua prodiderunt, mortuis pondus accedere, quod viventibus non fuit. Inde vulgus de morituris: Sie werden Erdschwer. Graviter ægrotantium querela est: Die Glieder werden ihnen wie Bley, sie können sich weder regen noch wenden. Ut adeo non tantum terram oleat, in terram mox reversurus, sed & pondere, si non superet, saltem æqvet, id qvod terræ mandandum, & in terram commutandum corpusculum.

§. 2.

Non autem de gravitate mortuorum hic ago, quæ ipsis a putrefactione obtingit, cum de illa nemo e sanis dubitare possit, sed de vulgi saltem murmure & persvasione. De veritate hujus assertionis ne dubii hæreamus, præfata mortis candidatorum testimonia sufficere possent, imo & Libitinariorum quotidianæ experientiæ. Accedit Plinii *lib. VII. c. XVII.* autoritas, dum scribit: Mares præstare (fœminis) pondere, & defuncta viventibus corpora omnium animalium, & dormientia vigilantibus. Et ut omni scrupulo Lectorem exsolvam, Gravidæ testimonia dicant. His nempe fœtus onus usque ad septimum mensem, quo teste *Hippocr. L. de Part. Septimestr. S. III. Op. p. 36.* membranæ dum tenduntur, & umbilicus vellicatur, dolores matri pariunt fœtusque pristino vinculo exsolutus gravior evadit. Hæ igitur si sanitate fruantur integra, fœtus pondus vix sentitur; statim vero ubi fœtus emortuus, dilabitur in utero, qvocunque se vertat mulier, ὥσπερ λίθος, sicut saxum, matrique est ponderosior, ut multi Practici notarunt.

§. 3.

Sed nec hæc multis satisfaciunt, qui proinde negativæ suos adjiciunt calculos, qvia per mortem nihil corpori additur, ut ita dicam, corporeum & pondero-

ſum. Diſtinxit *S. Sanctorius S VIII. Stat. Med. Aphor. IX & Th Browne L. IV. Pſeudodox. Epidem. c. VII. § 3. p. 734.* inter id, quod eſt reipſa ponderoſius eſſe, ſive ad ſtateram, & inter id, quod ponderoſius eſſe videtur & creditur. Videntur ſecundum hos cadavera majus acquiſiviſſe pondus, cum ſi ad ſtateram rem examines in priſtino adhuc deprehendantur pondere.

§. 4.

Quid in re, cujus experientiam per vitam facere, nunquam occaſio tulit adeoque dubia ſtatuam, hæreo adhuc, inquit *L. Garman. l. c. lib. II. Tit. III. § 24. p. 396.* Non dubium eſt, graviora corpora apparere emortua, & dum in altum tolli ea ſuſtinemus, reniti. Viva contra leviora, cum absque renitentia proprio motu de loco in locum adjuvent, & ſibi ipſis leviora, æſtimentur.

Cum maris receſſu plerumque moriuntur.

Problema hoc *Dn. D. Joh. Lud. Hanneman ap. Th. Bartholin. Vol. IV. Act. Hafn. Obſ. XIII p. 45.* in medium produxit, disquirendo, UNDE PLERIQVE CIRCA OCEANUM CUM RECESSU MARIS ANIMAM PROSCRIBANT? Meo arbitratu, *reſpondet*, id inde evenit, quod quando oceanus recedit cum ſuo refluxu, tum ſimul inſitum in aëre pabulum ſpirituum ſecum rapiat, ac illud ipſum tum in tanta copia non perſiſtat, quantum ſufficit ad ſpiritus alendos & refocillandos, tumque una maxime conveniens refrigerium, dulce nectar ſpirituum vitalium, & oceano aſſurgens ſubtrahitur, quamdiu enim oceanus ſubſiſtit in ſuo affluxu, quam jucundiſſime illud refrigerium alluit fauces & pulmones, imo cor ipſum ac hominem quaſi in vita retinet, cum autem illud nunc cum refluxu oceani rapitur, neque novum ſuccedit recedente mari, homo extingvitur. Qvare oceanus ſuis accolis aërem purificando, ad eum jucundiſſima refrigerii aura imprægnando uſui eſt hinc etiam homines imbecilles ut plurimum recreantur rurſum affluente mari vel oceano. Hæc *Dn. D. Hanneman.* cujus ratio an hic militet, equidem diſquirere nolo, fore vero quamplurimos, quibus eadem non ſufficiat, facile conjectandum. *Garm. Diſſ. prælim. § 170. p. 111.*

MORIBUNDORUM
Animæ exceptæ.

§. 1.

Oſculabantur apud Romanos ſangvine proximi in mortis confinio conſtitutos ſine noxa & periculo, extremumque excipiebant halitum. *Alex. ab Alex. Gen. Dier. lib. III. c. VII. p. 177. b.* Ita Auguſtus inter Liviæ oſcula defecit. *Sveton. in Vit. Ejus c. LXXXIX. Caſalius de Profan. Rom. Rit. cap. XXVI.*

XXVI. p. 142. In cauſam inquiſiturus *Joh. Kirchmann. lib. I. de Fun. Rom. c. V. p. 25.* ſubjicit, an quemadmodum peregre abeuntes, ſic etiam morientes oſculo dimittendos cenſuerunt? Mortem enim ad vitandam δυσφημίαν abitionem dixere. Hinc illud frequens in tumulis: abiit, non obiit. Proximus naufragio ille ap. *Petron. in Satyr. p. 147.* iſta ad Eucolpionem: Igitur ſi vere Eucolpion dilexiſti, da oſcula, dum licet, & ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape. Add. *p. 149. & Joh. a Wouwren in h. l. p. 459.*

§. 2.

Exeuntem autem animam hoc modo excipere, & in ſe transferre voluerunt, quod quidem fieri poſſe muliebriter crediderunt, perſvaſi animam per os, tanquam portam exitum ſibi parare. Quare *Ovidius, aut potius C. Pedo Albinovanus Conſolat. ad Liv. v. 95.*

At miſeranda Parens ſuprema nec oſcula fixit,
Frigida nec fovit membra tremente ſinu.
Non animam appoſito fugientem extraxit hiatu,
Nec traxit cæſas per tua membra comas.

Et v. 156.

Soſpite te ſalſim moriar Nero: Tu mea condas
Lumina, & excipias hanc animam ore pio.

De Tyrrheno morituro *Lucanus lib. III. Pharſal. v. 747.*

Ille caput labens, & jam langventia colla
Viſo patre levat, vox fauces nulla ſolutas
Proſequitur, tacito tantum petit oſcula vultu.

Plura habet *Caſp. Barthius Animadv. ad Stat. XII. Thebaid. p. 585. B. D. Qvenſtedt de Sepult. Vet. c. V. p. 34. Dn. Conr. Sam. Schurzfleiſch de Ritu ſalutandi per oſculum §. XI. D. Joh. Phil. Pfeiffer. Antiq. Græc. Gentil. lib. IV. c. XLII p. 724.* Animam Moſis per deoſculationem oris ejus accepiſſe DEum, comminiſcuntur Rabbini. vid. Tit. *Mors placida per deoſculationem.*

Sudor aqua baptiſmalis.

Si morituros conſideres, decedunt quidam cum, quidam, ſed rarius, ſine ſudore. In extremo naturæ conatu & anxietate

Gelidus cadit imber anhelo
Pectore. *(Statius lib. II. Thebaid. v. 672.)*
Tum vero & pallor & amens
Cum piceo ſudore rigor: ceu pectora Nautis
Congelat hiberni vultus jovis.

Valer.

Valer. Flaccus lib. III. Argonaut. Vulgi impia vox eſt: In extremo langvore conſtitutos aqvam Baptiſmi ſudare. Sie ſchwitzen die Tauffe aus; de qvo *Garm. l. c. lib. II. Tit. VI. §. 8. p. 501.*

MORIBUNDIS
Oſcula data obſunt.

§. 1.

Oſcula morituris & mortuis data aliquando obfuiſſe proditum. Moriturum ſi minus perturbant, levare certe non poterunt; certo deoſculantes offendunt; nam a mortuis, vel in mortis confinio poſitis non niſi tetri halitus perſpirant; at hi ſunt certo exitio inſpirantibus, inſpirabunt autem exoſculantes, nam a facie, & oculis magna fit exſpiratio. Dentibus obeſſe, ſi quis conſangvineo cadaveri oſculum figat, ſua experientia probaſſe dicit *Schickardus ap. Geierum de Ebræorum Luctu c. V. §. 11. p. 66.* Tenet ſuperſtitioſa turba mulierum, notat ex *Abrah. Sculteto in Conc. ſupra Eſaiæ c. XLVII. Henr Kornman. de Mir. Mort.* P. *VII. c. 66.* in ſua philoſophia pro certiſſimo: Si mater mortuo infantulo oſculum dederit, oſculum illud cauſam eſſe, ut & alii infantes paulo poſt moriantur.

§. 2.

De oſculo contagioſo ſingularem in literas retulit hiſtoriam *Edmund. de Meara Obſ. Med. p. 137.* Vir quidam nobilis, quoties vino incaleſcit, odorem ſpirat cadaveroſum, ſibi & aſtantibus valde gravem; ſed uxori graviſſimum, cum in Venerem accenditur. Dixit autem, id ſibi accidiſſe ex oſculo conjugis, quam in primis nuptiis duxerat: Illi ſiquidem mortuæ & qvatriduanæ paulo antequam efferretur, oſculum dederat, a quo propter fœtorem ſibi continuo moriendum exiſtimavit. Quomodo ejusmodi oſculum hujus effectus tam diu continuati cauſa eſſe poterit, ſubjicit, citatus Autor, explicatu arduum eſt. An quia miaſma ſeu effluvium qvoddam craſſum & viſcidum a cadavere putreſcente expirans inter oſculandum in cavitatem aliquam, ſeu porum oſſis Ethmoidis penetrans ibidem hæret innoxium & inodorum, donec corpore incaleſcente agitatur & accenditur. Ita halitus pertinacis, qui triduo balneis & lavacris ex manibus aboleri non potuit, meminit *Th. Bartholin. Diſſ. IX. de Med. Dan. Domeſt. p. 418.* Fœtoris, qui etiam ultra viginti dies cerebro moleſtias creavit & nauſeam, *Conr. Victor Schneiderus L. de Oſſ. Cribriform. p. 122.*

§. 3.

Ego, qua ratione ejusmodi oſculum effectus tam diuturni cauſa eſſe potuerit, nec ſemel affectum maritum quoque paulo poſt jugulare, aut certe eundem

eundem in morbum graviſſimum conjicere, quærerem, inquit *B. D. Garman de M. M. lib. II. Tit. II. §. 34. p. 361.* Fefellit ſine dubio *Mearam* iſte Nobilis, ut connatum fœtorem palliaret. Invenias enim, qui hircum olent perpetuo cumprimis ubi nimio exercitio in ſudorem ſolvuntur. Judæis naturalis quidam fœtor, propterea vulgare illis *Fœtentium* nomen, ſicut etiam grave aliquid habent Arabes & hircino ſimile, qvod e *Caſp. Sanctio Comment. ad 2. l. Regum c. XIX.* allegat *Geierus l. c. c. XXI. §. 4. p. 386. Beyerlinck Th. Vit. Hum. T. II. L. III. p. 499.*

§. 4.

In morbis tamen contagioſis defunctis haud innoxie oſcula imprimi, obſervationes tradunt. Cum cujusdam magni Comitis ſervus febre valde maligna decubuiſſet, ita, ut ab illa vita privatus fuerit, mortem ejus reſciſcens ſerva quædam e Turcia adducta, & S. Baptiſmate tincta, aut quod amore ejusdem flagraverit, aut quod varia beneficia ab eodem acceperit, aut alia de cauſa, accurrit & cadaveri quamplurima oſcula infixit. Eodem autem adhuc die itidem in febrem malignam tam vehementem incidit, ut de vita periclitaretur. *Vitus Rietlin Lin. Med. Ann. 96. M. Jan. Obj. XXV. p. 40.* In Concilio Antiſiodorenſi decretum ne mortuis detur oſculum, *Paulus Hachenbergius de German. Med. Diſſ. XII. §. 12. p. 420. Carolus du Frene in Gloſſ. Tom. III. p. 71.*

MORS

Abolita per CHRISTUM quomodo?

§. 1.

Objiciunt Sociniani: Quicquid per peccatum in mundum intravit, vos per Chriſtum abolitum dicitis; Sed ecce omnes morimur. Reſp. Diſt. inter mortem temporalem quoad *materiale* & *formale* ſpectatam. *Formale*, qvod eſt maledictio, Chriſtus certe ſuſtulit, ut mors piis non amplius pœna & veſtibulum inferni, ſed dulcis ſomnus, egregium lucrum, & janua Paradiſi ſit: quantumvis adhuc ſuperſit *materiale*, corporis & animæ diſſolutio. Et hoc de mortis etiam prodromis, morbis & calamitatibus omnis generis venit accipiendum. *B. D. Kromayer. Theol. Poſit. Pol. Artic. VII. p. 431.*

§. 2.

Sublata mors a piis per Chriſtum, quatenus a DEO vindice, peccatique pœna eſt, non ſublata quatenus credentibus janua ad vitam eſt. *L. Otto Menckenius Diſp. Inaug. ad c. VIII. Epiſt. ad Rom. v. 31. 32. Poriſm. III. §. 7.* vid. omnino *D. Seb. Schmidii Colleg. Biblicum Poſterius Loc. XXI. §. 12. 13. p. 373. ſeq.* & præſens hic Tractatus in Tit. *Mors a DEO quomodo? §. 1.* Priſcus

ſcus hinc Chriſtianorum mos fuit, teſte *Card. Baronio in Martyrol. 21. Julii*, inſculpendi in ſepulchris figuram Danielis ſtantis in lacu inter leones incolumis: ut indicarent Chriſtianos in ſepulchro etiam inter vermes non abſumi a morte, utpote cui jam CHRISTUS dentes excuſſerit.

Abſorpta in victoriam, Eſ. XXV, 8. 1. Cor. XV, 55.

Vid. Apparat. Biblici *Tom. III. p. 347. ſeq.* Quemadmodum crabrones volantes contra lapidem amittunt aculeos ſuos, ut nulli amplius nocere poſſint: ſic hoſtes noſtri, diabolus, peccatum, mors & infernus amiſerunt aculeum & virus ſuum, propterea quod in Chriſtum, tanquam petram & lapidem angularem impegerint, ut pulchre ſcriptum reliquit *Athanaſius ap. D. a Beuſt in de Art. ben. mor.* P. *II. p. 144.*

Æquat omnes.

§. 1.

In exercitu Sennacherib erant 185000. milites in acie ſtantes diverſorum ordinum & officiorum. At ubi Angelus una nocte omnes interemit, & quidem ſecundum Hieronymum & Ebræorum traditionem, igne quodam interno combuſſit, atque in cineres redegit, (quod Eſ. c. X. inſinuat illis verbis: Succenſa ardebit quaſi combuſtio ignis) poſtero mane omnes reperti ſunt æquales, utpote in cinerem redacti, 2. Reg. XIX. v. 35. Bene ergo Alphonſus, Rex Arragonum, interrogatus: Quæ res Principes ac privatos, divites ac pauperes exæquaret? *Cinis*, reſpondebat. P*anormit. lib. IV. geſt. ejus.* Eccur ergo inflatur unus adverſus alium? Quid ſervo? Qvid Duci? Quid Regi? Quid Clienti iraſceris? ait *Seneca lib. III. de Ira c. XLIII.* Suſtine paulum: veniet ecce mors, quæ nos pares faciet.

§. 2.

Anno 1609. Baronis Warthonis Angli filius, natu major, in luſu Joh. Stuardum, Angliæ Regis cognatum, mendacii redarguit, ideoque a Stuardo colaphum accepit. Inde ad duellum prope Londinum egreſſi, ambo ſe mutuis vulneribus confoderunt, poſtea juſſu Regis, in eodem ſepulchro humati ſunt. *Eman. de Metteran. lib. XXIX. Hiſt. Belg.* En qui ob unam alapam ſimul ſtare in vaſto Angliæ Regno non potuerunt, poſtea in anguſto uno tumulo perſiſtunt. Idem contigit Alberto Auſtriaco, & Adolpho Naſſovio, dimicantibus pro Imperio, poſtea Baſileæ ſepultis in eodem loco vix palmo inter ſe diſtantibus. *Gerhardus de Roo lib. II. Hiſt. Auſtr.*

§. 3.

Carolus M. cum in extremo mortis articulo conſtitutus, a ſuis rogaretur,

tur, quænam insignia sepulchro affigi vellet? Respondit: Sola Mortis insignia sculpantur, hæc enim est Regina illa potens, quæ omnes meas victorias in nihilum redegit, & de me ipso victore triumphum agit, hac adscriptione: SOLA MORS OMNIA ÆQVAT. *Gregor. Turon. Lib. Hist. ap. M Radau Orat. Ext.* P. *II. p. 310.* ἄπαντ᾽ ὅμοια, καὶ ῥοδῶπις ἡ καλή. Omnia similia sunt, etiam formosa illa Rhodopis. Significat omnes mortales æque casibus (morti) esse obnoxios. *Svidas Hist. p. 102. & in v.* Ῥοδῶπις *p. 825.*

§. 4.

Eine Pyramis, oder Aegyptische Spitz-Seule hat diese Uberschrifft:

Lapis omnis clauditur uno.

Unter einem Stein,
Die andern alle seyn!

B. D. Misand. in d. Cr. d. Gl. *p. 1487.* Ein Todten-Kopff, wobey ein Knoche liegt, mit der Beyschrifft:

Mors omnia æqvat.

Alles gleich,
Arm und Reich! Oder:
Der Tod lescht aus das Lebens-Licht,
Und schonet keines Alters nicht!

D. Seiffart Biblia in Imagin. in Gen. V, 27. p. 668. Æqvat omnes Cinis, impares nascimur, pares morimur. *Seneca.*

Was bildet sich der Mensch, die Erd und Asch, doch ein,
Als wenn sie wolt von Stahl und Eisen seyn?
Kan man denn ein stetig Leben,
Sich auf dieser Erden geben?
Oder sag: Was Vortheil hat der Grosse mit dem Kleinen,
Darff er meynen:
Jhm sey im Leben etwas mehrers zugelegt,
Daß in Lust und Freuden,
Sich sein Hertz möge lang Jahre weyden?
O man trägt
Jhn aus aller Lust und Welt-Erfreuen,
Wann der Tod das Leben niederschlägt,
Mit Betrübnis an den Todes-Reihen!

D. Dexelius Theatr. Histor. Curioso Tit. LXXI. p. 517. 518. Conf. & *Engelgr. Luc. Evang.* P. *I. Dom. X. p. Pent. §. 3. p. 497.*

§. 5.

Flumina fluminibus distant. Sic nos quoque nobis,
Dum sumus in vita nos, fluviique via.
Ingressis pelagum sapor amnibus omnibus idem:
Mors omnes homines æqvat, ut æqvor aqvas.

*

* *

Humanum in terris nihil est, quod non sit humandum:
Avolat hinc animus: cætera sorbet humus.

Owenus in Epigrammat. p. 137. 162.

Sub tua purpurei venient vestigia Reges
Deposito luxu, turba cum paupere mixti:
Omnia mors æqvat. *Claud. lib. 2. de rapt. Proserp.*

Pauperibus Reges, mors sceptra ligonibus æqvat;
Qvos sors distingvit, mors facit esse pares.

Æterna.

§. 1.

Hæc nihil aliud est, qvam plenaria divini consortii amissio, & ex ea conseqvens horribilis animæ & corporis cruciatus; Vocaturque mors secunda, Apoc. II. v. 11. cap. XX. v. 14. *D Joh. Gerhard. Loc. Theol. Epit. Tab. XXVII. p. 149.* Hac morte, ut ait *Cyrill. lib. VI. in Evang. Joh. c. X. p. 314.* anima hic separatur a DEO fonte vitæ per culpam, & in futuro per gehennam. *Tunge l. Prompt. Evang. T. II. p. 743.* Anima in eo statu posita, & beata esse perdit, & esse non perdit; qva ex re cogitur semper, ut & mortem sine morte, & defectum sine defectu, & finem sine fine patiatur: quatenus ei & mors immortalis est & defectus indeficiens, & finis infinitus. *Gregor. Rom. Dial. lib. IV. c. XLV.* Sive, ut idem, si utriusque autoridem, *in Job. lib. IX. c. XLVIII.* Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu; quia & mors semper vivit, & finis semper incipit, & defectus deficere nescit. *Ita* erunt illic homines semper in morte, ac per hoc nunqvam viventes; nunqvam mortui, sed sine fine morientes; vitæ morituri, & morti sine fine victuri. Nunqvam autem erit homini pejus in morte, qvam ubi erit mors ipsa sine morte. *August. de Civ. DEI lib. XIII. c. XI. ap. Gataker. Annot. in lib. VIII. Antonin. §. 58. p. 319.*

§. 2.

Zittern hier die Maleficanten, die dem Scharff-Richter in die Hände kommen, vor dem zwar schmählichen, aber augenblicklichen Tode: wie werden einmahl die Verdammten vor dem ewigen Tode zittern? *Geier.* Buß-St. *Fer. I. Pasch.*

Pasch. p. 409. Hast du etwan schon einen **Menschen sterben** sehen, so wirst du wissen, was das für ein Elend sey, wenn der arme Mensch da liegt und röchelt, wenn er fast zusehens verfällt; Ist das nicht ein Jammer? Niemand kan ihm helffen, auch der Mensch ihm selber nicht. Allein, was ist das gegen den immerwährenden ewigen Tode, da die Verdammten einmahl bey vollen Verstande werden ohn Unterlaß, so zu sagen, in agone liegen, und nicht ersterben können? *Ibid. Dom. Jud p. 353.* Wann das Ende nicht selig ist, so gehets wie mit einem Schiff, das aus fernen Landen kommt, mit vieler guter Waare beladen, und wanns nun bald an den Port kommt, und die Waare soll ausgeladen werden, so stösts an eine Stein-Klippen, und zubricht, so ists denn verlohren; So gehets auch mit dem Menschen, der unselig stirbt. *Arndt in Psalm. 39. Conc. II. p. 245. b. ap D.* **Gerstäcker im Vorrath von schönen Gleichnissen** p. 1285.

§. 3.

Unter so vielen Barbarischen und unzehligen Arten der **Hinrichtung**, welche die Menschen wider die Menschen ausgesonnen, ist auch billig zu zehlen diejenige, welche zu Climsan, einer Stadt in Africa, so von den Türcken bewohnet wird, in Ubung ist. Ausser der Stadt ist ein hoher Pfahl, in Form eines Creutzes aufgerichtet, auf welches der Ubelthäter gezogen wird. Erstlich ziehen sie ihn nackend aus, schneiden ihm die Zunge ab, dann strecken sie ihn an denselben mit Händen und Füssen; lassen ihn also zum Raube der Vögel, welche ihn bald wittern, ausgesetzt. Die Adler und Geyer richten ihn, weniger denn in einem Tage, zum Tode, der arme Mensch kan sich ihrer nicht erwehren; er siehet, wie sie ihm die scharffen Klauen, und den Schnabel in das Fleisch setzen, und zum Hertzen arbeiten, massen beobachtet wird, daß die Adler am ersten nach dem Hertzen trachten, und arbeiten so lange an der Brust, bis sie dasselbe gefunden, lassen auch den übrigen Leib so lange unbeschädiget, bis sie dasselbige gefressen. Zu Zeiten hat man bey 20. solcher Raub-Vögel zugleich an dem armen Menschen gesehen, wie dann dieses Land derselben voll ist, es darff aber bey Leib- und Lebens Straffe niemand sich erkühnen, einem solchen Menschen zu helffen. Asiat. und African. Denckw. p. 387. 388. Man muß bekennen, daß dieses ein sehr elender und erbärmlicher Tod sey, welcher aber nichts zu achten, gegen **dem ewigen Tod**, da die Unbusfertigen und Gottlosen, wann ihnen Hände und Füsse gebunden seyn wird, denen höllischen Raub-Vögeln werden überantwortet werden. Denn wo ein solches zum Tode verurtheiltes Aaß seyn wird, da werden sich auch die höllischen Adler häuffig sammlen, Matth. XXIV. v. 28. *D.* **Ernst Bild. H.** P. *III. p. 73. 74.* Bene ergo *Bernhardus lib. V. de Considerat. cap. 12.* Horreo vermem mordacem, & mortem vivacem. Horreo incidere in manus mortis viventis, & vitæ morientis. Hæc est se-

cunda mors, quæ nunquam peroccidit, & semper occidit, ap. *D. Christ* Krumbholtz *Post. Paraclet.* P. *II p.54.* Ergo

Vive pie, ut moriare pie, mors impia namque
Impuræ est vitæ vix dubitanda comes.

§. 4.

Æterna mors consistit in DEI visionis privatione & consideretur vel ratione *quidditatis*, vel ratione *durationis*. Priori modo notat *infinitam immensitatem* dolorum infernalium; posteriori modo *infinitam perennitatem* eorundem dolorum. Priorem sustinuit pro nobis Christus; posteriorem quod attinet, ita Christus eam subire noluit, quia victor mortis esse debebat. *D. Ægid.* Strauch *Comp. Theol. Poss. Pol. Art. VI. Aph. III. § 5 p. 248. seq.* Sustinuit Christus pœnas infernales *intensive* (quoad summos apices, vim, pondus ac substantiam) licet non sustinuerit *extensive*, sive qvoad intrinseca durationis ac subjectorum patientium accidentia. Verbo: Cruciatuum *extremitatem*, licet non *æternitatem*. vid. omnino Appar. Nostr. Nom. Propr. Bibl. Tom. I. in Tit. *Christus non desperavit, & tamen dolores infernales & æternos sustinuit p. 493. seq.*

Alios aliis cedere facit.

§. I.

Der Tod muß immer Raum machen, daß auch andere können erhoben werden, da es, wo nicht ehe, doch im Tode heisset: **Weiche diesem**, Luc. XIV, 9. welches Mahomet der XXVI. König der Saracenen in Hispanien wohl verstunde; daher, als er einst in seinen Garten spatzierete, und ihm einer aus seinen Dienern anredete mit folgenden Worten: **Wie ein lieblicher Tag, wie angenehm und wie süsse ist doch dieses Leben; wer sich nicht für dem Tode fürchten, und sterben müste!** gab er ihm zur Antwort: Erras in verbo, quia si Mors non esset, ego nullatenus hic regnarem. **Du irrest sehr in deinen Worten; denn wenn der Tod nicht wäre, so würde ich keineswegs itzo hier regieren.** Welches Ferdinandus I. der löbl. Käyser wohl wahrnahm, daher er in seinem Tode sprach: **Ich bin mit dem Tode verknüpfft, wegere mich auch seiner nicht, und will den Meinigen auch Platz machen, gleiche Würdigkeit zu geniessen.** Diesen Dienst thut uns nun der Tod, daß er Raum machet in der Welt, damit auch andere zu Ehren-Aemtern und Geldern gelangen können; welche sonsten, wenn niemand stürbe, arme Hümpler und Bettler bleiben würden, und müsten. Darum möchte man wohl Sinnbilds-weise vorstellen einen **hohen Bedienten**, der einen andern vom Stuhl stiesse; Oder ein **hoch-aufwachsendes Kraut**, das ein anders unterdruckt, darbey

Abi,

Abi, ut adeam!
Daß ich könne höher steigen,
Must du mir im Tode weichen!

Dexel. l.c.p.514.

§. 2.

Ordo naturalis fert, ut continua viciſſitudine & ſucceſſione alii naſcuntur, alii intereant. At videmus qvotidie qvamplurimos homines naſci. Quæ eſt igitur amentia, tam moleſte, ſi viciſſim aliqui moriuntur, ferre? Qvid quæſo futurum eſſet tandem, ſi, multi ſemper homines naſcerentur, nulli vero viciſſim extingverentur? Totus mundus nos non caperet. Quot homines putas centum annis naſci? Jam ſi hi omnes ſimul viverent, quis locus ſatis magnus illis reperiri poſſet? *Matthæus Dreſſerus Rhetor. lib. I. p. 288.* Terra olim qveſta eſt, ſe nimis intolerabili pondere hominum impiorum & inutilium premi; Idcirco a Jove petiit, ut levari aliqua ratione poſſet. Jupiter cognita cauſæ æquitate, bellum Trojanum excitavit, qvo magna pars hominum malorum & inutilium interiit, ex quo levationem aliquam terra ſenſit. *Id. in Iſagog. Hiſtor.* P. *I. Millenar. III. p 217.*

Amara, Sir. XLI, 1.

Es melden etliche aus dem Egeſippo, daß aus den Tropffen des Schweiſſes Chriſti am Oelberge ein Baum gewachſen, auf deſſen Blättern die Worte geſtanden: O Todt! wie iſt doch dein Gedächtnis ſo bitter! *ex Drexelio* D. Ernſt in Ehrenholds zufäll. Ged. *Med. XCVII. p. 535.*

Amici.

Non vivit, fido quisquis privatur amico,
Dimidium ſiquidem perdidit ille ſui.

*
* *

Optata eſt vivi præſentia dulcis amici,
Jucundumque illo cum moriente mori.

Conf. *Appar. Noſtr. Curioſ. Tom. I. p. 1447.*

Aut Amicitia.

Ebræi dicere ſolent: או מותא או חברותא Aut Mors, aut Amicitia; Si enim, ut Arabes dicunt, amicitia non eſſet, periret mundus. Vid. *Tom. I. p. 87.*

Ἀνάλυσις, Ἀπόλυσις, Luc. II, 32.

§. 1.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, inquit Simeon *l. c.* Dimitti cupit, inquit *Ambroſius in h. l.* quaſi a quibusdam vinculis ad libertatem feſtinaret. Re-

ctiſſime

ctiſſime enim vox *ἀπολύειν* Matth. XXVII. v. 26. uſurpatur *de dimiſſione ex carcere.* In hac vita ſumus velut captivi, Rom. VII. v. 23. Sumus hic in domo carceris, conſtituti in tenebris, & miſeriis ab illis per mortem liberamur; Hinc David Pſalm. CXLII. v. 8. Edue de clauſura, ſive carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo. *Deinde* vox *ἀπολύειν* uſurpatur *de dimiſſione in patriam,* Matth. XIV. v. 15. In hac vita ſumus velut in exilio conſtituti. Pſalm. XXXIX. v. 13. Advena ſum &c.

Hoſpes ſum mundi, ſed civis & incola coeli.

canit Poëta. Phil. III. v. 20. *πολίτευμα* noſtrum in cœlo eſt. Vita eſt *labyrinthus,* in illum ex utero ingredimur, per lumina mortis abimus, inqvit *Baptiſta Mantuanus.* Mundus exilium, patria cœlum. Per mortem nos DEUS ex triſti exilio in patriam revocat. Qvis proinde non malit eſſe in patria cum Chriſto, quam peregrinari in hoc mundi exilio? 2. Cor. V. v. 6. Dum ſumus in corpore peregrinamur a Domino, v. 8. *ἐνδοκοῦμεν* &c. Ejus eſt mortem timere, qui ad Chriſtum nolit ire, inquit *Cyprian. ſerm. IV. de mortal. Tertio* uſurpatur vox *ἀπολύειν de dimiſſione ex ſervitio.* Sic DEus collocavit nos in certa ſtatione, in qua multas experimur difficultates, nec tamen privato arbitrio ex ea licet decedere, ſed expectandum DEI mandatum, ſicut Legatus expectat, donec a Legante revocetur. *Denique* vox *ἀπολύειν* uſurpatur *de dimiſſione exercitus.* Vita hæc eſt perpetua militia, Job. VII. v. 1. pugnandum nobis cum multis hoſtibus. Per mortem ex hac militia dimittimur, & ex Eccleſia *militante in triumphantem* transferimur, ubi intermixti Angelorum & beatorum multitudini *palmas* in ſignum victoriæ in manibus geſtabimus, Apoc. VII. v. 9. *B. D. Joh. Gerhard. Homil. Evangel. P. I. p. 456. ſeq. Tungerlar. Prompt. Evang. T. II. p. 95. ſeq. M. Joh. Georg. Willius* Prompt. *Emphaſium Biblicarum N. T. in h. v. p. 29. ſeq. Appar. Noſt. Bibl. Tom. III. p. 349.*

§. 2.

Impie Johannes Epiſcopius Caſſerius, Arvernus Princeps Ordinis Eqvitum Hieroſol. votum hoc Simeonis uſurpavit, dum in Papæ (Gregorii XIII.) genua procumbens, pedes ejus deoſculatus, ſic peroravit: Interim hunc ex calamitate mea fructum capio, quod optatiſſimo conſpectu tuo, quod alloquio, ac gratia præter ſpem frui licet, ut mihi mors amplius moleſta eſſe non poſſit, quando animam veluti in ſinu tuo deponere datur, & ſic perorando ad extremum beati Simeonis Canticum uſurpavit; Quod de ſe dici Pontifex haud gravate tuliſſe viſus eſt. *Jac. Aug. Thuanus Hiſt. Lib. LXXIV. Tom. IV. ap. Anton. Cregutum in Revelatore Arcanorum c. XXVIII. p. 969.* Als der König in Franckreich 1681. die eingenommene Stadt Straßburg in

Au=

Augenschein nahm, wurde er in dem Münster von dem Bischoffe Francisco Egone von Fürstenberg unter andern auch mit dieser Complimente bewillkommet: HErr, nun lässest du deinen Diener in Friede fahren, denn meine Augen haben deinen Heiland gesehen. *Cl. Hübner. Hist. Polit. Tom. I. p. 1183.* Cum Gregorius XV. Pontifex Bellarminum decumbentem invisere, ac bis peramanter amplexus, sacrum pro sua valetudine sese facturum promitteret, illud Centurionis (Matth. VIII. v. 8.) usurpavit: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, referente *Philippo Alegamba in Biblioth. p. 408. 409. ap. D. Henric.* Freiesleben *Disqvis. Synod. V. in Form. Concord. §. 16.* Quomodo mors Luc. IX. v. 51. vocetur *ἀνάληψις, assumptio*, habet *Bauman. in Anal. Allegor. p. 1091.*

In Aqua formidabilis & omnium miserrima.

§. 1.

Mortem, seu soffocationem in undis abominabantur veteres quam maxime. Viri comprimis fortes & Heroës detestabantur id mortis genus, quibus pulcherrimum semper fuit inter experimenta virtutis in acie oppetere. Declarat id *Achillis ap. Homer. Iliad. XXI. v. 278.* oratio:

Nunc me ingloria morte fato decretum est corripi
Oppressum in magno fluento tanquam puerum subulcum.

Expressit *Homer. Papin. Statius lib. IX. Thebaïd. v. 506.* quando *Hippomedon* exclamat:

Fluvione (pudet) Mars inclyte merges
Hanc animam? segnesque lacus & stagna subibo
Ceu pecoris custos, subiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeone occumbere ferro
Non merui.

§. 2.

Mortis genus pessimum, putat *Homerus*, quod in aquis accidit, cum nunqvam alias *τὸ ἐξαπόλεσθαι* (funditus perdi) adhibeat. *Joh. Dan. Horst. P. I. Man. ad Med. C. II. S. I. Art. I. §. 8. p. 132.* Quomodo vero *λευγάλεος θάνατος* in Latio exprimendus varia collegit superioris seculi Polyhistor *Jacob. Thomasius Exercit. Philos. de Morte in Undis contr. Serv. & Synes. §. 20. in Schol.* Turpi exitu tales vitam finire *Eumolpus* exclamabat ap. *Petron. Satyr. p. 124.*

§. 3.

Sed & vulgum & Philosophos, quidni & Heroës præterea movit ratio, ut mortem hujusmodi modo devitare conarentur. Scilicet animas igneas esse, in mentem veniebat, adeoque undarum impetu extingvi; Æthereus

atque ardens spiritus suo contrario videbatur opprimi. *Petrarch. de R. U. F. P. II. D. CXXI. p. 654.*

Non lethum timeo, genus est miserabile lethi,

Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Ovid. Lib. I. Trist. Eleg. II. v. 51. precatur, ad quem locum sequentia *Vit. Amersbach. p. 548.* notavit. Loquitur, *scribit*, ad eorum Philosophorum opinionem (inter quos *Servius ad L. I. Æn. v. 47. p. 161. & Sines. Epist. IV.*) qui putabant animam esse quiddam igneum; aqua vero cum sit plane contrarium, sic efficeret subitam & violentam mortem, atque ob id miserrimam. Milites idcirco ante naufragium, ne perirent, statuebant necem manu sua sibi consciscere, ut animam in aërem efflarent, e *Synesio l. c.* recitat *Joh. Henr. Ursin. P. II. Anal. Sacr. (Quæst. Biblic.) lib. III. Q. XVI. p. 187. 188.* Aliis vim aquæ non valere penetrare, ut per eam ad cœlestia eniti animas, persvasio erat ex illo *Statii lib. IX. Thebaid. v. 265.*

Efflantesque animas retro premit obvius amnis.

Quod etiam *ad Eundem* observavit *in h. l. Casp. Barthius p. 977.*

§. 4.

Fuisse e Stoicis, ut & hoc inseram, qui animas crederent aboleri & extingvi, si pondere aut mole magna, v. g. Terra, Turri &c. una cum corpore obruantur, *Justus Lipsius lib. III. Physiol. Stoic. Diss. XI. p. 990.* recensuit, quod quidem accuratissimo Philosopho *Thomasio l. c. §. 18.* non placuit, neque *Lipsio l. c. p. 991.* ratiocinanti: Mira sententia, sed cui origo a scito, quod anima sit corpus, itaque pati eadem, quæ corpus & affligi, ac dissipari, solvi. *L. Garm. de M. M. lib. II. Tit. X. §. 70. p. 762. 763.* Conf. Tom. I. Appar. Curiof. in Tit. *Animæ Naufragorum in mari intereunt, p. 154. 155.*

Arma non curat.

D. Stiefler gedencket im Histor. Schatz eines jungen Edelmanns, daß derselbe, als er kranck worden, alle seine Büchsen laden, und für sich um das Bette umher legen; über dis alle seine Diener und Unterthanen mit gewehrter Hand Tag und Nacht bey sich wachen lassen, der Meynung, den Tod zu schrecken und zu verjagen; wurde aber in seiner Meynung hefftig betrogen, und kunte sich des Sterbens nicht erwehren; Denn

Nicht befreyen
Die Pasteyen,
Nichts die Schantzen, nichts die Wälle,
Wieder Todes-Sturm-Einfälle;
Mauren, die die Stadt umringen
Kan der Tod doch überspringen. *Dexel. l. c. p. 497. 509*

Atro-

Atropos.

Pictores ut Mortis naturam exprimerent, illam proponunt *nudam, lumine cassam, auribus carentem, & falce armatam.* *Nudam* quidem, ut doceant, quod hinc nudi exire debeamus. Cur *lumine captam?* quod in obvia quæque impingat, & sine respectu obruat. *Auribus caret*, quia clamoribus non flectitur, lacrymis non movetur, & ad preces humanas veluti rigida rupes surdescit. Hinc a *Pericle Atheniensium Duce* ATROPOS (inexorabilis) nominatur. Porro *quid per falcem*, quam feralis hæc Megæra manibus vibrat? qvoniam Mors omnia Solo æqvat.

Est commune mori, mors nulli parcit honori;
Debilis & fortis, veniunt ad funera mortis.

M. Radau O. E. P. II. c. VII. Q. III. p. 332.

Bellator strenuus.

Quemadmodum Dux aliquis civitatem quandam expugnare cupiens, modo munitiones aggreditur, modo mœnia & turres tormentis petit, modo ignem cuniculis injicit, modo vallum terræ exæquat, mox portas perfringit, cum exercitu irrumpit, omnes totius urbis opes diripit, omnes obvios prosternit, in arcem penetrat, omnia funditus demolitur. Similem in modum etiam *Mors bellator ille strenuus* procedit. Homo est velut civitas quædam; *muri* ejus sunt caro; *valla* sunt humeri & dorsum; *turres* sunt brachia, manus & pedes; *pinnæ* murorum sunt digiti; *munitiones* sunt latera, spina dorsi, lumbi; *portæ* os, & alia sensuum organa; *summum propugnaculum* caput. Hanc civitatem dum mors adoritur, nunc *muros* luxationibus, catarrhis & defluxionibus, nunc *turres* & *murorum pinnas* podagris, chiragris, arthriticis doloribus infestat: nunc *latera* calculis & inflammationibus; nunc *portas* gangrænis & apostematibus; nunc *propugnaculum* apoplexiis & deliriis oppugnat: donec tandem totum corpus malis humoribus opplet, sangvinem corrumpit, spiritus perturbat, sensus obfuscat; ignem febrilem præcordiis injicit, mœnia subvertit, totum corpus in terram prosternit, & cum exercitu vermium ingreditur, totumque depopulatur, & in cineres redigit. O hostem crudelem! O trucem bellatorem! *M. Bauman. Anal. Typ. p. 1427.*

Bellatoris.

Epaminondas dicere solebat pulcherrimum esse genus mortis, in bello mori, quod hæc mors primum cum laude fortitudinis conjuncta sit, modo bellum geratur pro patria: deinde brevis, non diu crucians hominem, aut paulatim extabefaciens. *Erasm. Apopht. lib. V. in Epaminonda p. 413.* Vid. omnino *Appar. Bibl. Tom. II. p. 368. seq.* ubi hæc materia fuse pertractata.

Beſtiola & vermiculus,

§. I.

Pro poſitivo ente mortem habuit Gentilitas. Pertinet huc fabula de morte ad tumulum *Alceſtidis* ab *Hercule* correpta & pene interſtincta, quam ad hujus verſus illuſtrationem protulit *Luc. Joh. Scappa ex Zezzis Commentario in Lycophronem.* Et ita Herculem mortis domitorem agnoſcit Alcmena mater in *Senecæ Hercule Oeteo ad fin. v. 1945.*

Agnoſco, agnoſco victum eſt chaos
A ſtyge nate redis iterum mihi
Fractaque non ſemel eſt mors horrida.

Hæc *Caſp. Barthius in Papin. Stat. lib. III. Sylv. I. v. 172. p. 288.*

§. 2.

Fecerat id etiam ſuperiori ſeculo *D. Auguſt. Hauptman in Epiſt. præliminari tractatui de viva mortis imagine præmiſſa, & Francofurti Anno 1650. in publicam lucem emiſſa, quam poſtmodum Tr. de Thermarum Walkenſteinenſium natura & uſu An. 1657. p. 160. inſeruit,* & mortem animalculum vivum declaravit. Mors naturalis (deſcribit eandem l. c. p. 178.) eſt omnium minutiſſima, & ferme inviſibilis beſtiola, atque inſenſiſſimus vermiculus, qui ex ſubtiliſſimo excrementi genere corpus ſuum minutulum aſſumit, quo craſſius enim eſt excrementum, eo etiam evidentius ex illo generatur inſectum; tenaciſſimæ autem eſt vitæ, quia ex conſtantiſſimi principii excremento, videl. ſalino eandem capit, quia in ſale omnia animantia, ut & cæteræ res cunctæ vitam ſuam, atque vigorem fulciunt, & eo ſe corrumpente, totum poſtea corrumpitur compoſitum.

§. 3.

Pollicem huic preſſit *Paulin. Tr. de Mort. Verminoſ. §. 8. p. 13.* & peccatum originale, & mortem entia realia, nec aliter quoad prius poterit, cum impoſſibile ſit accidens ſubſtantiam producere proclamat, *§. 81. p. 173.* Superſtruxit quoque huic paradoxo *ſuam Pathologiam animatam D. D Chriſtian. Lang.* Sed ego rem ſalvam eſſe putarem, *inquit L. Garman de M. M. Diſſ. Præliminari §. 121. p. 80.* ſi aſſereret quiſpiam *Hauptmannum* cauſam ponere pro effectu. Adeoque vermes utplurimum cauſare morbos, & conſequenter mortem, qvamvis non negandum, vermes etiam aliquando non eſſe cauſam, ſed productum morbi, comprimis in ulceribus, vermesque non tam in corpore naſcantur, quam ab extra eidem ſe ingerant.

Bona.

Bona.

Veriſſimum illud Ebræorum: אַשְׁרָיו שֶׁל אָדָם שֶׁיָּצָא בְּשֵׁם טוֹב מִן הָעוֹלָם beatus ille homo, qui excedit cum nomine bono ex hoc mundo *D. Caſp. a Lilien Diſſert. Sacr. Philol. Hiſtor. Theol. II. §. 1. p. 18.* In ſacello Regis Poloniæ legitur: MORS BONA INITIUM VITÆ! *Chytræus Delic. Itin. p. 798.* Ferdinandus Nonius, Profeſſor Salmantic. ſepulchro ſuo inſcribi juſſit: MAXIMUM VITÆ BONUM MORS! *Bona* propter requiem; *Melior* propter novitatem; *optima* propter ſecuritatem, vel potius ſalutem æternam. *Reuſn. Cl III. Cæſ. Rom. Germ. Symb. XXX. p. 243.* Nabathæi Reges ante pectus loco ſignaculi *Mortem* geſtabant, cum inſcriptione: MATER BONORUM, NOVERCA MALORUM. *Reinerus ap. Rad. in D. E. p 307.* Auguſtin. bonam vitam bonæ mortis regiam viam ſtatuit ap. *Hildebr. de Vet. art. ben. mor. cap. VIII. §. 9. p. 121.* Bona mors non vitæ, ſed mortis! inquit *Bernhardus Epiſt. XLII. ad Henric. Senonenſ. Archi-Epiſc. f. 1246. D.* Dein guter Tod, da nicht das Leben, ſondern der Tod ſtirbet. Bona mors, & nequaquam abhorrenda, quæ vitam etſi adimit, non perimit. Adimit quidem, ſed ad tempus, reſtituendam in tempore, duraturam ſine tempore, ap. *B. Carpzov. Conc. Fun* P. *II. p. 383.*

E Carcere liberat.

Vid. Appar. Curioſ. Tom. I. in Tit. *Anima, in corpore tanquam carcere p. 138. ſeq.* & Tomo II. *Corpus animæ carcer. D. Chriſtoph Nicolai* in der Evang. JEſ. Fr. P. *I. p. 433. ſeq.*

O quam læta dies hoc quæ me carcere ſolvit,
Ut poſſim in clara luce videre DEum.

Phil. Melancht. Epigr. lib. II. Bene *Nazianzenus:*

Heu mihi, quod, patriam dum ſemper anhelo beatam,
Corpus in exilio me tenet usque meum.
Nec datur inſtabilis vitæ, mundive doloſi
Effugium, heu triſti ſum quaſi vinctus humo.
Nempe improviſis circumſonor undique curis,
Depaſcunt animi quæ decus omne mei.
Sed me ſolve o Rex, vinclis qvi ſolvis ab iſtis,
Terra vale: Poſthac incolo regna poli.

Apud *D. a Beuſt in de Arte bene moriendi p. 59.*

Certa & incerta.

§. 1.

Heu quot habet mors ſæva vias, artesque nocendi,

Quo magis esse procul credis, magis imminet, unde
Certius est quam mors, quam mors incertius est nil.

Palingenius Zod. Vit. in Scorpio p. 217. Mors certum incertum est, aut melius loquendo, certissimum incertum, & incertum certissimum, ut *Musonius* vetus Scriptor dixit, & *Lipsius* etiam scripsit: Nihil certum est, quam incertum illud mortis. *B. D. Misand. Delic. Bibl. Ann. 1691. p. 615. & Theatr. Trag. Tit. XXVI. p. 118.*

Mors certa est, incerta dies, hora agnita nulli,
Extremam quare quamlibet esse puta.

Joach. a Beust Orthod. Enarrat. Evang. P. *II. p. 227.*

Mors certa est, incerta dies, modus, horaque mortis,
Consulat ergo animæ, qui sapit, ipse suæ.

Nath. Chytræus viatic. itin. extrem. ap. Textorem in Sylloge *p. 93.*

§. 2.

Mors certa & incerta. Certa quia eam effugere nemo potest. Incerta vero tribus modis. 1) *Ratione temporis*, nulli enim constat, quando sit moriturus. 2) *Ratione Loci*, nemo enim novit, ubi sit occubiturus, in lectulone, an in aperto rudique campo, marine an terra; ubique enim mors nos insequitur, & ad imperium DEI, etiam in amœnissimis hortulis homines supplantat, *Abelem* in agro, Gen. IV. v. 8. *Saulem* in prælio, 1. Sam. XXXI. v. 6. *Asaelem* in campo, 2. Sam. II. v. 23. *Abnerem* in complexu Joabi 2. Sam. III. v. 27. *Absolonem* in qvercu, 2. Sam. XVIII. v. 14. *Eutychum* in templo, Act. XX. v. 9. e medio sustulit. *B. D. Balduin. Cas. Consc. lib. III. c. IV. Cas. VII. p. 670. b.* 3) *Modo*, quis enim prævidit, cita an lenta, naturali, an violenta morte sit occupandus? *D. Joh. Ad. Osiander Theol. Casual.* P. *VI. c. VI. p. 259.* Addi potest & 4) modus, *ratione scilicet Ætatis;* ecquis enim scit numerum dierum suorum? nemo sibi crastinum, nedum senectutem decrepitam polliceri potest. *Bald. l. c.*

§. 3.

Ita igitur vivendum, ac si subito nobis moriendum esset. Vita nostra est militia: miles in acie paratus ad mortem pugnat: & nos parati ad mortem vivamus. Vid. Appar. Nom. Propr. Bibl. Tom. II. in Tit. *Elias ex quo loco in cœlum translatus? §. 2. 3. p. 69. B. D. Gerhard. Homil. Evang. III. Dom. XVI. p. Trin. p. 697. seq.* Nescius qua hora veniet, semper vigila, ut quod nescis quando veniet, paratum te inveniat, qvum venerit: & adhoc forte nescis, quando veniet, ut semper paratus sis. *August. ap. Lang. in h. v.*

§. 4.

§. 4.

CERTUM EST ET INEVITABILE FATUM! erat Symbolum Alberti Comitis Hoheloii, Domini Langenburgii.

Certum fati tempus: Inevitabile fatum
Mortis: mors præſto eſt, mors & ubique domi.

Lex univerſi eſt, quæ jubet naſci, & mori, ait *Publius:* & ut *Manilius* canit,

Naſcentes morimur, finisque ab origine pendet.

ȣ γάρ τις ἀποτροπίη θανάτοιο, ſecundum *Apollonium:* adeoque ut *Naſo* vult, rigidum jus eſt & inevitabile mortis.

Sic *Lucretius:* Certa quidem finis vitæ mortalibus adſtat:
Nec devitari lethum pote quin obeamus.

Et *Martialis:* Nullo fata loco poſſis excludere: cum mors
Venerit in medio Tybure Sardinia eſt.

Sic nimirum ubique mors eſt, teſte *Seneca*, & ſecundum *Manlium:* Certum eſt & inevitabile fatum! *Nic. Reuſner. Symb. Heroic. p. 208.* Ergo

§. 5.

Exſpectans cum te maneat mors omnibus horis,
Hanc quoque tu vigil & ſobrius usque mane.
Ne te ſecurum nigrantibus occupet alis,
Victricique comes victus & ictus eas.
Tartarei mox angores ſenſurus averni,
Occluſæ cujus ſunt patulæque fores.
Viventi patulæ: clauſæ jam morte ſepulto,
Neglexit vivus qui meliora ſequi.
Si ſapis, ergo ſacris mature te inſtrue telis,
Obvius ut mortem victor adire queas;
Mors certa eſt, incerta dies, modus, horaque mortis,
Hic tibi ſegnitiæ quis locus eſſe queat?

CHRISTI in ſepulchro.

§. 1.

Sane neceſſarium fuit, ut in mediis etiam mortis mirandæ umbris nec anima, nec corpus a filio DEI, ejusque Deitate immenſa & vivifica ſepararetur, ſecus nudus homo paſſus eſſet! Secus Filius DEI animam non ſuam permanenter, ſangvinem non ſuum perſeveranter tradidiſſet, profudiſſet! ſecus Dominus Gloriæ interfectus non fuiſſet! ſecus JEHOVA non fuiſſet confixus! ſecus Princeps vitæ non eſſet interfutus! ſecus Filius DEI mortem non abſorpſiſſet in victoriam! Et quid inſuper prohibuiſſet, ſanctum Chriſti corpus videre corruptionem, ſi non

illi

illi adfuisset conversatrix divinitas, semper unita manens! Nempe tunc forma cadaveris subisset sanctum Christi corpus, ut aliorum hominum morte usu venit, & induxisset illi putrefactionem. Ita sapienter ex antiquitate disserit *B. Damascenus lib. III. de Orth. Fid. c. XXII.* Igitur quamvis VIVUS non fuerit Jesus, si carnem ejus in triduo mortis occupatam consideraveris, VIVIFICUS tamen fuit, quia principium unum primum atque summum omnis vitæ sibi & unitum admirabiliter & communicatum penitissime habebat. *D. Joh. Georg. Dorscheus in Admirandorum I. C. Septenario Dissert. IV. p. 462. 463.*

§. 2.

Gleich wie das Opffer-Vieh an statt des Sünders abgewürget, zerstücket, und mit Feuer muste verbrennet werden, damit der reuende Mensch beym Leben bliebe; wie auch solcher **Braten-Geruch** andern Gestanck von todten Aesern, oder sonsten dazumahl vertrieb, Gen. VIII. v. 21. Levit. I. v. 9. Also ist auch Christi Tod uns zum Leben und Versöhnung bey GOtt wunderlich gediehen. *Geier.* **Liebes-Spr.** *p. 326.* Unser JEsus ist gleich denen **Kräutern**, welche die Gärtner sammlen zu der Zeit, wann sie am kräfftigsten sind, welche auch alsdenn ihre Krafft behalten; Also ist der HErr JEsus in höchster Liebe abgeschnitten, und hat dieselbe auch im Tode, und nach der Auferstehung behalten. *Scriv.* **Herrlichk.** *Fer. I. Pasch. p. 498.*

§. 3.

Der Tod ist Krafft-los, und vermag nichts, **gleich einem Riesen**, dem der Arm entzwey gebrochen, und der Spieß genommen ist, wie grausam er anzusehen ist, kan er doch keinen Schaden thun; gleich einer **Schlange**, die keinen Stachel mehr hat, laß sie zischen, womit will sie gifften? **Des Todes acht ich nicht, er ist ein todtes Bild, und wär er noch so wild! Müll. Apost. Schluß-K.** *Fest. Ascens. p. 657.* **Die süsse Datteln und Palm-Früchte** sind den Ottern und Schlangen ein Gifft und Tod, aber den reinen Thieren sind sie lieblich, nütze und wohlgeschmackt; Also ist Christus des Todes Tod, und der Höllen Pestilentz, Hos. XIII. v. 14. uns aber ist er ein Geruch des Lebens zum Leben, 2. Cor. II. v. 16. **Otho Krancken-Trost** *p. 311.* Er thut wie eine **treue Mutter**, welche die bittere Artzeney, so dem Kinde zu starck ist, selber einnimmt, und säuget hernach das Kind, daß es der Krafft der Artzeney auch theilhafftig werde; Also nimmt Christus die bittere Artzeney des Todes zu sich, stirbt für uns, damit sein Tod uns zu nutze komme, wenn wir uns allein an seine Brust, das ist, Wort und Sacrament halten, und davon kräfftigen Trost saugen wollen. **Albrecht Paßions-Pred.** *p. 453. ap. D.* **Gerst.** *l. c. p. 1286.*

Cita

Cita.

§. 1.

Omnia Dii immortales cum hominibus mortalibus communicarunt, præter immortalitatem, ideoque ipsi immortales dicuntur, quia nunquam moriuntur, nos vero mortales, quia nullo non die morimur. Cum igitur homines finem habeant, opes finem non habituras Cincinnate reris? Sive viride, sive maturum, sive putre, sive decerptum, sive excussum, necesse tamen est, vitæ hujus pomum a carnis miseræ arbore avelli: quod neutiquam parvi æstimabis. Etsi enim mori naturale est, tamen sæpe nos in foliis, aut floribus juventæ, morbi pruina, aut calamitatis grando aufert; ut cum vivos nos cubitu surrecturos remur, in æternum claudamus lumina noctem, *Virg. Æn. X.* Laboriosa, sumtuosa, inextricabilis & prolixa textu tela est; sed ut multis diebus detexitur, ita puncto temporis abrumpitur. Tristissimum visu est, tanto cum labore hominem educari, tanto sumtu statum assequi honestum, & cum minime putamus, ita perire, ut nulla utriusque reliquatur memoria. *M. Aurelius Imp. ad Cincinnatum amicum ap. Guev. H. P. lib. III. c. XXIX. p. 605. 606.*

§. 2.

Schneller Tod ist gar nicht böse,
Böser Tod ist allzuschnell!
Niemand ist, der da erlöse,
Wenn man fähret zu der Höll.
Rett' uns GOtt vom bösen Tod!
Schneller Tod hat keine Noth.

Nicht unfüglich hat derowegen Hiob das menschliche Leben verglichen mit einer Weber-Spuhl, so gar schnell und augenblicklich kan abgerissen werden Cap. VII. v. 6. und in darauf folgenden 7. vers, einem schnell dahin fahrenden Winde. Diese Weber-Spuhl Hiobs, mit abgerissenen Faden, kan zum Sinn-Bilde gesetzet, und dabey geschrieben werden:

Sic vita caduca!

Denckt gleich der Mensch, er sey vorm Tode frey,
So reist der Lebens-Faden schnell entzwey!

§. 3.

Lucretius: Et nec opinanti Mors ad caput adstitit: Ante
Quam satur, aut plenus possis discedere rerum.
Der Tod steht nechst bey uns, eh' wir dis Leben schmecken,
So müssen wir davon, und auf die Bahr uns strecken!

* * *

So plötzlich muß der Mensch erblassen,
So schleunig muß er von der Welt;
So schnell kan ihn der Tod erfassen,
Wanns ihm am wenigsten gefällt.
Was lebet, was schwebet,
Und was sich erhebet,
Muß alles im Tode sehr plötzlich vergehen,
Und ist kein bestehen! *Dexel. l. c. p. 519. seq.*

Vid. Prov. XXVII. v. 1. Sir. XVIII. v. 26. Hiob. XXXIV. v. 20. 22. Cap. XV. v. 34. Cap. IV. v. 20. Psalm. CIII. v. 16. Cohel. IX. v. 12. Die letzten Verse des vor den weyland Chur-Fürsten von Trier in Wien aufgerichteten Castri doloris, lauten also:

Lex patet, ordo latet mortis, latet ordinis hora,
Quæ tamen æternos ordinat una dies.
VIGILA ÆTERNITATI!

Hamburg. Relations-Courier, Ann. 1716. N. 4. de dato Wien *28. Dec. 1715.*

Civilis.

Mors Civilis a JCtis definitur (*Strüv. Jurisprud. Rom. Germ. L. I. Tit. XXIV.*) quod sit mutatio status alicujus civis in deterius; vel: amissio jurium civilium a certa persona pendentium. Inde civiliter mortui erunt, qui juribus a certa conditione pendentibus privati sunt, quique honore exuuntur, aut civitate ejiciuntur. Utriusque mortis (spiritualis & civilis) exemplum videre est in filio deperdito, de quo Parens ejus: *ὗτος ὁ ὑιος μȣ νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε*, Luc. XV. v. 24. *M. Gottfr. Bœttnerus Diss. Moral. de Viventium erga Mortuos obligatione Cap. II. §. 3.* Hæc mors civilis eundem effectum operatur, quem naturalis, de quo *Aug. Barbosa Thesaur. LL. CC. Jurisprud. lib. XI, cap. LI. Axiom. I. p. 479.*

Cogitanda semper.

§. 1.

Arsenale seu Armamentarium Venetum hanc habet inscriptionem: Tempore Pacis de Bello cogitandum. Christianus itidem tempore vitæ felicissimæ semper de Morte cogitet.

O Mensch mach dich allezeit
Zu dem Tode fein bereit,
Denn es kan gar plötzlich kommen,
Daß du werdest hingenommen

Un-

Unvermuthet, schnell und bald
Kanst du werden tod und kalt.
Lerne zeitlich selig sterben,
Es sey langsam oder schnell!
Keinen kan der Tod verderben,
Wann nur JEsus ist zur Stell!

§. 2.

Pauli & Julii Comitis Salmæ & Neoburgi ad Oenum Symbolum sit & tuum: CUPIO DISSOLVI, ET ESSE CUM CHRISTO!

DISSOLVI CUPIO vitæ pertæsus, ET ESSE
CUM CHRISTO: Christo dulce vocante mori.

* * *

Qui pius est, vivitque pius, moriturque beatus:
Adque DEum, sceleris purus, anhelat iter:
Per somnum DEus huic fert oscula blanda: piorum
Nimirum dulcis mors solet esse sopor.
Nam quos Christus amat, sibi jungit carne solutos:
Et rapit ad vitæ, gaudia longa novæ.
O dulcis requies! o basia dulcia, coelo
Proxima! felices, qui meruere frui. *Reusn. S. Her p. 175.*

Communis Divitibus.

Wann eine Blume allen Safft der Erden an sich gezogen, und andern Kräutern, so neben ihr wachsen, benommen hätte, stehet sie auch wohl um des willen länger? Laß den Wind drüber herwehen, so ist sie nimmer da, was hat ihr so viel Safft geholffen? Je mehr du dein Hertz an den Reichthum hängest, ie schwerer gehets in der Todes-Stunde her, für welcher dich dein Gold und Silber nicht bewahren, noch erretten wird, Zeph. I. v. 18. Jer. XVII. v. 11. Ps. XXXIX. v. 6. 7. 1. Tim. VI. v. 7. 8. Wem geitzest und scharrest du denn vor, so du es noch nicht selbst geniessen kanst, sondern davon must, ehe du dichs am wenigsten versiehest. *D. Carpz. Conc. Fun.* P. *III. p. 295.* Laß dich die schönen Kleider nicht betriegen, noch die Ehre, und den Reichthum verleiten: Ein Holtz bleibet ein Holtz, wann es gleich übergüldet ist, und wird von den Würmern durchfressen; Erde ist Erde, man bedecke sie mit Purpur und köstlichen Leinwand, oder mit Sack-Werck; Erde ist Erde, man habe sie in einem bunten gemahlten Topffe, oder güldenen Gefässe, oder in einem schlechten; Erde ist Erde, man sprenge Wein, oder Wasser drauf. Also auch, dein Leib ist Staub, eben so wohl als eines Bettlers, ob gleich deiner mit einem neuen und seidenen Kleide,

dieser aber mit alten zerrissenen Lumpen bedecket ist, und ein Allmosen von dir bittet. Scriv. N. Creat. *Dom. XVI. p. Trin. p. 814.* Theologus quidam refert, hominem divitem moriturum incubuisse sacculo, in quo pecunias asservarat, & cum protraxisset dixisse: Nunc ego te, an tu me deseris? Alium divitem aliquot monetas, majoris formæ sibi adferri jussisse, quas cordi imposuisset, sed dixisse: Frigidæ sunt, accipite, nil juvare possunt. Cum Michael Palæologus, Cæsar Constantinopolitanus, Mugæ Tartarorum Principi, pretiosas mitteret vestes, infit ille: Numquid calamitates, morbos aut mortem depellere possunt? *Adami Flor. Anglic. p. 166.*

Juvenibus.

§. 1.

Illa rapit juvenes prima florente juventa,
Non oblita rapit sed tamen illa senes.

Virgil. Eleg. in Mæcent. obit.

Die Welt, oder das Leben der Menschen ist gleich einem **blühenden Baum**, da die meiste Blüte vor der Zeit abfället, und zu keiner Frucht gedeyet. Der erste Mensch, so gestorben ist, war ein Jüngling, Abel nemlich. Scriv. N. Creat. *Dom. XVI. p. Trin. p. 816.* Ein Jüngling ist wie eine hell-leuchtende Fackel, die man nur darff ins Wasser stecken, so ist von ihren Glantz und Schein nichts mehr übrig, als ein schwartzer Rauch und Dampff. Id. Gedenck-Spr. p. 1240. Junge Leute werden wie Rosen-Knospen, so noch nicht aufgeblühet sind, abgerissen, daß sie im Himmlischen Paradies vollend ausblühen sollen; wie ein Ackersmann mit seinen Feld-Früchten, wann sie reif und vollkommen sind; wie ein Wintzer mit seinen Trauben, wann er besorget, daß sie faulen möchten; wie ein Gärtner mit seinen ausländischen Gewächsen nach seinem Winter-Hause eilet: Also eilet GOtt mit lieben Seelen aus dem bösen Leben. *Carpz.* grün. Geb. p. 362.

§. 2.

Wie man sich nicht unbillig betrübet, wann ein reich Schiff aus Indien mit Gold und köstlichen Waaren angefüllet, zu Grunde gehet: Also, wann Kinder von grossen Verstande, und die mit der Zeit was werden können, sterben, und zeitlich davon müssen, ist dieser Verlust höchlich zu beklagen. Einen schönen Schatz haben wir nicht gerne weit von uns. Alexander M. hatte das Buch, den Homerum, so lieb, daß er ihn allezeit unter sein Haupt-Küssen legte, und als er in der Schatz-Kammer des Darii ein güldenes mit Edelgesteinen geziertes Kästlein fand, sagte er: Huic optime servandus dabitur Homerus: Kinder sind dem lieben GOTT die liebsten Schätze, die will er gerne bey sich haben, und

und achtet sie würdig, daß sie in der Himmlischen Schatz-Kammer aufgehoben werden.

Principibus.

Wie es im Schacht-Spiel zugehet, da hat der König seinen Ort, der Läuffer seine Stelle, ist das Spiel aus, so werden sie alle in die Büchse untereinander geschmissen, wie auch mit der Karte geschicht; Also gehet es mit den Menschen in der Welt, es hat ein ieder nach seinem Stande seinen Ort, entweder hoch oder niedrig, letzlich werden sie im Tode alle in die Erde ohn Unterscheid geleget, die unser aller Mutter ist. *Drelinc.* Schr. des Tod. *c. II. p. 13.* Pulchrum symbolum humanæ vitæ potest esse lapis ille pretiosus, quem *autore Dorotheo*, Angelus dedit Alexandro M. Paradisum ingredi quærenti: hic enim lapis omnes alios pretiosos in bilance superabat, etiam simul positos: Conspersus vero pulvere minimo, minima pluma levior fuit. Hunc lapidem pulvere obsitum in Symbolo habuit Alphonsus Arragoniæ Rex cum Lemmate: IN PULVERE NON REX. *D. J. A. Weber. in Art. Discurr. Font. LXXXVIII. Ex. V. p. 701. M. Radau Orat. Ext. P. II. c. VII. Q. II. p. 317.* Episcopi Constantinopolitani ita olim gratulabantur Imperatoribus: IMPERATOR ORIARIS, IMPERATOR MORIARIS! quæ verba etiam ab Imperatoribus inter gemmas diadematis circumquaque scripta portabantur. *Id. ib p. 323.*

Senibus.

Alte Leute solten seyn wie die Schiffer, die mit wohlbeladenen Schiffe fertig liegen, und auf guten Wind warten, und wenn sie denselben vermercken, ihre Ancker mit Freuden aufziehen, alle Segel beysetzen, und mit völliger Hoffnung ihre Reise nach dem Vater-Lande antreten, wie Simeon, der des Tages seiner Abfertigung mit Verlangen erwartete, und nachdem er seinen, und der Welt Heiland gesehen, in Friede dahin fuhr.

Omnibus.

§. 1.

Der Hauß-Vater bricht Blumen und Obst in seinem Garten, wann es ihm gefällt; itzt muß der Knopff herhalten; itzt wartet er bis die Blume gäntzlich vergehet; bisweilen nimmt er das Obst, wann es noch grün ist, vom Baum, und bisweilen läst er es zeitigen. Solte denn GOtt die Macht nicht haben, daß er nach seinen Willen alles, das auf seinem Erb-Gute wächst, verwalte. *Drelinc. l. c. c. X. p. 141.* Wann die Blumen ihren Schmuck verlohren haben, da ist die eine nicht besser, als die andere. Weil wir alle aus dem Staube sind, so werden wir alle zu Staub. Der Tod klopffet alle Tage bey dir an, er ist wie ein

Holtz-Hacker, der klopffet an den Baum, er geht wieder davon, endlich kommt er doch wieder, und hauet ihn ab: Der Tod spielet gleichsam mit uns in der Karte, er låst uns bisweilen ein Spiel gewinnen, wir kommen wieder auf von der Kranckheit, endlich můssen wir doch dran, er gewinnet und hauet uns alle um. *Geier.* Bus-St. *Dom. XIV. p. Trin. p.316.*

§. 2.

Wann das **Wild** in der Stellung ist, so suchet es immer durchzukommen, oder ůberzusetzen, unterdeß fållt immer eines nach dem andern neben ihn nieder, bis die Reihe auch an dasselbe kommt: Wir sind in der Welt (**mitten wir im Leben sind, mit dem Tod umfangen,**) umstellet, niemand stirbt gern, ob er gleich siehet, daß andere neben ihm weggenommen werden, bis die Reihe an uns selber kommt. Mancher wird aufs Tod-Bette geworffen, ehe er sichs versiehet, er will ausreissen, aber er kan nicht; Es gehet ihm wie einem **Wallfische**, der den Stachel im Leibe hat, er mag sich sperren, wie er will, es hilfft nichts, er ist einmahl gefangen: Oder, wie einem Hunde, der an die Kette geleget worden, und dencket, er sey noch frey, da will er eilend davon lauffen; allein er muß halten, und sich drein ergeben: Also wird einmahl kein Zappeln helffen, wann wir werden aufs Tod-Bette kommen, wir werden uns drein ergeben můssen. *Geier. l. c. p. 227.* Eines schönen **Pfropff-Reises** schonet der Gårtner; Einen **wohlgerathenen Topff** låßt der Töpffer gantz; Ein **Mahler** löschet, was ihm gerathen, nicht aus: Anders thut der Tod, der schonet weder des zårtesten, noch des allervortrefflichsten. *D.* Gerst. *l. c p. 1255 seq.*

Niemand ist vor Gefahr nur kleine Zeit beschirmet,
Man sieht, wie Noth und Tod auf alle gleich zustůrmet!

§. 3.

Unum quantumvis auditu ingratum dicam, nimirum, te creatum a Diis, ut moriaris; te generatum ab hominibus, ut moriaris; te natum ex muliere, ut moriaris; te vivere in hoc mundo, ut moriaris; denique ea lege quosdam hodie nasci ajo, ut cras moriantur, & locum dent aliis. In magnis & fructiferis arboribus stolonum fruticatio, signum est, amputandos esse ramos aridos: Ita infantum in familia nativitas parentum, avorumque ad sepulturam citatio est. Si quis ex me quærat, quid sit MORS, voraginem (decipulam) esse dixerim, in quam omnes in hac ærumnosa vita præcipitantur: Siquidem ubi quis securissimum se retur incedere, ibi semper supplantatur. Hoc & semper de (senibus) præteritis legi, & sæpe in (juvenibus) præsentibus vidi, idemque futuris, credo, seculis eveniet, quod cui dulcissima vita est, ejus fores repente mors ingreditur, & contra qui maxime mortem aversa-

tur,

tur, ab eo ne præmonito quidem vita aufugit. *M. Aurelius Imp. ad suum ex sorore nepotem ap. Guev. l. c. Lib. I. c. XLII. p. 198. 199.*

§. 4.

Heu mortem invisam, quæ sola ultricibus armis
Elatos frenas animos, communia toti
Genti sceptra tenens, æternaque fœdera servans.
Quæ magnos parvosque teris, quæ fortibus æquas
Imbelles, populisque Duces, seniumque juventæ.

Maphejus Vegius lib. XIII. Æn. Vergil. addito & *Virgil. Elegia in Mecænatis obitum*:

Illa rapit juvenes prima florente juventa,
Non oblita rapit sed tamen illa senes.

Octavius Mirandula in Illustrium Poëtarum Floribus in h. v. p. 411. seq.

§. 5.

Frustra hic estis cum vestris armis, ô Milites! agite enim, pugionibus & ensibus vos accingite! scutis obfirmate, vibrate lanceas, mittite manus ad arcum, ad sagittas, ad sclopeta, ad tormenta bellica, ad globos ferreos, ad pulverem fatiferum, ad plumbum, ad ferrum, ad ignem, morti tamen non resistetis! Prostravit illa Samsones fortissimos; Hectores superavit robustissimos; superavit Achilles invictissimos; domavit Hercules indomitos; de vobis igitur pigmæis quid erit? *Frustra hic superbitis cum divitiis vestris, ô divites!* Ite enim, accumulate pecunias, marsupiis probe obfirmate, cistas vestras complete, nihil contra Mortem hæc omnia; sive Irus, sive Crœsus, sive dives Epulo, sive pauper Lazarus, nulla illa pensat discrimine. Midæ aurum pro nihilo; Crassi thesauros pro cæmento; Salomonis gazas pro titivillitio reputat. *Frustra hic estis cum vestra gloria, ô virtute præstantes!* Jactate enim natalium splendores, diademata crispate, insignia deprædicate, titulos multiplicate, nihil contra mortem omnia. Præstans erat Cyrus, audax Darius, superbus Xerxes, sed mortis jura infringere non poterant.

§. 6.

Frustra hic estis, cum vestris prærogativis, ô ætate vigentes! Non æstimat illa florem vestrum juvenes! non decorem vestrum, puellæ: non curat fucos & pigmenta vestra virgines; non cerussatas & pictas facies; non pellem in facie & fronte distinctam; non rubore aspersas genas; non carnes molles, & delicatas: Nulla Rebecca tam venusta, nulla Esther tam formosa, nulla Judith tam animosa, nulla Helena tam pulchra, quæ non a morte superata sit. *Irridet illa omnes de natalium splendore gloriantes; de florenti juventute tripudiantes; de formæ elegantia superbientes; de honoribus mundi elatos;*

tos; non flectitur lachrymis fœminarum, non suspiriis afflictorum; non precibus humilium, non blanditiis assentatorum: ad personam recipiendam cœca, ad audiendas preces surda, ad perimendos homines immisericors est. *D. Stegman T. I. Christognos. p. 1112. seq.* Qui dicet omnibus ex æquo moriendum, nec ullis viribus arceri fati necessitatem, citabit illud ex Iliados 6.

οὐδὲ γὰρ ἐδὲ βίη ἡρακλῆος φύγε κῆρα, i. e.

Nec vis Herculea fatum evitabit acerbum, *Erasm. Adag. Chil. III. Cent. IX. c. XII. p. 802.*

§. 7.

Pictores ut mortis naturam exprimerent, illam proponunt nudam, lumine cassam, auribus carentem, & falce armatam. *Nudam* quidem, ut doceant, quod hinc nudi exire debeamus. Cur *lumine captam?* quod in obvia quæque impingat, & sine respectu obruat. *Auribus caret,* quia clamoribus non flectitur, lacrymis non movetur, & ad preces humanas veluti rigida rupes surdescit. Hinc a Pericle Atheniensium Duce, *Atropos* (inexorabilis) nominatur. Porro *quid per falcem, quam feralis hæc Megæra manibus vibrat?* quoniam mors omnia solo æquat.

Est commune mori, mors nulli parcit honori;
Debilis & fortis veniunt ad funera mortis. *Rad. D. E. p. 332.*

§. 8.

Hertzog Heinrich zu Glogau ließ an zweyer Fürstlicher Kinder Begräbniß diese Worte schreiben: Alle hernach! *Zeiler. cent. III. Epist. LXXXVIII. e Curæi Chron. Siles. P. II p. 62.* Ach freylich ist der Tod die Proserpina, die wütige und grimmige Löwin, welche in den Feldern dieser Welt hin und wieder umläufft, und alles was ihr begegnet, ohn alles Mitleiden, tödtet; Er ist die alte und verschlagene, und grausame Unholdin Megæra, welche nunmehro 5000. Jahr ohn alles Leben lebt, ohne Reich herrschet, viel Mord und Todschlag begehet; Er ist das wilde und vergifftete Thier, welches, so bald es in die Welt kommen, dieselbe erschrecklicher und erbärmlicher Weise inficiret, vergifftet und verderbet hat, nach Pauli Ausspruch Rom. V. Durch einen Menschen ꝛc. Er ist die Pandora, welche allen menschlichen Armseligkeiten die Thür aufgethan, und alles Ubel in die Welt gebracht hat; Er ist die unerbittliche Parca, welche niemandes schonet; dessen berühmt sich der Tod durch den Poeten:

Privavique manus sceptris, diademate crines,
Os verbis, & luce oculos, membra omnia motu.

Das Gesetz Ahasveri gieng alle an, aber Esther war davon befreyet. Stück in Esther cap. IV. v. 14. Sed hic non ita &c. *P. Bessæus Post. p. 13.*

§. 9.

§. 9.

Zu Heilbrunn an einen Altar, allwo das Gedächtniß Friderici IV. Marggrafen zu Brandenburg, zu sehen, stehet das Todten-Bild mit einer Sensen, und diesen Lemmate: **Mir kan niemand entfliehen!** Welchem doch ein Mann zu entweichen, auf einen Baum steiget, mit der Beyschrifft:

Ich flieh aus grosser Noth,
Denn ich fürcht den bittern Tod!

Joh. Wolffgang Rentschen im Brandenb. Cedern-Hein, *p 600.* aber umsonst, du wirst diesem Sensen-Mann nicht entkommen; Seine mehr als Domitianische Grausamkeit schicket iedweden die mit seinem Nahmen bezeichnete Todten-Bahr ins Hauß; Er tritt wie Domitianus in abscheuligster Kleidung hoffärtig auf, und proponiret dem gantzen Welt-Kreis seine Laconische Trauer-Sermon mit nachfolgenden Donner-Worten: Attendite Imperatores, Reges, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Literati, Milites, Cives, Rustici & Mendici: MORIENDUM! *Joh. Christ. Halman* Leich-Reden, *p. 88. 405.*

L' Empereur, le Pape, & le Roy
Marcheront aussi bien que toy. *Ronsard. X. 95.*

Conjugis & Viri.

Vid. Appar. Cur. *Tom. I p. 1448. seq.* Mors Viri inducit honestis matrimoniis tristitiam, sed uxoribus meretricibus gaudium, quod ex jure probat *Barbosa Thesaur. LL. CC. Jurisprud. lib. XI. c. LI. Axiom. V. p. 480. a.*

Contemnenda quatenus?

§. 1.

Si contemnenda mors, ut nihilo secius curam habeas incolumitatis. Non enim est fortitudinis, sed amentiæ, semet temere in vitæ discrimen conjicere: sed quoties aut inevitabilis necessitas urget, aut gravis honestaque causa svadet, mortem contemnere fortis animi est. In morbo non est metuenda mors, sed interim adhibenda curatio mediocris. In bello sumendus est animus ad mortem paratus, sed interim fortiter pugnandum pro victoria. Ausonii carmen sic legendum arbitror:

Vive memor mortis, uti sis memor & salutis.

Potest autem & hic accipi sensus: Hactenus memineris te moriturum, ut abstineas a vitiis, curisque supervacaneis: sed interim, perinde quasi diu victurus sis, ea cures, quæ ad honestam, beatamque vitam pertinent. Multos mortis consideratio deterret ab honestis actionibus: contra mortis oblivio multos invitat ad licentius peccandum. Potest & sic intelligi: Ne sic me-

tuas mortem, ut vivas anxius ac triſtis, ſed vitæ ſpes mortis horrorem temperet. Hunc ſenſum indicat carmen, quod ſequitur: Triſtia cuncta exuperans, aut animo, aut amico.

§. 2.

Hæc vita præterquam quod multis miſeriis expoſita eſt, nihil habet triſtius, quam quod mortem habet certiſſimam, diem mortis incertiſſimum. Sed omnia ſuperanda ſunt, aut animi fortitudine, aut amicorum alloquiis. Nullum enim in dolore remedium præſentius, quam curas æſtusque animi in amicorum ſinum effundere, quorum & conſolatio, & communis dolor maximam mali partem tollit. *Eraſmus Apopht. Lib. II. p. 163.*

§. 3.

Ipſi Ethnici propterea, quod animæ rationalis immortalitatem credebant, bonaque a ſummo bono æterna ſperabant, mortem contemſerunt. Sic enim *Plutarchus* cum *Livio* de Cicerone prodiderunt, quod in omni vita nullam rem adverſam æquiore animo tulerit, quam mortem. Atque propterea *Lib. de Senectute* ex Platone exultat Cicero, dum inquit: *O præclarum diem, cum in illud animorum concilium, cœlumque proficiſcar, & cum ex hac turba & colluvione diſcedam.* Ac in Phædone Platonis Socrates lætari dicitur, cicutam de manu carnificis bibiturus, quod ex hac vita diſcedat ad *Muſæum, Heſiodum, Homerum, Palamedem* & alios, qui in hac vita virtutis ac ſapientiæ laude claruerunt, quorum animæ ſuperſunt in campo Elyſio, in Thyrſide Pindarica, in Fortunatis Inſulis, ubi degant ſine triſtitia omni, ubi omnes juſti ſint, neque ſententiæ ibi dicantur iniquæ & injuſtæ contra aliud meritos, quemadmodum ipſe iniquorum judicum ſententia inique nunc condemnetur.

§. 4.

Atque iterum *Cicero Lib. de Amicitia:* Neque aſſentior iis, qui hæc nuper diſſerere cœperunt, cum corporibus ſimul animos interire, atque omnia morte deleri, plus apud me antiquorum autoritas valet, vel noſtrorum majorum, qui mortuis tam religioſa jura tribuerunt, quod non fecisſent profecto, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur. Vel ejus etiam me movet autoritas, qui Apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt judicatus, qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, ſed idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe divinos, iis, cum ex corpore exceſſiſſent, reditum ad cœlum patere, optimoque & juſtiſſimo cuique expeditiſſimum. Et Epaminondas Thebanis apud *Valerium Lib. III.* jam moriturus: Non finis, commilitones, meæ vitæ, *inquit*, ſed melius & altius initium advenit. Nunc enim

veſter

vester Epaminondas nascitur, quia moritur. *D. Jac. Martini Exercit. Metaphys. Lib. II. Ex. VI. Theor. IV. p. 880. 881.*

§. 5.

Christiano homini mors contemnenda non simpliciter, quia 1) natura sua est grave DEI judicium adversus hominum peccata, Gen. II. v. 17. atque adeo & nostra merita, & DEI iram repræsentat. 2) quia aditus etiam est, natura sua, ad æternam separationem a DEO: ita ut vel desperatæ securitatis, vel affectatæ cujusdam sapientiæ ac fortitudinis effectum sit, contemtum mortis eodem modo profiteri cum ethnicis quibusdam hoc nomine antea laudatis; sed comparatione instituta inter mortem, & illa, quæ post mortem fidelibus præparantur, Ebr. XII. v. 2. sic potest & debet a fidelibus omnibus aliquo modo contemni. *Gvil. Amesius Cas. Consc. Lib. II. c. XVII. Q. I. p. m. 121. M. Andr. Prucknerus Man. mille. Quæst. Illustr. cent. II. Q. LIII. p. 80.*

Coronas non curat.

§. 1.

Lacones quidem suis gratulabantur Ducibus: PELLE MORTEM, PELLE MORBUM! *Binetus ap M. Radau in Orat. Ext. p. 330.* Aber ach! der unbesonnenen Rede! Daß auch so gar gecrönte Häupter den Tod nicht können abweisen, haben die Gelehrten in unterschiedenen Sinnbildern vor Augen stellen wollen. Bald stellen sie auf einen Todten-Kopff, und auf denselben eine sehr prächtige Crone, mit der Beyschrifft:

Non dat Privilegium Corona.

Die Crone kan zum steten Leben,
Dem König keine Freyheit geben!

Bald bilden sie ab einen in seiner *Majestät auf einen Thron sitzenden König*, um welchen viel Völcker auf den Knien liegen, der Tod aber der von hinten hinzu tritt, und ihm mit seiner Sensen die Crone vom Haupte stösset, mit diesen Worten:

Si omnes, non tamen Ego!

Wann gleich die gantze Welt für deinen Thron sich beuget,
So bin ich doch der Held, der deine Crone neiget!

Bald stellen sie einen schönen Spiegel dar, vor welchen eine überaus kostbar ausgeputzte Dame ihre prächtige Gestalt beschauet; Ein Todten-Gerippe aber stund auf der Seite, zeigete ihr in der einen Hand ein fast ausgelauffen Stunden-Glaß, in der andern Hand ein Crucifix, darbey:

Huc respice!
Hier spiegle dich an mir,
Wie mir, so geht es dir!

Damit zu zeigen, daß die allerhöchsten Häupter, und grössesten Monarchen auch der Sterblichkeit unterworffen, und der Tod sich weder vor ihrer Macht noch Pracht scheuet. *D.* Gottfr. *Dexelius. Theatr. Hist. Curios. Tit. LXX. p.503.*

§. 2.

Andere stellen vor ein zwar gecröntes, aber gantz mit Mooß bewachsenes Todten-Gerippe, mit diesen Bey-Worten:

Non gaudet Privilegio Corona!
Der Cronen Glantz,
Der Lorber-Crantz,
Durch mich stirbt gantz!

Die ohnmächtige Macht entwerffen sie durch einen mit schwartzen Boy überzogenen Königs-Thron, auf welchen ein durch die Todes-Sichel zerstückter Zepter lieget, und an dessen Pedal diese Worte stehen:

Imperia respuo!
Des Zepters Pracht,
Des Thrones Macht,
Wird nichts geacht!

Die flüchtige Majestät præsentiren sie durch Cron und Scepter auf einem schwartz sammetenen Küssen liegende, auf welchen sich der blasse Tod steuret, mit dieser Beyschrifft:

Momento Vanitas!
Im Augenblick,
Fällt dein Geschick,
Durch meine Tück!

Autor Relat. Europ. Ann. 1702. N. XXVII. 4. April. p. 209. 210. Conf. Ernst Confect-Tafel *p. 301.* Ein ander mahlet den Tod sitzend auf einen Crocodil, mit dieser Beyschrifft:

Der Tod scheut keine Macht, kein Scepter, keine Crone,
Er steiget grimmiglich auf alle hohe Throne;
Er darff mit Ungestüm Palläste greiffen an,
Und ihm den Purpur-Rock auch machen unterthan!

M. M. Schirmer *in Emblematibus.*

Cor-

Corpus modo vincit.

In dem letzten Türckischen Kriege ist ein berühmter Cavallier unversehens unter die Türcken gerathen, da denn einer von ihnen nach seiner Perruquen gegriffen, vermeynend, es wären seine natürliche Haare, und ihn vom Pferd zu werffen, und den Garaus mit ihm zu spielen: Es blieb ihm aber nichts als die Haar in Händen, und der Cavallier wurde durch die Geschwindigkeit seines Pferdes demselben vor dieses mahl entrissen. Wann der Tod einen Christen in seine Hände zu bringen gedencket, bleibt ihm nichts zurücke als der Leib, das sterbliche Kleid, welches er ohne dem, auf Befehl seines Feld-Obersten, einmahl ausziehen muß, die Seele aber entreisset, und schwinget sich in das hohe Himmels-Zelt ꝛc. Vid. *M. Joh. Andr.* **Schmidts Eröffnete Todten-Grufft,** *p. 208.*

Corporis & Animæ.

Ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν τῷ θανάτῳ, 1. Joh. III. v. 15. hunc habet sensum: quod is, qui fratrem odit, in ea sit conditione, quæ morti æternæ ac temporali sit obnoxia. Ex morte enim peccati, mors tum corporis temporaria, tum animæ æterna sequitur. Pulchre *Glossa ordinaria:* Vita carnis anima. Animæ vita DEUS. Corporis mors amittere animam. Animæ mors amittere DEUM. Qui ergo per odium fratris amittit DEUM, amittit vitam. *Excell. D. D. Joh. Olear. Posit. Philol. Græc. Epist. Text. concern. Exercit. XXIX. Pos. III. p. 267.* Mors animæ fit, cum eam deserit DEus: sicut corporis, cum id deserit anima. *August. L. XIII. de C. D. c. II. ap. D. Otton.* **im Tug. St. und Last. W.** *P. I. p. 589.*

Currus triplex.

Die Alten haben den Tod mit einem **dreyfachen Wagen** verglichen. Und zwar 1) mit dem **Wagen Pharaonis**, der führte ins Verderben, Exod. XIV. auf diesen Wagen fahren alle Gottlosen, und auf denselben fahren sie ihren Vätern nach, und sehen das Licht nimmermehr, Psalm. XLIX. 2) Mit dem **schönen Wagen, so Ezechiel gesehen**, und mit 4. Rädern gar wunderlich beschrieben hat Cap. I. durch diesen Wagen werden die 4. Evangelisten abgebildet, und lässet sich der HErr JEsus auf demselben herum führen, Psalm. LXVIII. v. 18. die **Pferde** zu diesen Wagen sind die heil. Engel, der **Fuhrmann** ist der Heil. Geist, auf diesen Wagen müssen sich alle diejenige finden lassen, die durch den Tod sanfft in den Himmel fahren wollen. Von diesen Wagen steigen sie alsobald ab, und kommen auf den 3) **Wagen**, nemlich auf den **Wagen Eliä**, auf welchen sie von Mund auf mit ihren Seelen gen Himmel fahren ꝛc. Vid. *D. Christ. Nicolai* **in d. Evang. JEs. Fr.** *P. II. p. 126.*

Dea.

Mors Ethnicis Dea. *Gerh. Joh. Vossius de Orig. & Progr. Idolol. lib. III. cap. XX. p. 821.* Nec mirum cum tanta ejus vis in omnes mortales, inquit idem *in de Physf. Christian. & Theol. Gent. lib. VIII. c. VI. p. 372.* indicat hoc clarissime *Virgilii* locus:

Multa boum circa mactantur corpora Morti:
Setigerosque sues, raptasque ex omnibus agris
In flammam jugulant pecudes.

Quin apud Gades Templum Morti dicatum, *Ælianum in var. hist.* prodidisse, memorat *Gyraldus Synt. I. Hist. Deorum.* Extare quoque Mortis hymnum ap. Orpheum, cui adoletur manna thuris, idem eod. loc. tradit. *Georg. Christoph. Cadesreuterus Diss. Philol. sup. Epist. Horat. XVI. S. II. in fin.* Pausanias de Spartanis scribit, quod Morti tanquam Deæ Templum exstruxerint, & Januæ inscripserint: MORTI FELICITATIS PERENNI MATRI! *Miss. C. C. P. I. p. 558.* Duo Numina Mars, Mors. *Chytræus in Delic. Itin. p. 56.*

A DEO quomodo? Sir. XI, 14. Ps. XC, 3.

§. 1.

Mortis causæ, propter quas homines morti obnoxii, sunt 1) *Diaboli seducentis malitia.* Ceu patet α) ex lapsus descriptione. β) Salvatoris adsertione, Joh. VIII. v. 44. γ) ex Libri Sapient. consensione, Cap. II. v. 23. δ) ex Diaboli denominatione, Ebr. II. v. 14. 2) *Hominis delinquentis culpa*, Gen. II. v. 19. Rom. V. v. 12. 14. 15. 17. 21. Cap. VI. v. 23. Cap. VII. v. 24. 1. Cor. XV. v. 21. 3) *Vindicis DEI ira.* Utut enim DEus *ratione voluntatis antecedentis* sit φιλάνθρωπος, Tit. III. v. 4. Sap. XI. v. 27. Ezech. XVIII. v. 23. Sap. XIII. tamen *ratione voluntatis consequentis seu judiciariæ*, ut & respectu immotæ suæ veritatis non potuit non hominem propter peccatum morti adjudicare. Quamvis vero DEO per mortem Filii credentes sint reconciliati, tamen εἰς μνημόσυνον lapsus præcedentis, & παιδευτήριον vitæ sequentis calamitates temporales, & inter has etiam mors temporalis illis imponitur. *B. D. Joh. Gerhard. Loc. Theol. Epit. Tab. XXVII. p. 149.*

§. 2.

Mors non est a DEO *creatione*, est autem *ultione. Ursin. P. II. Anal. Sacr. s. Quæst. Biblic. c. XVIII. S. VI. p. 416.* Mors enim dupliciter consideratur, 1) prout est *destructio naturæ*, quo respectu mors a DEO non est, quia non lætatur in perditione viventium, Sap. I. v. 13. sed Diaboli invidia mors mundum irrepsit, Sap. II. v. 25. 2) consideratur mors, prout est *executio vindictæ*, & a DEO peccatoribus in pœnam irrogatur. Hoc respectu

ſpectu mors a DEO eſt, ut juſto vindice. *Ebartus Ench. Theol. Poſſ. Pol. L. VIII. p. 258.* Diſtingvendum inter *opificium* & *ſupplicium*; Inter eſſe a DEO, tanquam *Autore*, & eſſe a DEO, tanquam *juſto judice*. Diſt. inter ortum *cauſalem* & *judicialem*. Inter *effectum* & *decretum* DEI. DEUS mortem non effecit, ut autor, ſed eam decrevit, ut peccatorum cenſor & ultor. *B. D. Joh. Deutſchman Diſp. Th. de Morte corporis th. 4. B. D. Joh. Gvil. Baierus Diſp. de Statu pie defunctorum pacifico, ex Eſ. XXVI. 20. cap. III. Q. I.* vid. omnino Appar. Noſtr. Nom. Propr. Biblic. Tom. I. in Tit. *Diabolus mortis cauſa p. 1130. ſeq.*

§. 3.

Mors inter opera DEI, quæ Gen. I. recenſentur, non legitur: Quia ſi mors eſſet opus DEI, Chriſtus eam non deſtrueret. Nunc autem cum apparuit, ut opera Diaboli, peccatum & mortem deſtrueret, & juſtitiam & vitam reſtituat, 1. Joh. III. delendo chirographum, quod contra nos erat, Col. II. Mors hæc non mors, ſed reparatio vitæ eſt, ut *Prudentius* cecinit. Unde hodie cœmiteria dulciſſimo vocabulo appellantur *agri DEI*, in quibus corpora noſtra, tanquam grana in terram conſeruntur, ut reſurgant, 1. Cor. XV. ſicut in verſu dicitur:

Corporis hæ ſegetes decus immortale loqvuntur,
  Quæ vivum exangvi corpore germen agunt.
Sicca ſub inverſas conduntur ſemina glebas,
  In quibus effectus dixeris eſſe nihil.
Hæc tamen arcano ſurgunt creſcentia motu,
  Et robur tacitis viribus aucta gerunt.
Sic quoque noſtra cavis illata cadavera tumbis,
  Accipient vivum glorificata decus.
Merſa prius Letho, mox vera inſignia vitæ,
  Ante DEum æternæ tempora lucis agent.

Joach. a Beuſt. l. c. p. 227. 228.

Decollatorum cur Καθαρὸς?

Strangulatorum mortem *θάνατον μιαρὸν*, gladio occiſorum *καθαρὸν* vocabant Antiqui, perſvaſum habentes, ſtrangulatis animam per obſcœnum corporis cavum, cum per os non poſſit, egredi. Hinc *Seneca in Cajum lib. III. de Ira cap. XIX.* ſpongiis aut pannis os eorum, quos interficere vellet, occludi jubentem; Quæ iſta ſævitia eſt? Liceat ultimum ſpiritum trahere! Da exituræ animæ locum! Liceat illam non per vulnus emittere? *L. Garm. de M. M. lib. I. T. V. §. 16. p. 180.*

Non

Non omnia delet.

Altera pars moritur, neſcit pars altera lethum,
Non igitur prorſus delet mors omnia: namque
Lethiferis animus lædi nequit ipſe ſagittis:
Prædictis etiam poſſum connectere, quod ſi
Nil ſuperat noſtri poſt fata, videbitur eſſe
Injuſtus DEUS, atque malis præbere favorem.

Palingenius Zod. Vit. in Libra p. 200.

Sub Dente crepat.

Nos homines ſæpe
Materiam lethi bibimus, cum veſcimur, atque
Pabula quæ vitæ, dant alimenta neci.
Ipſo mors ſub dente crepat. - - - -

L. Joh. Laur. Loëlius Diſſ. Med. Inaug. de Scorbuto cap. V. §. 2. p. 34.

Devorat omnes.

Vetus quædem pictura ita habet: Papa cum toto Clero ait: *Ego oro pro vobis omnibus.* Cæſar cum Electoribus: *Ego defendo vos omnes.* Ruſticus cum ſacco farinæ: *Ego alo vos omnes.* Tandem Mors ait: *Ego devoro vos omnes!* Ecce omnes Ordines in vita humana, eorumque deſtructio. Hinc etiam eſt, quod Mors pingitur cum reti aucupis. Tu vero hujus
Aucupis horrendi fatalia retia cerne,
Aucupium cujus nulla fefellit avis.

Heidfeld. S. T. P. *Cap. XXXVIII. p. 728. 729.*

Dilectorum gravis jactura.

Nulla in mundo gravior jactura, quam eum amittere, quem ex animo diligas, & a quo vere ameris, *Gvev. H* P. *lib. III. c. XIX. p. 564.* Et qui poteſt fieri, ut ejus nobis amara mors non ſit, cujus dulcis eſt vita? *Auguſt. ap. Wanckel. in cit. Gvev. loc.*

Doctis non parcit.

Sind gleich ſonſt Schulen und Academien denen Aſylis gleich, Frey-Oerter, ſo hat doch der Tod ihre Frey-Zettel und Privilegia nicht unterſchrieben, und will denen Gelehrten das Privilegium immortalitatis durchaus nicht confirmiren. Darum mag man wohl ſich ſolches fürſtellen, unter dem Bilde eines ſinnreichen Buchs, welches ein Gelehrter mit Fleiß durchzuleſen bemühet iſt, unverſehens aber käme eine Hand, ergriffe ſolches, hielte es dem Leſenden zugethan für die Augen, der darüber rücklings zur Erden fiele, dabey man leſen möchte:

De-

Desine, Finis adest!
So wird Kunst und Wissenschafft
In dem Tode hingeraafft!

Dexel. l. c. p. 515. JUSSIT MORS MUTA SILERE! Imago Viri docti, qui morte præventus cœptum opus non absolvit, aut inter scribendum vitam finiit, ut *Varro ap. Val. Max. lib. VIII. c. VII.* In eodem enim lectulo & spiritus ejus, & egregiorum operum cursus extinctus est. vid. *ibid.* - Invenient me fata canentem! Ita Non usitata nec tenui ferar penna, ut *Horat. L. II. Od. XX. Ursin. Arboret. Bibl. S. II. c. X. §. 6. p. 166.*

Empta.

Qvum bibissent omnes, solusque Phocion superesset, consumto ab aliis veneno, carnifex negabat, se daturum, nisi numerarentur duodecim drachmæ, tanti enim venire cicutæ unciam. Phocion itaque, ne per illius contentionem mora fieret morti, accito ad se cuidam ex amicis: quandoquidem, *inquit*, Athenis ne mori quidem gratis licet, quæso date huic pretium. *Erasm. Apopht. lib. IV. p. 337.*

Eripit ex malis.

Quid aliud est Mors, quam ostiolum pensile, quo taberna, in qua omnes ærumnosæ hujus vitæ miseriæ veneunt, clauditur? quid damni (vel injuriæ) nobis afferunt Dii, nos ad sese transferentes, quam quod e tugurio nos rustico in palatium novum traducunt? Quid aliud est sepulchrum, quam arx, qua contra vitæ superventus, & fortunæ assultus includimur? Profecto quod in morte invenimus, magis cupiditatem in te, quam quod in vita relinques, mœrorem debet accendere. Panucius Secretarius ap. *Gvev. l. c. lib. III. c. LIV. p. 721.* Piorum morte malis præreptorum exempla habent *Gregor. Richter. Axiom. Polit. Reg. CLXXV. p. 388. D.* Ernst Bild. H. P. *III. p. 395.*

Excidii apud Judæos.

Judæi LX. ætatis annum pro justo vitæ termino habent; Et si quis annos quinquaginta tantum natus moriatur, mortem hanc *excidii mortem* vocant. Vid. omnino Tom. I. Appar. Curios. in Tit. *Annus LX. justus vitæ terminus, p. 189.* R. Hiskia dicit: Si quis LXX. anno ætatis moriatur, hanc DEI qvampiam gratiam esse, quia ab eo tempore molesta vita sit. Ratio autem cur Domino placuerit adeo contrahere hominis vitam, erat, ut cogitans quam brevis hæc vita sit, præpararet sed ad alteram longiorem & sempiternam; Ideoque Adamum, postquam peccaverat, expulit Paradiso, ne decerperet fructus ab arbore scientiæ Boni & mali, atque æternum viveret, quia non expediebat ei semper vivere in hoc mundo. *R. Men. Ben Israel Conciliat. in Gen. Q. XXII. §. 2. p. 31.*

Exſpectat te.

Alexander III. Scotorum Rex, cum in ſecundis nuptiis choreas duceret cum Sponſa ſua, ampliſſimo nobilium ordine in orbem ſequente, chorum ſceleton mortui hominis clauſiſſe viſum fuit. *Hector Boëthius Hiſt. lib. XIII. ap. Wolff. Lect. Mem. Cent. XIII. p. 457. a.* Drum

Sprich nicht: ich bin noch gar zu jung,
Ich kan noch lange leben;
Ach nein! du biſt ſchon alt genung
Den Geiſt von dir zu geben.
Es iſt gar bald um dich gethan,
Es ſieht der Tod kein Alter an:
Wie magſt du anders dencken.

D. Krumbholtz *Poſt. Paraclet.* P. I. p. 656.

Exſpectanda ſemper.

Rabbi aliquis quæſitus a Diſcipulis, quando ſe præparare deberent ad mortem? Reſpondit: Pridie ejus adventus. Regerentibus certum tempus determinatum non eſſe, reſpondit: Singulis ergo diebus exſpectandam eſſe. Qvoties ergo cogito mortem hominibus omnibus horis impendentem, & pœnitentiam in annos differri, mirari ſatis nequeo veſaniam, & exſecrari malitiam.

Fleres, ſi ſcires unum tua tempora menſem:
Rides, cum non ſit forſitan una dies.

ait *Seneca in Agamemnone.* Qvid vero de te dicam Chriſtiane? Pœniteres, ſi ſcires tibi poſt menſem moriendum: impœnitens vivis, cum neſcias, an ad horam tibi vivendum ſit? Ubi enim quæſo veræ pœnitentiæ indicia? ubi lugens anima? plorantes oculi, improbitatis correctio, impietatis fuga, carnis contritio, animi contractio, injuſtitiæ deſertio?

§. 2.

Cogitent autem veri Chriſtiani illud *Chryſologi:* Hæc eſt Chriſti magna, larga, ſola miſericordia, quæ judicium omne in diem ſervavit unum, & homini totum tempus ad pœnitentiam deputavit, ut quod de vitiis infantia ſuſcipit, rapit adoleſcentia, invadit juventus, corrigat vel ſenectus, & de peccato vel tunc pœniteat, quando ſentit jam ſe non poſſe peccare, & tunc ſaltem reatum deſerat, quando illum reliquerit jam reatus: faciat de neceſſitate virtutum, moriatur innocens, qui totus vixit in crimine &c. Neque tamen differre tutum, quod commiſſum eſt dudum. Nam quæ in morte fit, metuendum, ut commoriatur pœnitentia; Et ô infelix peccator! *quomodo* exiſtimas te beate moriturum, ſi culpam non emendaſti te damna-

turam

turam? *quomodo* per mortem ad coelum te exiſtimis iturum, ſi impoenitentia tibi domum in inferno exſtruis? *quomodo* ſeminando maledictiones in vita, putas te meſſurum eſſe benedictiones in morte? & ſi in tempore veniæ poenitentiam non agis, *quomodo* in tempore juſtitiæ gratiam conſequeris? poenitentia autem continua eſt in via ad vitam permanentia. *D. Stegman. ap. Baum. in Anal. Typ. p. 1431.*

§. 3.

O ergo homo, mors quia te ubique exſpectat, neſcis enim ſive qua hora Matth. XXIV. v. 42. 44. ſive qua ætate, Pſ. XXXIX. v. 5. ſive quo mortis genere, Eccleſ. IX. v. 12. Matth. XXIV. v. 38. 39. ſive quo loco, num in agro cum Abele, Gen. IV. v. 8. num in prælio cum Saule, 1. Sam. XXXI. v. 6. num in campo cum Aſaele, 2. Sam. II. v. 23. num in Sylva cum Abſolone, 2. Sam. XVIII. v. 14. num in templo cum Eutycho, Act. XX. v. 9. ex hac vita evocandus ſis, ergo eandem & tu expecta ut te imparatum nunquam inveniat. *B. D. Brochmand. S. T. T. II. Art. XLIV. C. I. S. V. p. 586. b.* Einem ſolchen, der den Tod allezeit erwartet, gebühret mit Recht die Grabſchrifft, welche dem berühmten Medico zu Copenhagen, Joh. Pratenſi, ſo an. 1576. auf der Catheder plötzlich, doch ſelig geſtorben, geſetzet ward: Hic non improviſo, ſed ſubito mortuus! Dieſer iſt nicht unvermuthet, ſondern nur plötzlich geſtorben! *B. D. Joh. Frid.* **Mäyer in der Neu-Jahrs-Andacht, dem Bibliſchen Calender beygebunden** *p. 203.*

Expiatio pro omnibus peccatis, Eſ. XXII, 14.

Judæi in lecto jamjam morituri decumbentes, ubi nulla conſolatione ſuſtentantur, ajunt: *Mors mea ſit expiatio & ſatisfactio pro peccatis meis.* Incredibile propemodum eſt, quam in hac re ſint liberales. Nam & homini facinoroſo, qui capitale quid admiſit, juſtaque judicum ſententia ad mortem damnatus eſt, eadem oratione uti permittunt, & ipſi judices, qvum morti tradunt, apprecantur: *Sit mors tua expiatio pro te, & pro toto Iſraele.* R. Eliezer Cap. XXXIII. Saulem ipſum mortem ſibi conſciſcendo peccata ſua expiaſſe tradit. *Herman. Witſius Miſcell. Sacr. T. II. Exercit. XXI §. 15. p. 711.* Mordicus inhærent voci עַד־תְּמֻתוּן, *donec moriamini, Eſ. cit. loc.* & colligunt: Ergo ſi mortui fueritis, dimittetur, & mors veſtra erit hujus peccati expiatio. vid. omnino *Appar. Bibl. Tom. III. p. 350. 351.* Ah miſeram conſolationem! non mors temporalis, ſed æterna expiatio erit, & ſatisfactio pro illorum peccatis, inquit *Buxtorff. Syn. Jud. cap. XXV. p. 515.*

Exſpirando, an inſpirando contingit?

An exſpirando, an inſpirando moriamur, non ſemel in controverſiam

venit. Morbi & genus mortis diſtingvendum, In laqveo aut aqva, aut fumo ſuffocatis inſpirando vitam finiri probabile eſt, quod & in Dyſpnæa, in Aſthmate apoplexiæ, & morbis convulſivis Diaphragmatis contingere certum, & his ſubſidens ſeptum transverſum, & viſcera abdomidis conſvetum ſuum occupant ſpatium. Contra cum laxantur fibræ pulmonum (ut in omnibus cadaveribus videre licet) ſurſum fertur Diaphragma, & fit exſpiratio, & infirmi ventris retractio. Fieri autem exſpirationem in fibrarum hac laxatione, & ſepti retractione ex mortuorum inſpectione abunde probatur. Exſpirando enim omnes moriuntur, concludit *Nathanael Highmor. lib. II. Corp. Hum. Diſqviſ. P. III. c. III. p. 186.* in quibus ſeptum laxum & ſurſum retractum ſemper invenire licet. *Garm. l. c. Diſſ. Prælim. §. 169. p. 111.*

Fallit nos ſubito.

§. 1.

Wann ein Stoß-Vogel den jungen Hünern nachſtellet, ſo nimmt er erſt gar einen langſamen Flug in einem Creys herum, ſo bald er aber ſeinen Vortheil erſiehet, im Augenblick ſtößt er zu: Alſo machts der Tod auch, ehe man ſichs verſiehet, ſo kommt er einem übern Halß. *Geier.* Braut-Schm. *Dom. II. Adv. p. 39.* Wie manche **Oerter hintern Berge** liegen, die man nicht eher ſiehet, bis man dran iſt: Alſo gehen wir hin zu unſern Tod, und erreichen offt das Ende, ehe wir es gewahr werden. Gleich wie ein Menſch in dem Schiffe, der guten **Wind** hat, immer fortfähret, was er auch thue: Alſo fahren wir unvermerckter Weiſe zum Grabe, wir wachen oder ſchlaffen, gehen oder ruhen, eſſen oder faſten, arbeiten oder legen die Hände im Schooß. Unſer Leib gleichet einem **Baum**, an dem zwey Würmlein ohn Unterlaß nagen, denn der Tag und die Nacht nagen es ohn Unterlaß *Drel.* Schr. d. Tod. *C. VIII. p. 94.*

§. 2.

Allmählig ſterben wir, wie die **Lichter** zehren wir uns ſelbſt auf von Jahren zu Jahren, von Monat zu Monat, unſre Lebens-Körnlein fallen dahin wie die Sand-Körnlein aus dem Glaſe, bis keines mehr übrig, und alles aus iſt. Gleich den **Bier- und Wein-Fäſſern**, die nach und nach auströpffen, bis kein Tropff mehr da iſt. Müller. Gräb. der Heil. *p. 89. 127.* Itzt ſtehen wir noch wie die bekandten Blumen, **Pfaffen-Röhrlein** genannt, man darff nur drein blaſen, ſo zerſtieben ſie; Alſo iſt itzund noch mancher ſtarck, man darff nur den Tod ein wenig blaſen laſſen, ſo ſind wir hin. An einer Veſtung wird von dem Feinde lange minirt, aber im Huy gehet die **Mine** los, da liegt alles übern Hauffen; Alſo miniret der Tod lange an dem Menſchen durch Kranckheit, aber ehe

er

er ſichs verſiehet, ſo liegt er übern Hauffen; Ein Schiff iſt bisweilen ohne Sorge, aber ehe es ſichs verſiehet, ſo kan es von einem Strudel ergriffen und geſencket werden: So kan der Tod einen leicht übereilen. *Geier.* Buß-St. *Dom. XII. p. Trin. p. 283.*

§. 3.

Gleich wie künſtliche Mahler in manchen Gärten ſolche perſpectiviſche Gänge mahlen, wann einer hinein kommt, ſo denckt er, er habe noch weit zu gehen, ehe er ſichs verſiehet, iſt er am Ende: Alſo machts der Teufel mit uns, da dencket mancher: O ich bin noch weit vom Ziele, ich habe noch viel Schritte; ja ehe er ſichs einbildet, ſo iſt das Ende da. Es gehet den Menſchen, wie den geputzten Ochſen, die bisweilen nur zur Schau herum geführet, und mit Kräntzen behangen werden, aber ehe ſichs ein ſolcher Ochſe verſiehet, ſo kriegt er einen Schlag, da liegt er. *Geier. ap. D.* Gerſt. *l. c. p. 1277.*

§. 4.

Falluntur homines, cum in multis, tum in morte præcipue, quam venturam nemo eſt, qui neſciat, dilaturam ſperant, & abeſſe procul fingunt ſibi, quam vicinam ſemper, hinc vitæ brevitas, & fuga temporum facit: hinc fortunæ vis, & caſuum humanorum circumfuſa varietas. Et a cœcitas mira! quod quid vobis ſit ſperandum, in aliis ſaltem aliquando non diſcitis. Sed ſic eſt, ægre ad amaras cogitationes animus redit, itaque dum ſibi quisquis longiſſimum vitæ ſpatium ſpondet, dumque vel ævum Neſtoris, vel, ut ait Cicero, Metelli fortunam ſperat, denique dum ſe quisquis prædilectum naturæ filium credit, de primordiis agitantes finis occupat, & multa deliberantes improviſa repente mors aggreditur, mediosque intercipit apparatus. *Fr. Petrarcha de R. U. F. T. II. Dial. CXX. p. 650.*

Filii degeneris probi Patris precibus impetrata.

Leontius Tripolis Lydiæ Epiſcopus, cum filium unum haberet, non optimæ ſpei puerum, precibus (ut ajunt) impetravit, ut adoleſcentulus moreretur: optimum ratus, eum ante ſuſceptum aliquod dedecus defungi, lubricis vitæ caſibus ereptum. *Svidas in v. Leontius p. 525.*

An Finis cujus gratia nati?

§. 1.

An mors finis ſit, cujus gratia nati ſumus, ut *Poëta*, quem *Euripidem Philoponus* cum aliis voluit (vid. *Joh. Ludov. Havenreuter. in Comment. lib. II. Phyſ. Ariſt. c. II. p. 155.*) ejus ſenarium inſertum fuiſſe cuidam operi, quod injuria temporis intercidit, cum in iis, quæ nunc exſtant, non reperiatur, ſuſpicantur *Conimbricenſes in h. l. p. 283.* Ariſtoteles adducit Poëtæ verſum:

Extremum ob quod natus erat, fatumque petivit.

Sed hic risum movit Philosopho, non enim, *inquit*, quodvis ultimum finis est, sed id, quod est optimum, *lib. II. Physicorum c. II. p. m. 12.*

§. 2.

Varias confixit hic finis divisiones *Franc. Piccolhom. Comment. in h. l. p. 267.* qui, si commodum erit, evolvendus. In Poëtæ defensionem afferunt quidam Aristotelis sententiam, dicentis, mortem metaphorice dici finem; Congruunt autem Poëtis metaphoræ, & sic varii Poëtæ Latini, Græci & Etrusci mortem nuncuparunt finem. Respondit his *Piccolhomin. l. c. p. 268.* id non defensioni Poëtæ conducere, quod addidit, finem cujus gratia nati sumus. Placet *Havenreuteri* distinctio, qua finem facit duplicem, alterum ἔσχατον, ultimum cujusque actionis & operationis; Alterum τὸ τοῦ ἕνεκα, cujus gratia instituitur actio & operatio, ac dicitur causa finalis. Mors est quidem finis & extremum, sed non cujus gratia homo generatur. Siquidem non est optimum quid, sed quatenus vitam destruit, est quiddam malum, & propterea non est causa finalis. *Garm. l. c. p. 81.*

§. 3.

Perfectio etiam actionibus malis per translationem accommodari potest. Tum demum enim, inquit Philosophus, aliquid perfecte periisse & perfecte interiisse dicimus, cum nihil deest mali & interitus; sed jam in extremo est. Hac de causa mors per translationem *Finis* dicitur, utrumque enim est extremum. Quia vero Finis non tantum extremum est; sed potissimum in eo consistit, ut aliquid sit, aut fiat, vel ut sit optimum, *Philosophus lib. II. Phys. Cap. II. G.* manifestum est, mortem non proprie, sed per translationem finem dici. Merito itaque Poëtam Euripidem risu dignum judicat in *Phys. loc. cit.* Philosophus, quod de quodam defuncto scripserat, illum *mortem esse consecutum, propter quam genitus esset.* Propter mortem enim nemo nascitur, & mors quia optimum non est; sed, quod sit naturæ destructio, pessimum, non appetitur; Cum omnis natura abhorreat a corruptione sui. Alio vero respectu mors dicitur Christianis sive renatis optima, nimirum, quatenus illa in regnum æternum, passione & morte Christi nobis acquisitum, de quo Aristoteles nihil scivit. *D. Jacob. Martini Exercit. Metaphys. lib. I. Ex. XII. Theor. III. p. 385.*

Malorum omnium.

§. 1.

Mors piorum clausula est, & consummatio dolorum omnium. Quando enim consummatur vita, tunc afflictio consummatur una, & sequitur

quies

quies optata! Ergo evolemus hinc; Immer hin in GOttes Nahmen! migremus ex hoc immundo mundo, quia ſic finem ſortitur noſtra calamitas. Iſraelitæ qvum ad Jordanem perveniſſent, conſummata erat longinqua ipſorum in deſerto peregrinatio, nihilque reſtabat aliud, quam ut per aquas iſtas intrarent terram Canaan; unde cum gaudio & tripudio tranſivere Jordanem, Joſ. III. v. 1. ſeq. Noſtra temporalis vita quid aliud eſt, quam miſera quædam in hoſtili deſerto erratio? Adpropinquante morte, ſtamus quaſi ante Jordanem, & introſpicimus cœleſtem Canaan. Ergo celeriter tranſi; Immer hindurch mit Freuden! Ita moleſtiæ concludentur itineris noſtri, & pervenimus in verum πολίτευμα, quod paratum in cœlis, Phil. III. v. 20. *D. Balth. Meiſnerus Medit. in Evangel. Feſtivitatum Annuar. Hom. de VI. Chriſti Verbo in Cruce p. 272.* vid. & *D. Joh. Salpius in Vitæ ac Mortis Contemplat. p. 104.*

§. 2.

- - - Melior mors, quam mortis imago.
Mors omnes finit pœnas, mors omnia ſolvit
Vincula.
Nam quicunque fretum vitæ gaudente carina
Tranavit ſemel, & tutum tenet anchora portum,
Ille hilaris ventos ridet, tumidasque procellas.
Mors omnes finit poenas, mors omnia ſolvit
Vincula, morte fugit metus omnis, & omne periclum.

Palingen. in Virgine p. 159. Pii per anguſta ad auguſta penetrant, & morte non tam conſumuntur, quam conſummantur, mortem non tam funus, quam fœnus eſſe ducunt, hos cum mors rodit, ipſorum cor ridet, & læti lethum vincunt. Iſti nimirum ſunt, qui non tam moriuntur, quam oriuntur, apud quos eſt fœdus & fides DEI: Non plangunt, nec ſe angunt, ſed plaudunt, quando vitam claudunt, & dies iſte non tam fatalis, quam natalis eſt. Optatam habent vitæ ἔξοδον, & felicem in coelum εἴσοδον. *D. Finckius Tom. IV. Gieſſ. Diſp. XX. p. 469.* Conf. *Petrus Victorius Var. Lect. lib. XII. c. VIII p. 292.* Talem mortem ſequitur beata & æterna vita, juxta illud:

Frigida mors vitam, mortem rapit altera vita,
Mors vanæ vitæ finis, origo bonæ.

Heidf. l. c. p. 740.

§. 3.

Sic mors ſola mali finem facit, una medela
Omnibus in morbis, & ſpes, & meta laborum.

Mors

Mors ſanat, ſi quod fuit inſanabile vulnus;
Si tamen admiſces oleum, quod gratia Chriſti
In mentes ſpargit per verbi nuncia læta.
Nulla ſalutaris mors eſt, ſi balſama deſint,
Balſama cœleſti tantum ſtillantia verbo.
Cum tu CHRISTE fores alta trabe fixus in auras,
Triſti morte tua dulcis mihi vita redibat,
Ut Simſonis apes cæſo emerſere Leone.
Ac velut ex ſuccis miſcentur pocula amaris
Auxilium morbo affectis: ita turbida curis
Pectora, de ſola ſperant medicamina morte,
Certaque ſpes vitæ recreat, poſt fata futura.

B. Tungerlar. Prompt. Evang. P. *II. p. 101.* Mors malorum maximum remedium exiſtimatur. *Euripid. in Heraclid. v. 595.* Quis erit finis malorum? Mors. *Id. in Oreſt. v. 187.* Mors eſt malorum liberatrix. *Æſchyl. in Prometh. vin. v. 727. ap. Tob. Magir. in Polymn. p. 1611.*

§. 4.

Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων,
Ultimus morborum medicus mors eſt. *Tung. l. c.* P. *I. p. 157.*

Nec mora, nec requies interdatur ulla, priusquam
Frigida funerea mors condidit oſſa ſub urna.

Gvil. Saluſt. Bartaſius Hebd. lib. II. p. 36. Ut vere miſeris fiat mors ſine morte, quemadmodum *Gregorius* loquitur: quippe tantis malis vita hæc repleta eſt, ut comparatione ſui mors remedium eſſe putetur, non pœna, teſte *Ambroſio ap. Reuſner. Claſſ. III. Cæſ. Rom. German. Symb. XXX. p. 243.*

§. 5.

Ach! wo kan der durch tauſendfache Sclavereyen und Widerwärtigkeiten abgemattete Menſch eine angenehmere Wohnung erreichen, als wann er in die Ruhe des Sarges, und in die Sicherheit des Grabes verſetzet wird? Wie kan er füglicher dem Tulliano dieſer Welt entgehen, als durch eine ſelige Aushauchung der Seele? Wo kan er füglicher das untreue Meer dieſer Eitelkeit überſchiffen, als auf dem Kahne einer wohlbereiteten Hinfahrt? Wo kan er einen glückſeligern Hafen der wahren Freyheit erlangen, als in den Glückes-Inſuln eines ſeligen Todes? Denn hier iſt das glückſelige Arabien, das rechte Aſylum, und die höchſt-privilegirte Freyheit, wo keine Henckeriſche Ketten der Sorgenvollen Gedancken die Seele umſchlieſſen, keine Marter-Stricke der benommenen Freyheit die Sinnen umwinden, und keine Sclaviſche Feſſeln ſchmertzhaffteſter

tester Kranckheiten die Glieder beschweren können! Ja hier ist das wahre Engelland, wo nicht mörderische Teufel, sondern liebreiche Engel, nicht Blut-trieffende Ketten, sondern Frieden-volle Oel-Zweige, nicht Sclavische Fesseln, sondern unverwesliche Ehren-Cronen, nicht zerbrochene Zepter, sondern immergrünende Sieges-Palmen, nicht erwürgte Leichen, sondern auserwehlte Seelen in höchster Vergnügung gefunden und angetroffen werden, so daß man billig sagen kan: Die Bahre des Todes ist ein Hafen der Freyheit, in welchem das menschliche Leben das Ende seiner Knechtschafft erreichet. *J.C. Hallman.* Leich-Red. *p. 218.*

Filiæ, Filii, Fratris.

Vid. Appar. Curios. Tom. I. p. 1453-1461. Dominus Rota vehementem dolorem a nobili familia e fratris morte contractum, emblemate significaturus, lunam depinxit, quæ sub ecclipsi deficiens epigraphen reddidit: SIC RAPTO FRATRIS LUMINE DEFECIMUS. *Picin. M. S. L. I. c. VIII. n. 815.*

Fluvius omnia trahens.

Nimmt denn nicht der Fischer mit dem Netze grosse und kleine Fische aus dem Wasser, sie sind ihm alle gerecht: Also zeucht des Todes Netze kleine und grosse zu sich, es taug ihm alles. Wenn sich ein grosser Fluß ergeust, so nimmt er mit, was ihm im Wege kommt, daß es heist:

Obvia quæcunque trahit.
Was ihm im Weg nur kömmt,
Er alles mit sich nimmt.

Das kan man auch von dem Tode sagen: Der nimmt und frist all Menschen Kind ꝛc. *D. Misc. C. C.* P. *I. p. 447. Picin. M. S. L. II. c. XXIV. n. 447.*

Cum Gaudio excipienda.

§. 1.

Ferunt cygnum, præter morem & consvetudinem cæterorum animantium, imo contra communem naturæ rationem, cum cantu & voluptate mori: unde etiam *ᾠδικὸς* Græcis appellatur. Est equidem mors sua natura horribilis & tristis, utpote quæ violenter distrahit & discerpit arctissimam animæ & corporis conjunctionem. Verum hanc non reformidant cygni, sed cum lætitia, quasi providentes in illa aliquid boni, eam excipiunt. Ideo cum instat mortis hora, modulari svavissime incipiunt, sicut hic versus Græcus testatur:

ὃ δύναται κυκνῷ κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν.

Hinc *Plato* divinationem eos habere ab Apolline censet. Verba *in Phædone*

 sunt:

sunt: Cygni, quia Phœbo sacri, sunt divinatione præditi, præsagiunt alterius vitæ bona; ideo cantant, gestiuntque mortis die alacrius, quam superiori tempore. (Sed de hac cantione quid statuendum? Vid. Tom. I. Appar. Curios. in Tit. *Cygnus an vere funeris sui cantator? p. 898. seq.*

§. 2.

Quid hæc cygnea cantio quæso est aliud, quam sonus Ecclesiæ, quem edit in mortis agone, cum ad cœlum sese tota mente convertit, & crebris precibus se in manus Christi redemtoris sui commendat, atque tradit. Quid enim his ad DEum directis vocibus potest esse svavius? quis concentus inveniri jucundior? Vere prævidet Ecclesia post hanc vitam consecutura bona: sentitque ex quibus malis per mortem liberetur, & ad quanta gaudia introeat. Ideo non gemit, non ejulat, non mœret, cum hora mortis instat: nec invita hinc abripitur, sed svavi afficitur lætitia, gratulans sibi, & incipit hymnum Deo dicere. Hoc modo mortem tulerunt omnes Patres. *Abraham* gaudiis exultans ex hac vita discessit, cum diem Christi in spiritu vidisset. *Jacobus* placide ex hoc mundo ad patres suos migravit, cum prius cygneam cantionem de Messia promisso edidisset. *David* inter pia vota, crebraque ad DEum suspiria, & vere cygnea μέλη, ut Poëta ait, ex hoc vitæ curriculo exiit. Simile μέλος in sua morte occinunt DEO omnes pii, qui ardentibus precibus Christo sese insinuant & commendant. Tale μέλος occinuit ductus ad supplicium S. Stephanus, sicut versiculus declarat:

Ibat ovans animis, & spe sua damna levabat.

Matthæus Dresserus Rhetor. lib. I. p. 421. 422. Ein gelehrter Mann mahlet einen Schwan, der in dem Schnabel einen Krantz träget, mit dieser Beyschrifft:

Die schöne Sterbe-Kunst, wann wir uns sehnlich wenden
Mit Andacht hin zu GOtt, und unser Leben enden,
Mit Mund- und Hertzen-Schall, trägt einen schönen Krantz,
Den um und um bestrahlt des Höchsten Gnaden-Glantz!

M. Schirmer *in Emblematibus.*

Gemellorum.

Vid. Appar. Curios. *Tom. I. p. 1461.*

Hominem comitatur.

Hinc Poëta: Mors homini comes est, hominem comitatur ut umbra,
Quodque homo carpit iter, mors quoque carpit iter.
Der Tod, wie Schatten, ist vom Menschen nicht zu weisen,
Wohin der Mensch verreist, da muß er auch mit reisen!

D. Misand. Theatr. Tragic. Tit. LXX. p. 238.

Ho-

Hoſtes Evangelii præoccupat.

Princeps Johannes Saxoniæ per Lucam pictorem Luthero referri juſſit, ſi ſumma rerum ad ipſum foret deventura, longe alium ipſi eſſe futurum hoſtem: ſe namque fore chalybeum, ubi parens ejus (Dux Georgius) ferreus fuerit. Lutherus autem ridens hanc vecordiam dixit: Dux Johannes videat & cogitet, quomodo feliciter & bene queat mori, & addidit, ſe minas ejus non metuere, conſtare namque ſibi, quod obitum Parentis ſui non eſſet viſurus. Hoc reſponſum reſciſcens Dux, perturbatus mente, & melancholia correptus, ac triſtitia, brevi poſt indignatam exſpiravit animam: *Joh. Wolffius Lect. Memorab. & Recondit. Tom. II. Cent. XVI. p. 433. 434.*

Janua Vitæ.

Philoſophia Chriſtiana *hominem ita vivere docet, ut ſemper vivat.* Neque enim hæc vita per ſe, ſed propter alteram illam vitam, quæ in cœlo eſt, expetenda eſt: ad quam non niſi per mortis januam patet aditus. Qui igitur ſemper vivere vult: is bene & vivere, & mori diſcit. Sed recte quidem vivere homo diſcit, mortem commentando: bene autem mori, recte vivendo: denique beate vivere, bene moriendo. Nam ut vitæ præſentis finis mors eſt beata: ita, mortis rurſus finis eſt vita beata. Sic una eſt bene, beateque vivendi, ac moriendi regula: quæ docet, hominem ſic vivere, ut bene moriatur, & ſic mori, ut bene vivat. Is vero demum bene, beateque vivit, ac moritur: qui ſibi, & mundo moritur, hoc eſt, culpæ & noxæ ſuæ: ſoli autem DEO vivit: in quo ſpei & fiduciæ ſuæ extremum, & unicum habet ſolatium: quo ipſo fit compos, & particeps vitæ immortalis: ad quam in hac mortali vita animus hominis ſemper adſpirare debet. Quid enim aliud eſt vita vitæ mortalis, quam ſpes & expectatio vitæ immortalis? & quid aliud eſt mors vitæ hujus mortalis, quam finis mortis hujus vitalis, & janua vitæ immortalis? Præclare igitur *Auguſtinus:* Vive diu, ſed vive DEO: nam vivere mundo
Mortis opus: viva eſt vivere vita DEO.

Et notum eſt vulgatum illud epigramma:

Vive DEO gratus, toti mundo tumulatus:
Crimine mundatus, ſemper tranſire paratus.

Nic. Reuſnerus Claſſ. II. Cæſ. Rom. Græc. Symb. XLVI. p. 277. 278. Vade ergo in æternam requiem, nunc primum vivere incipis. Bona mors, initium eſt vitæ. *Petrarcha de R. U. F. P. II. D. CXIX p. 646.*

Securus moritur, qui ſcit ſe morte renaſci;
Mors ea nec dici, ſed nova vita poteſt.

Ex Imaginatione an poteſt accelerari?

Accidit id An. 1664. Thoruniæ filiæ ejusdem urbis Conſulis, quæ tempore graviditatis ſibi poſt partum moriendum eſſe firmiſſime imaginabatur, nixa hoc argumento, quia mater ipſa ſuperſtite mox a partu deceſſerit, evenitque, ut poſtquam pepererat, epilepticis inſultibus correpta obierit. Cujus mortis cauſam nullam, niſi magnam imaginationem invenire potuerunt celeberrimi Medici. Vid. *Ephemerid. Medic. Phyſ. Germ. An. II. Obſ. CXXXVII. p. 221.* Simile exemplum refert *Nob. Kerkeringius in Spicil. Anatom. Obſ. XXI.* de fœmina cui mendica mortem ob denegatas eleemoſynas intra 6. menſes prædixit, hæc ſibi proponens fatalem terminum, accedente ad imaginationem infirmitate, eo ipſo die vivere deſiit. *M.* Gottlob Fried. Seligman *in Sciagraphia Virium Imaginationis §. 15.* De imaginatione in gravidis, & quid illa poſſit, habet *§. 16. ſeq.*

Immortalitate melior.

Scribit quidam Græcus Conſtantium Chlorum Imperatorem extrema vocula, cum eſſet Eboraci in Britannia moriturus, ſeque de lecto protenderet, ut ambabus manibus filium Conſtantinum Magnum, qui jam concito gradu advenerat, amplecteretur, dixiſſe: Mortem eſſe immortalitate meliorem. *Cuſpinianus ap. Zwinger. Vol. VIII. Lib. V. p. 2164. a.*

Incipit tum naſcimur.

Quam inconſiderati ſunt homines, non niſi ſemel ſibi moriendum eſſe cogitantes: cum veriſſimum ſit, eo die, quo naſcimur, mortem inchoari, & extremo die nos mori deſinere. Si nihil aliud eſt mors, quam vitæ exitus, & finis cujusque rei: licet dicere, noſtram & infantiam, & pueritiam, & juventutem, & virilem ætatem mortuam eſſe, & ſenectutem mori ac morituram eſſe: Unde efficitur ſingulis nos annis, menſibus, diebus, horis & momentis mori: atque ita dum vitam nos agere ſecuram arbitramur, mortem ubique comitem habemus. Non videt, cur, tantopere mortem homines expaveſcant, cum ex illo, quo primum lucem viderunt die, iter (quærendæ) mortis ingreſſi ſint. Nulli enim unquam tempus ad moriendum defuit, nullus ab hac via aberrare potuit. *Guev. H. P. lib. III. c. LI. p. 708.*

Infantum.

Vid. omnino *Tom. I. p. 1462-1474.*

Inopinata & Repentina.

§. I.

De Auguſto Cæſare legitur, quod aliquoties ſibi optaverit *Euthanaſiam*;

ſiam; Sicuti & Fridericus IV. Imp. de quo *Zeilerus Miſcell. p. 89. 407. Nob. Ziegler* im tägl. Schau-Platz der Zeit *15. Mart. n. 1. p. 261.* Sed quam paucis Viris magnis contigit il'a, quam Auguſtus optabat, & habuit, εὐθανασία, mortis lenitas. *Lipſius Cent. II. Miſcell. Ep. XCIX.* Julius Cæſar præoptabat ſibi mortis genus repentinum ac inopinatum; Et pridie quam occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam ap. M. Lepidum, quisnam eſſet finis vitæ commodiſſimus, repentinum, inopinatumque prætulerat. *Sveton. lib. I. c. LXXXVII. Plut. in Cæſ. Zwing. Vol. V. lib. IV. p. 1416. a.* Idem indicavit Philippus Macedo. *Oroſ. lib. III. c. XIV. ap. Heidf. S. T. P. c. XXXVIII. p. 742.* Hujus loci ſunt *in Antig. Sophoclis v. 1330.* illa verba Chori ad Cretonem: Βράχιςα γὰρ κράτιςα &c. Urgentibus malis celeritas optima eſt. Quin & *Plinius lib. VII. cap. LIII. p. 124.* mortem repentinam ad ſummam vitæ felicitatem refert. Sic & *Ovidius:*

Mitius ille perit, ſubita qui mergitur unda,
Quam ſua qui liquidis brachia laſſat aquis.

Joach. a Beuſt in de Arte bene moriendi p. 110. Aphthon. Progymn. p. 316.

§. 2.

Sententia hæc etſi pietati, veræque religioni fortaſſis aſperior videatur; ſic tamen & cuilibet ſapienti, & præſertim pio vivendum eſt, ut ſibi nil repentinum, aut ſubitum eſſe poſſit; & ſi quid tale incidat animo, celeritas ipſa non noceat, & proſit corpori. *Petrarcha de R. U. F. P. II. Dial. CXIII. p. 609.* Cæſaris religionis ſi eſſem, cum Cæſare quoque exoptarem, unico potius ictu abſolvi, quam lentis morborum ſerris excarnificari, inquit *Th. Browne in Relig. Medici Sect. XLIII. p. 247.* Εὐθανασίας quippe contrarium eſt τὸ ψυχομαχεῖν, cum per graves, ac longos cruciatus mors obitur. *Joh. Schildius in Svet. p. 138. 310.*

§. 3.

Victorinus Strigelius ſæpe optabat *militarem mortem,* dicens: Ach HErr, beſchere mir einen Reuteriſchen Tod. *Olear. Gymnaſ. Pat. lib. III. P. III. p. 1161. Zincgref. T. I. p. 57.*

Felices animæ, noſtro quibus attulit ævo
Funeris extremam mors properata diem.

Georg. Sabinus Eleg. Lib. IV. p. 104.

Sit velox, modo ſit felix mea clauſula vitæ,
Si felix, velox non ſatis eſſe poteſt.
Nur ſelig, ob gleich ſchnell, ſey meines Lebens Ende,
Wer ſelig ſtirbt, dem kommt der Tod nie zu behende!

M. Joh. Georg. Willius im *Expediten* Leichen-Prediger *P. II. p. 419.*

§. 4.

Schneller Tod ist gar nicht böse,
Böser Tod ist allzuschnell!
Niemand ist, der da erlöse,
Wenn man fähret zu der Höll.
Rett' uns GOtt vom bösen Tod!
Schneller Tod hat keine Noth.

Dexel. l. c. Tit. LXXII. p. 519.

D. David Chytræus lib. XXIX. Saxon p. 845. ita: Multi imperiti & agrestes subitam & improvisam mortem, velut iræ DEI & damnationis signum aliis exprobrant. Quam, ut impiis, qui ante pœnitentiam opprimuntur, maxime horrendam & deprecandam esse fateor: Ita pio homini, qui mane & vesperi pia precatione vitam & mortem suam Christo commendare solet, eximii amoris & gratiæ DEI indicium esse expeditam & repentinam hanc, & nullis obnoxiam diuturnis cruciatibus, in alteram & beatam vitam migrationem, certum est.

§. 5.

D. Pauli Röberi in subitaneam mortem D. Joh. Winteri, Superintendentis Torgaviensis ita habet:

Quid refert ventis placidis, an turbine sævo,
Attingat portum, dummodo salva ratis?
Quid refert lenta ac febri, subitove catharro
E vivis abeas, dummodo salvus eas?
Immo est magna salus uno evacuisse periclo
Omnia, mirifico vela regente DEO.

Ob auf der wilden See mit angenehmen Winden,
Das Fluthen-müde Schiff am Anfurth lendet ein,
Und ob es mit *Fortun* im Port sich lässet finden,
Ist es nur unzerstückt, so wirds kein Schade seyn.
Was hindert es, ob man am Fieber, oder Schlage
Da dieser schleunig schlägt, und jenes langsam qvält,
Verläst die Eitelkeit der Flügel-schnellen Tage,
Wann man durch seinen Tod nur selig wird entseelt!
Vielmehr heissts wohl und gut in einer Viertel-Stunde
Die lange Mörderey des Sterbens kürtzen ab,
Und wie es GOtt befiehlt aus seinem hohen Munde,
Das, was man Sterblichs trägt, verschliessen in das Grab.

Willius l. c. p. 478. 479.

§. 6.

§. 6.

Tubingæ Chrysostomus Braun, Senatorii ordinis Vir, honestatis ac pietatis laude conspicuus, filiam Sponsam ad sacras ædes comitatus, dum clara voce cantabat: Geuß sehr tief in mein Hertz hinein, du heller Jaspis und Rubin, die Flamme deiner Liebe! apoplexia tactus concidit, inque proximam domum æditui deportatus exspiravit, quem casum Christophorus Caldenbach, Tubingæ Professor Poëseos ita descripsit:

Ad lætos tendit genitor cum nata hymenæos,
 Jamque intrant templi limina. Siste, Pater,
Siste inquit Libitina: mihi nunc exitus instat
 Mox ortum fragili prospicit orbe nepos,
Dumque sacro sponsi junguntur fœdere, mortis
 Omnivagum præceps ipse subivit iter.

Andreas Caroli in Memorab. Ecclesiasticis T. II. L. IX. p. 495.

§. 7.

Octuplicia in S. literis recensentur peccatorum genera, ob quæ homines morte subitanea abrepti sunt.

I. Superbia, 2. Reg. I. v. 9. seq.
II. Avaritia, in Nabale, 1. Sam. XXV. v. 38.
III. Ebrietas, in Belsazar, Dan. V. v. 30.
IV. Seditio, in Corah, Num. XVI. v. 31. 32.
V. Conniventia in liberos, in Eli, 1. Sam. IV. v. 18.
VI. Curiositas, in Usa, 2. Sam. VI. v. 6. 7.
VII. Obduratio, in Pharaone, Exod. VII. v. 6. 7.
VIII. Blasphemia, in Sennacherib, 2. Reg. XIX. Es. XXXVII.

Möll. in Alvear. p. 176.

Intempestiva, Psalm. XXXVII, 22.

Maledicti ejus יברתו exscindentur l. c. Lubet hic Rabbinorum recitare nugas, qui verbum hoc, nomenque ex eo formatum, ברת exponunt de excisione tali, qua quis a DEO plectitur morte temporali intempestiva. Tempus autem justum statuunt annum vitæ sexagesimum; qui infra hunc moritur, patitur eam poenam ob peccata specialia; qui supra eum vivit, habet illud ex benedictione singulari. Unde etiam Senes sexagenarii convivium solent instituere eucharisticum, eo quod ante tempus non fuerint excisi. *B. D. Geierus Prælect. in Psalm. cit. p. 677.*

Intro-

Introitus.

Ducet ad æternam te mors brevis, ut via, vitam;
Ut mors interitus non ſit, at introitus.

Joh. Owen. lib. III. Epigr. LXXVII. p. 58.

Invita.

Vivere quisque diu, quamvis & egenus & æger,
Optat, id eſt, miſerum ſe cupit eſſe diu.
Invitus moritur miſer & miſerabilis Irus;
Hoc eſt, invitus deſinit eſſe miſer. *Id. lib. II. Ep. XXVIII. p 52.*

Invocatur ſæpiſſime.

Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invocata morte, ut nullum frequentius ſit votum. *Plinius N. H. lib. VII. c. L. p. 122.*

Decedunt apibus, creſcunt ſua pabula fucis,
Vivere tam ingrato tempore quis cupiat?

Iſabellæ Fr. Borgiæ natalis.

Franciſcus Borgias, qui cum corpus Iſabellæ, Caroli V. Conjugis, Granatam in Avorum Regum ſepulchrum deveheret, valdeque deformatum arca patefacta reperiret, continuo mundo valedixit, hominumque fragilitatem ſecum reputans, DEO vivere incepit, & Iſabellæ mortem ſuum appellare *Natalem* ſolebat. *Engelgrav. Cœl. Empyr.* P. *II. p. 318. 319.*

Juſti.

Juſtus obit nec obit: Sed abit ab hoſpite migrans
Carne: petit patriam deliciasque patris.

Matthæus Vindocinenſis de Hiſt. Tobiæ c. LXVI. ap. Tungerl. Prompt. Evang. P. *II. p. 769.*

Juvenis.

Vid. Appar. Curioſ. Tom. I. p. 1474. ſeq. Juvenem immaturo & acerbo fato e vivis ſublatum Lunæ plenæ Symbolo repræſentabis, addito lemmate: AT CITO DEFICIT. *Picin. M. S. L. I. c. VIII. n. 278.* Arbuſcula, ab impetuoſo vento rupta notari poteſt hoc lemmate: CONCIDIT ANTE DIEM! juvenem immatura morte abreptum, hæc imago ſignificat. *Id. ibid. lib. IX. c. IX. n. 80.* Roſa ſub Solaribus radiis flacceſcens epigraphen reddit: LANGVESCIT A MERIDIE. Lucarinus immaturam hominis mortem hoc emblemate delineavit. *Id. ibid. lib. XI. c. XVIII. n. 198.*

Lætiſſi-

Lætiſſima quæ?

Joh. Pontanus *in V. Dialogo Charontis:* Mortem ſibi, *inquit*, videri lætiſſimam, unde quatuor genera viventium lætentur. 1) Amici de hæreditate. 2) Sacerdotes de Beneficio. 3) Vermes de cadavere. 4) Dæmon de Anima, ſi tamen ea potiri poſſit. vid. Tom. II. in Tit. *Avarus cum moritur dives eſſe incipit aliis p. 96. §. 2.*

Libertas.

Meditare mortem, qui hoc dicit, meditari libertatem jubet. *Senec. Ep. XXVI.* Vid. Tit. *Mors Lucrum §. 12. 13.*

Secundum Literas initiales.

Mordens Omnia Roſtro Suo. *Vel:*
Mutans Omnes Res Sepultas.

Heidf. l. c. p. 728. Matthæus Tympius in Menſa Theolo-Philoſ. c. XXXVIII. p. 235. Vel: Mors Omnium Rerum Supremum. Vid. *Tom. I. Appar. Curioſ. p. 558.*

Logicæ methodum non ſervat.

Non ſervat methodum Logicæ mors neſcia noſtræ,
Occidit ante Patrem natus, avumque nepos.

Owen. lib. II. Epigr. CXLIX. p. 42. vid. omnino Tom. I. l. c. in Tit. *In Calendario DEI nullus ætatis reſpectus, p. 585. & p. 1476.*

Lucrum, Phil. I, 21.

§. 1.

Chriſtus iſt mein Leben, Sterben iſt mein Gewinn! ſagt Paulus l. c. Meine Corona, wie es Hieronymus gegeben, meine Crone; (De functus enim hujus vitæ periculis, & meo officio, cum Chriſto coronabor. *D. Joh. Bugenhagius Pomeranus in h. l. p. m. 41.* Mori erit mihi lucrum, i. e. æternæ vitæ meritorium, ſeu beatitudinis oſtium. *Dionyſ. a Rickel Carthuſ. in h. l. Art 1. f. 95.*) Einem Welt-Menſchen ſcheinets ein rechtes παράδοξον zu ſeyn, daß **Sterben Gewinn** ſoll ſeyn; Hätte Paulus geſagt: Sterben iſt mein Verderben und Untergang, ſo hätte es mancher Gottloſer noch eher glauben, und in den Kopff bringen können; Wer würde doch unter denen Welt-Kindern den Tod dem Leben vorziehen? Nihil miſeris mortalibus ſpiritu carius, ſagte dorten der Nabarzanes zu dem Alexandro M. *(Curt. lib. VI. c. IV.)* Nichts iſt mit dem Leben zu vergleichen, ſagt Homerus; Haut für Haut, oder wie es der Chaldäiſche Dolmetſcher gegeben; Glied für Glied, läſſet der Menſch für ſein

Leben, sagt Satan Job. II. v. 4. *(Ursin. Anal. Sacr. P. II. f. Quæst. Bibl. lib. IV. c. XVIII. p. 296. 297. Engelgr. Cœlestis Panthei P. II. p. 73. seq.)*

§. 2.

Nicht alle halten ihr Leben so geringschätzig, wie jener Engelländer, der für einen Spanier, da die Soldaten musten losen, vor 10. Gülden wolte greiffen, und wann das Looß ihn treffe, sich für ihn aufknüpffen lassen; *(Euphormio Satyricus in Icone Animorum. P. IV. c. IV. p. 437. 438.)* Vielmehr möchte mancher ihm die grösseste Schmach lassen anthun, und mit jenem Moecenate die allerempfindlichste Schmertzen ausstehen, wann er nur dadurch sein Leben salviren könte; (Multi vitæ cupidine nimia, cruciatus & tormenti nihil subire ac perpeti recusant, modo quo vitam ulterius protollant. Inde illud Moecenatis turpissimum votum, quo & debilitatem non recusat, & deformitatem, & novissime acutam crucem, dummodo inter hæc mala spiritus prorogetur.

Debilem facito manu,
Debilem pede coxa:
Tuber astrue gibberum;
Lubricos quate dentes;
Vita dum superest, bene est;
Hanc mihi vel acutam
Subde sustineo crucem.

Kipping. Antiq. Rom. lib. II. c. VIII p. 484. & de Cruce Exercit. XIII. §. 1. p. 83. D. Wilh. Zeschius de Stimulo carni infixo, ex 2. Cor. XII. 7. 8. M. I. §. 9. p. 15.

§. 3.

Seneca *Epist. CI. & de brevit. vit. c. VIII.* optat ultima malorum, & quæ pati gravissimum est, extendi & sustineri cupit: qua mercede? scilicet vitæ longioris. Sic naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, multa & facere, & pati turpiter cogit. *Val. Max. lib. II. c. VI. p. 55.* Persæ, quanto vitæ hujus desiderio homines teneantur, hac fabula innuerunt: Homo aliquando ferebat fascem lignorum, qui gravabat eum: cumque lassus factus esset, tædioque afficeretur gestationis ejus, abjecit eum ab humero suo, vocavitque ad se mortem, quæ se coram eo stitit, dicens: Ecce me! cur me vocavisti? Resp. ei homo: Vocavi te, ut fascem hunc lignorum supra imponeres humero meo! Quod significat universum mundum, vitam diligere mundanam, neque lassari infirmitate & miseria. *Hottingerus Hist. Orient. lib. II. c. VI. p. 519.* Cum tamen melius sit ei, qui duris affligitur cruciatibus, ut cito moriatur, quam שיחיה ימים רבים ut dies multos vivat, nec sit poenæ & afflictionis ipsius finis, ut RR. dicunt ap. *Pocockium in Not. Miscell. cap. VI. p. 164.*

§. 4.

§. 4.

Jener Staathalter in Liefland, Johann von Arts, als er wegen heimlicher Verständnis mit dem Moscowiter, sterben solte, erbot sich sein Tage vor dem Stalle aufn Schlosse zu Riga, allwo der Hertzog in Curland, als Gubernator, Hof hielte, an einer eisernen Kette unter freyen Himmel zu liegen, auch nur mit Wasser und Brod verlieb zu nehmen, man solte ihn nur perdoniren. D. Sperling in Dennemarck, ein Mann von 80. Jahren, so 20. Jahr gefangen gesessen, darum, daß er den König mit Gifft vergeben wollen, wünschte doch an seinem Ende, daß er noch länger leben möchte. *B. D. Misand. C. C.* P. *I. p. 1358. &* P. *II. p. 646.* Thöricht ist derjenige, der zu sterben begehret, besser ist es übel leben, als wohl sterben, sagte dorten die Iphigenia beym Stobæo (*Th. Gataker. Annot. in Lib. X. §. 8. M. Antonin. p. 358.*) Mori malum est: Dii enim sic judicarunt, alioqui mortui essent. *Sappho ap. Arist. II. Rhetor. c. XXIII.* Considera, mors magnum est malum, *Achilles ap. Euripid. in Iphig. Aulid. v. 1416.* θάνατος βαρύτατον κακῶν, Mors malum gravissimum, *Aristophan. in Ranis.* vid. *Magir.* Polymn. *p. 1577.*

§. 5.

Sehen wir aber den Tod mit wahren Glaubens-Augen an, so muß der Ausspruch Pauli allerdings wahr bleiben: **Sterben ist mein Gewinn!** Die Könige der Cananiter stritten zu Thaanach, am Wasser Megiddo, aber sie brachten keinen Gewinn davon, Judic. V. v. 19. Ein gläubiger Christ, wann der gebührend streitet, wider Sünd, Tod, Teufel und Höll, bringet nach vollbrachten Glaubens-Kampff einen herrlichen Gewinn davon, und kan bey seinem Sterb- und Todes-Tag mit Paulo ausruffen: **Sterben ist mein Gewinn!** Meine Crone, hinfort ist mir beygelegt die Crone der Gerechtigkeit 2. Tim. IV. v. 8. die Crone des Lebens, Apoc. II. v. 10.

§. 6.

Freylich ist **Sterben unser Gewinn**, wenn wir ansehen den herrlichen Wechsel nach den dreyerley Gütern, die GOtt der HErr einem Menschen vertrauet und eingethan hat; Denn was anlanget α) die **Gemüths-Güter**, (Bona animi) so ist freylich **Sterben unser Gewinn**, sintemahl unsere Seele von aller Anfechtung und Beschwernis durch den zeitlichen Tod befreyet, und zur rechten Vollkommenheit und Freyheit befodert wird; Hier in dieser Sterblichkeit bleibet das alte Schul-Latein allerdings wahr: PRÆSENS ET PRÆTERITUM EST IMPERFECTUM, PERFECTUM ET PLUSQVAMPERFECTUM EST FUTURUM! Unser Wissen ist Stückwerck, wann aber kommen wird das Vollkommene, so wird das Stückwerck aufhören, 1. Cor. XIII. v. 9. war derowegen eine grosse Thorheit, wann die Peripatetischen Nachfolger ih-

res Vorgängers, des Aristotelis, ihnen gleichsam eine Allwissenheit wolten beylegen, und unter denen sechs *ὑπολείψεις, ἃς εἴχομεν περὶ σοφȣ̃*, oder 6. Einbildungen, die man von einem gelehrten Manne haben müsse, forne an setzten *τὸ ἐπιςάϑαι πάντα*, alles wissen (*D. Christoph.* Sontag *Disp. Inaug. de Ignorantia Theologorum laudabili in proœm.*) Ja eine blosse Schmeicheley war es, wann die Mönche zu Rom dem verstorbenen Cardinal Scipio Borghese zu Ehren, den Himmel mahleten, der mit seinen Umfang alles begreiffet, mit der Neben-Schrifft: NIHIL EXTRA! Nichts ist ausser ihm! anzudeuten: Er hätte mit seinem Gemüthe alle Künste und Wissenschafften gefasset. (*Dn.* **Ernst in Ehrenh. zuf. Ged.** *cent. II. Med. IX. p. 622. 623.*)

§. 7.

Weit gefehlet! QVANTUM EST, QVOD NESCIMUS, wie viel ists doch, das wir nicht wissen? War das Symbolum des gelehrten Heinsii (*Dn. Zenner. Novell. Mundi Doct. & Curios. Ann. 1693. mens. Nov. p. 4333.*) QVANTUM EST, QVOD SCITUR? Ach! wie wenig ist es doch, das wir wissen! pflegte der berühmte Boxhorn zu sagen. (*Voët. D. S. T. III. p. 701. 702*) Vielmehr möchte ihm wohl ein ieder zum steten Sinn-Bilde eine brennende Pech-Fackel vormahlen, mit der Oberschrifft: PLUS FUMI, QVAM LUCIS! weil unsere Unwissenheit viel grösser, als die Wissenschafft. (*Picinell. Mund. Symbol. lib. II. c. III. n. 101. p. 74. Pier. Valer. Hierogl. lib. XLVI. c. XLV. p. 589.*) Apposite literatissimus quidam Vir, Musæum depingi curavit, egregia bibliotheca, multisque instrumentis, ad exercendas Mathematicæ disciplinas, instructissimum; Foribus, quæ bipatentes erant, inscriptum eminebat lemma: MULTA PATENT, SED PLURA LATENT! Innuens e libris quidem grandem hauriri posse scientiam, sed mancam illam esse in hac vita, & imperfectam. *J. D. Ernestus Prodrom-Apanthism. Hist. Theol. Moral. c. II. p. 24.*

§. 8.

Nimmer wird jener Poet mit seiner Poetischen licentz (Poëticæ licentiæ quis modus? *Majol. in Supplem. Dier. Canic. Coll. 1. p. 36.*) fortkommen, wann er von dem Salmasio schreibet, dessen Erudition sey so groß gewesen, daß auch im ewigen Leben nichts können hinzu gethan werden:

Ingens exigua jacet hac sub mole sepultus
    Assertor Regum, Numinis atque pugil.
Finivit Stadæ vitam Salmasius hospes,
    Trajectum cineres ossaque triste tenet.
Quod mortale fuit, periit: pars altera cœlis
    Reddita, fit major, doctior esse nequit.

Epi-

Epitaphium refert *Gvido Patinus Epist. XLVIII. ap. B. D. Joh. Frid. Mayer. Disp. Select. in proœm. p. 4.* Oder die Montanisten mit ihrer Vermessenheit, wann sie vorgegeben, Paulus habe nur etwas gewust, Montanus aber, samt seinen Prophetinnen alles (*D. Ægid.* Strauch *Discurs. Hist. Th. de Montano §. 6. p. 9. D. J. H.* Lochner *Disp. Inaug. de Separatismo* §. 6. Palamedes Nauplii filius, propter omnium rerum cognitionem πάνσοφος dictus est. *Beyerlinck Th. M. V. H. Tom. V. lib. XII. p. 39.* Et Baldus omniscius, cujus cerebrum in capite ita volitavit, sicuti aves volitant in aëre. *Id. Ibid.* Macrobius de Aristotele non veritus dicere, nihil tantum Virum ignorare potuisse. *Gerard. Joh. Vossius de Philosophorum Sectis C. XVII. §. 5. p. 86.* Alexandrum M. tradit Mahomedes omniscium à DEO esse productum. *Barthius Advers. lib. X. c. VI. p. 470.*

§. 9.

Sed nostra hæc in literarum studiis peregrinatio (sine superna luce) miserabilis quædam erratio est, sagt der scharff-sehende Scaliger in seinen Subtilitäten (*Exercit. CCCLIX. c. 1. p. 1096.* Et omniscii illi, qui in omni (ut ajunt) scibili versatos se putant, scibile omnium scibilium maxime scibile, ignorantiam suam ignorant. *M. Joh. Phil. Treunerus in Somniis Vigilantium sapientum §. 10.* Nullus scit, mihi crede, quanta nescit. *Sidon. Carm. IX.* De angustia humanæ scientiæ conferatur pluribus *Dn. Spizelii Felix Literatus Comment. II. §. 14. p. 297. seq. M.* Gottfr. Michael Fetter *Diss. Philos. de Ignorantia docta per tot.*) Durch den Tod allererst kommen wir zu der rechten Vollkommenheit, drum die Cabalisten der Griechen θάνατος, und der Hebreer מות rückwerts lesen תום perfectio, weil der Tod erstlich den Menschen vollkommen machet, (*B. D. Scherzer. Syst. Def. p. 539. Drusius ad Judic. XX. 48. in Op. Anglic. p. 2118.* Græci vocant θάνατον, i e. juxta Etymologiam Themistii, q. d. Sursum ad DEum, & τελευτὴν, consummationem, aut consecrationem: tanquam indicassent, mortem esse instar ceremoniæ cujusdam solennis, qua fideles DEO penitus consecrantur, ut in posterum nihil studeant, nisi celebrare DEI laudes, & sacro sanctum ejus nomen sanctificare. *Joh. Spinæus lib. de Ægrotis Consolandis p. 710. B. Tungerlar. Anal. Leg. Theol. Epist. P. II. p. 350.* Multa solutus scies, quæ vinctus nullo unquam studio didicisses. *Petrarcha de R. U. F. lib. II. D. CXIX. p. 646.*

Heu mortale genus, ceu talpæ, lumine captum,
Cœlesti donec restituatur ope!

Pier. Valer. in Collectan. Hierogl. ex vet. & neot. descr. lib. 3. in v. Ignorantia p. 119. Æternum ibi τὸ ἀυταρκες, æternum τὸ τέλειον. *D.* Sontag *l. c. cap. 8. §. 8. p. 44.*)

§. 10.

Es wird keiner den andern, noch ein Bruder den andern lehren, und sagen, erkenne den HErrn; sondern sie sollen mich alle kennen, beyde klein und groß, spricht der HErr, Jer. XXXI. v. 34. Welche Prophecey nicht nur auf die göttliche Erkenntnis, so anitzo durch das Evangelium, und Erleuchtung des Heil. Geistes in uns entstehet; sondern auch auf jener Veredlung unserer Natur im ewigen Leben gehet, da in unserer Seelen ein neues und ewiges Licht völliger GOttes-Erkenntnis aufgehen und die itzige Dunckelheit oder Unvollkommenheit, Stück- und Flickerey, gäntzlich verschwinden wird, laut der Apostolischen Vertröstung, 1. Cor. XIII. v. 9. (*B. D. Christ. Nagel de Luctu Parent. sup. Fil. p. 135. 136.*) Drum bleibts bey Pauli Ausspruch: Sterben ist mein Gewinn!

§. 11.

Gewinn, weil die Seele von allen Sünden befreyet, mit vollkommener Unschuld und Gerechtigkeit alsdenn bekleidet wird. Hier ist dieselbige gleichsam im Kercker, tanquam in mala mansione, als in einer üblen Behältnis, wie die Alten die Gefängnisse genennet (*Joh. Borcholt Comment. in Consvet. Feudorum c. 8. p. 215. D. Zimmerm. Floril. Philol. Histor.* P. *II. p. 491.* Quanquam mala mansio *Laurentio Polymath. lib. 3. Synops. X. p. 244.* genus tormenti fuisse videatur) eingeschlossen (Egredere anima paulisper de papilione corporis. *Hieron. in fin. Epist. ad Eustochium.* Major sum, & ad majora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis: quod equidem non aliter adspicio, quam vinculum aliquod libertati meæ circumdatum. *Sen. Epist. LXV.* Corpusculum hoc custodia & vinculum animæ. *Id. ad Helviam c. 11.*) und vielen Sünden unterworffen; Der sterbliche Leichnam beschweret die Seele, und die irdische Hütte drücket den zerstreueten Sinn, Sap. IX. v. 15. HErr, führe meine Seele aus dem Kercker, ruffet David, daß ich dancke deinem Nahmen, Psalm. CXLII. v. 8. (Vid. *Picinellus Mund. Symbol. T. II. lib. XV. c. 27. n. 271. p. 51. Drexel. in Trismegist. Christ. lib. III. c. 2. §. 1. 2. p. 621.*) Σῶμα σῆμα, der Leib ist gleichsam ein Grab, darinnen die Seele öffters wider ihren Willen wird aufgehalten, da ein Gläubiger mit Paulo seufzet: Ich elender Mensch, wer will mich erlösen von dem Leibe dieses Todes, Rom. VII. v. 24. (Præter voluntatem sub peccato captivus teneor in mortali meo, peccatisque obnoxio corpore, e quo tanquam ergastulo liberari unice desidero. *B. D. Ægid. Hunnius in h. l. p. m. 446.* Et est hæc vox militis pugnantis, & gementis in labore certaminis. *Angelus* P*aciuchellius* P*olitianus in h. l. p. 436.*) Diese Erlösung geschiehet im Tode, da höret der Mensch auf zu sündigen, nach Pauli Worten, Rom. VI. v. 7. und gelanget zu vollkommener Freyheit (Vid. Tom. I. in Tit. *Anima in corpore tanquam carcere p. 138. seq.*)

§. 12.

§. 12.

E carcere ad æthera!

Vom Gefängnis in die Lufft
Mich nunmehr die Freyheit rufft!
Oder:
Aus den Kercker ich mich mache,
Zu den schönen Himmels-Dache!

Lemma caveæ inclusæ avis, & postea inde evolantis ap. *D. Misand. D. B. N. T.* P. *III. p. 411. & C.C.* P. *I. p. 474.* (En potissimam rationem, cur Paulus *mori lucrum* dixerit & duxerit; nimirum, inquit *Primasius* & *Cyprianus, lucrum maximum* computans, jam secularibus laqueis non teneri, & vitiis carnis innoxium fieri; Hinc Aldoncia nobilissima Virgo Castellana, cum ei suprema hora imminere denunciaretur, lætitia incredibili exsiliens, in has voces amoris plenas, erupit: Benedictus DEus! Hæc ultima hora est, qua Dominus a famula sua offendi queat. Sint & hæc nostra morientium ardentia desideria, & sancta suspiria:

Ultima quando mei veniet certaminis hora!
Ultima quando dies, qua non peccabimus ultra!

Engelgrav. Cœl. Empyr. P. *2. p. 449. 450.*)

§. 13.

In Franckreich ist dieses Recht, daß so bald ein fremder Leib-eigener Knecht auf dessen Boden gelanget, er eben dadurch seiner Dienstbarkeit loß wird, und von niemanden mehr kan verfolget, eingeholet oder belanget werden; (Vid. Tom. I. Appar. cur. in Tit. *Gallia servos non patitur. p. 1212. seq.*) Die Einwohner zu Londen und Warwic in Engelland, können den Titul der Frey-Herren gebrauchen (*D. Becman. H. O. T.* P. *I. c. VI. S. I. §. 21. p. 177.*) Ein selig Verstorbener findet das rechte **Franck-und Frey-Recht** in dem Himmel, so bald die Seele dahin gelanget, wird sie vom Dienst der Sünden und allen knechtischen Beschwerungen dieses irdischen Lebens auf einmahl franck und frey, und heisset: **Sterben ist mein Gewinn!**

Mein Kercker ist entzwey,
Jch bin nun franck und frey!

§. 14.

Gewinn, wann wir ansehen β) Bona Corporis, **die Güter des Leibes**; Ewiger GOtt! wie vielen Zufällen und Kranckheiten ist doch der menschliche Leib unterworffen? (v. Tit. Morbi multi) So viel Menschen iemahls gestorben, und noch sterben werden, so viel sind auch Arten des Todes! Kein Mensch stirbt dem andern in allen Stücken gleich, also, daß Plato den menschlichen Leib billich genennet omnium

omnium miseriarum officinam, eine Werckstatt alles Elendes! (Tria sunt, quæ admirandam DEI potentiam ingerunt, a paucis tamen observari solita. *Primum* est, neminem hominum lineamentis vultus omnibus, totoque oris habitu esse alteri similem. *Alterum* est, quemadmodum nullius hominis vultus, sic etiam nullius conscientia alterius conscientiæ similis est; *Tertium*, tot hominum millia quovis die, imo vel quavis hora moriuntur, nullus tamen eodem penitus moriendi modo, quo alter. *Drexel. Tribun. Christi lib. II c. VI. p. 198.*) Aber von allen diesen Mühseligkeiten wird ein gläubiger Christ durch den Tod befreyet, alles Creutz, alle Kranckheit und Beschwernis hören auf, für den nichtigen und sterblichen, bekommt er einen hell-leuchtenden und verklärten Leib, wird denen Engeln GOttes gleich, Matth. XXII. v. 30. und leuchten wie die Sonn in ihres Vaters Reich, Dan. XII. v. 3. Matth. XIII. v. 43. Ist das aber nicht ein köstlicher Wechsel? heisset denn das nicht: **Sterben ist mein Gewinn?**

§. 15.

Gewinn ist es, wann wir endlich ansehen γ) Bona Fortunæ, oder die Glücks-Güter, als da sind Haus, Hof, Weib und Kind, Acker, Vieh, Geld, Gut und dergleichen, das sind alles nichtige und flüchtige Dinge; Kein König hat bishero von seinen Pallast, ob er gleich nach Art der Orientalischen Fürsten noch so herrlich möchte ausgebauet seyn, (*Pineda de Reb. Salom. lib. V. c. VI. p. 484. & 548. Brisson. de Reg. Persic. lib. I. p. 49. 50. 51. D. Joh. Spencerus de Leg. Hebr. Rit. Ear. Rat. lib. I. c. V. S. I. p. 196.* sagen können: Dis ist meine Ruhe ewiglich, hie will ich wohnen, denn es gefällt mir wohl, Psalm. CXXXII. v. 14. (*Drexelius de Cœlo lib. I c. VIII.*) Billich schrieb jener Genueser, als er den berühmten Pallast de Oria wiederum erneuern ließ, über dessen Pforte: NULLI CERTA DOMUS! **Hier hat niemand ein beständiges Hauß!** (*M. J. D.* **Ernst in Ehrenholds zufäll. Ged.** *cent. II. Med. LXXII. p. 1037.*) ADEO MUTUUM! lies ein ander über sein schön erbauetes Hauß in Stein hauen:

Zur Miethe hats gegeben
Mir GOtt nur auf mein Leben!

B. D. Misand. D. B. l. c. p. 836. Im Himmel aber werden wirs antreffen, denn wir wissen, so unser irdisches Hauß dieser Hütten zerbrochen wird, daß wir einen Bau haben von GOtt erbaut, ein Hauß nicht mit Händen gemacht, das ewig ist im Himmel, 2. Cor. V. v. 1.

Ich wünsche nur hinaus,
Aus diesen Erden-Haus,
Gen Himmel steht mein Sinn,
Der Tod ist mein Gewinn!

§. 16.

§.16.

Haben wir hier unsere liebste Angehörigen durch den zeitlichen Tod verlohren, dort im ewigen Leben werden wir sie wieder finden; Cercidas aus Arcadien erklärte sich und sagte: Er wolte gerne sterben, alldieweil er verhoffte Pythagoram den Philosophum, Hecatæum den Historicum, Olympum den Musicum, und Homerum den Poeten in jener Welt zu finden; wie auch dieserwegen Socrates zu sterben verlangte, damit er mit solchen vortrefflichen Leuten conversiren und umgehen könte, (*Ælianus Var. Hist. lib. XIII. c. X. Cœlius Rhod. L. A. lib. XXI. c. XLIV. p. 81.*) Dem Hiob gab GOtt all sein verlohren Gut doppelt wieder; die Kinder aber nur einfach, und das, (nach aller Gelahrten Auslegung,) weil die vorigen Kinder ihm in der Ewigkeit wieder gegeben werden solten, Job. XLII. v. 10. 13. (Habuit prius septem millia ovium; reddita sunt ipsi 14000; habuit ter mille camelos, 6000. possedit postea, atque ita de reliquis facultatibus. Non tamen genuit nisi septem filios, & tres filias, & nihilominus liberorum numerus conduplicatus, quia decem illi priores adhuc manebant apud DEUM salvi. Quare dici potuit, ipsum viginti habere. Quod si ei duplex liberorum numerus redditus fuisset, habuisset triplicem numerum. Quicquid enim revertitur ad Dominum, in familiæ numero computatur, inquit Hieronymus ap. *Heidf. l. c. cap. XXXI. p. 663. 664. Drexel. Rosa* P. *I. c. XIV. §. 6. p. 1231.* Liberi Hiobi numero non fuerunt duplicati, sed indolis saltem bonitate corporis pulchritudine, aliisque dotibus priores superarunt, maxime cum priorum virtutem & bonitatem aliquo modo suspectam reddant varia sacrificia, quæ Parens pro ipsorum peccatis sæpe obtulit, Job. I. v. 5. *D. Christ. Chemnitius Diss. Th. de Persona & Libro Jobi c. IV. §. 4.* Conf. Apparat. Bibl. Tom. II. in Tit. *Hiobi liberi cur non duplo redditi? p. 823.*) Die seligst Verstorbene werden nicht allein ihre Bekandten wieder finden, sondern auch ihren JEsum sehen von Angesicht zu Angesicht, 1. Cor. XIII. v. 12. (Illa hora, cum homo moritur, socios suos videt, & cognatos, dicunt RR. ap. *B. D. Nagel LL. CC. Hebr. Rabb. Talm. in v. Mors.* Bene *Mantuanus:*

Est requies illic, illic æterna voluptas,
   Perpetuus splendor, gaudia, risus, amor.
Quotquot erunt, animas, & quot nos ante fuerunt,
   Accipies læto magna theatra sinu.
Fas erit hic nostræ vultus agnoscere gentis,
   Atque dare alternis mutua verba sonis.
Hic cum Fratre soror, nati cum Patribus ibunt,
   Vespera nec festos finiet ulla dies.

U Præ-

Præmia terrenas mentes terrena ſequentur,
Regna manent alio nos meliora loco!

O ergo ſodalitium exoptatiſſimum! O habitationem feliciſſimam! *B. D. G. Mœbius Medit. Theol. ex Matth. XXV. 25-40. Venite benedicti &c. c. II. §. 27.*

§. 17.

An ſtatt der irdiſchen Schätze, die wir mit dem Rücken anſehen müſſen, werden wir himmliſche Güter erlangen, denn ſo der liebſte Heiland allen Gläubigen verſprochen, daß, wann ſie um ſeines und des Evangelii willen, Häuſer und Brüder, Schweſter, Kinder, Mutter und Aecker würden verlaſſen, ſie es annoch in dieſer Zeit hundertfältig wieder empfahen ſolten, Marc. X. v. 29. 30. ſo werden wir vielmehr ſolches alles im ewigen Leben hundertfältig nehmen, Matth. XIX. v. 29. und mit Paulo ausruffen können: **Sterben iſt mein Gewinn!** Drum laſſe ein ieder ſein Symbolum ſeyn:

Fahr hin, du ſchnöde Welt,
Mit deinem Gut und Geld!
Fahr hin mit deinen Schätzen,
Die nimmer recht ergetzen,
Gen Himmel ſteht mein Sinn,
Der Tod iſt mein Gewinn!

Thomas Bozius Eugubinus de Ruinis Gentium & Regnorum adverſus impios Politicos lib. VI. p. 539. innumeras & magnificentiſſimas Apoſtolorum ex Marci cit. loc. probare nititur divitias; ſed reſpondet *Pellicanus Comment. in h. l.* Nemo futurus eſt, qui, ſi reliquerit domum, fratres aut ſorores &c. non pro ſingulis relictis centuplum ſit recepturus in hac etiam vita, quantumvis ſæviant perſecutionum procellæ. Siquidem longe plus accreſcet ex charitate Evangelica, quam deceſſit ex immanitate perſecutorum. Pro uno fratre, aut ſorore relicta juxta carnem, tot habiturus eſt fratres & ſorores, quot habebit profeſſionis Evangelicæ ſodales. Vehementiores autem atque dulciores ſunt affectus ſpiritus, quam naturæ. *Feſſel. Adverſ. Sacr. lib. V. c. XI. p. 485.* DEus illis ita proſpicit, quaſi hæc omnia haberent. *D. Sarcerius in Feſt. Evang. p. 53. & in Marc. l. c. p. 229. 230. Dieteric. Anal. Evang.* P. *III. p. 104. ſeq. 109. 117. ſeq.* & omnino *Brentius Hom. XXVI. in cap. XVIII. Luc. p. 275. ſeq.* ubi exempla adducit fidelium, Joviani, Valentiniani &c. qui & in hoc ſeculo centuplum receperunt.

O quam dulce bonum eſt, uni ſic vivere CHRISTO:
Seu vivas, ut ſit, ſeu moriare, lucrum!

Ut

* * *

Ut nunc dulce mori eſt, ſic dulce reſurgere quondam:
VITA MIHI CHRISTUS, mors mihi dulce lucrum!

Nic. Reuſnerus in Symbolis Heroicis p. 215. 228.

An Mala?

§. 1.

Mors malum non eſt, quid quereris? *Seneca Ep. CXXIII.* Diogenes interrogatus, *Numquid mala eſſet mors?* Quo, *inquit*, pacto mala, cum præſentem non ſentiamus? Quod autem abeſt, nulli malum eſt. Dum ſentit homo, vivit: nondum igitur adeſt mors, quæ ſi adſit, abeſt ſenſus: malum autem non eſt, quod non ſentitur. Iter autem ad mortem, miſerum eſt. Id ſi metuimus, tota hominis vita quid aliud eſt, quam iter ad mortem? *Eraſm. Apopht. lib. III. in Diogene c. XCVII. p. 255.* Brevius ſic habe: Quando nos ſumus, mors non eſt; quando mors eſt, nos non ſumus. Mors igitur nihil ad nos. Lactantius *Inſtit. lib. III. c. XVII.* hoc genus vocat argutam fallaciam, & deceptionem. Quaſi vero transacta mors timeatur, quia jam ſenſus ereptus eſt, ac non ipſum mori, quo ſenſus eripitur. Eſt enim tempus aliquod, quo & nos jam non ſumus, & mors tamen nondum eſt: idque ipſum videtur eſſe miſerum, cum & mors eſſe incipit, & nos eſſe deſinimus. Ita *Lactantius.*

§. 2.

Si autem quis nos interroget, *Utrumne bonum eſt mors, aut malum?* Reſpondebimus, Qualitatem ejus ex vitæ ratione pendere: Nam ſicut ipſa vita bonum eſt, ſi cum virtute vivatur, malum, ſi cum ſcelere: ſic & mors ex præteritis vitæ actibus prædicanda eſt. Ita fit, ut ſi vita in DEI religione transacta ſit, mors malum non ſit, quia translatio eſt ad immortalitatem, ſin aliter, malum ſit neceſſe eſt, quoniam ad æterna ſupplicia transmittit.

Senſibus hoc imis, res eſt non parva, reponas.

Heidf. l. c. c. XXXVIII. p. 741.

Mariti.

§. 1.

Vid. *Tom. I. Appar. Cur. p. 1477. ſeq.* Relictam viduam *M. Aurelius Imp.* ita conſolatur: Ita me mater amet Berecynthia! Ita me magnus ſoſpitet Jupiter! ut circa ſimulationem, quod dicturus ſum, dico: Quod nimirum conſiderata quiete, qua cum Diis defuncti fruuntur, & perſpectis angoribus, atque ærumnis, quibus hic viventes conflictamur; denuo dico atque affirmo, majori illis noſtram vitam commiſerationi, quam nobis illorum mortem dolori eſſe. Etiamſi nihil hominum mors a beſtiarum interitu differret, hoc

est, etsi nullæ essent furiæ, quæ sceleratos torquerent, nulli dii, qui bonos remunerarentur; vel idcirco æquiore animo amicorum mortem ferre debebamus, quod a tantis jam laboribus liberatos aspicimus. Qua lætitia perfunditur nauta, portum ingressus securum; qua gloria dux victoriam adeptus fruitur; qua quiete viator peracto itinere potitur, qua voluptate artifex absoluto opere afficitur; eadem afficiuntur mortui extra vitam hanc ærumnosam constituti. Si nascerentur homines, ut perpetuo viverent, æqvum esset nos illorum conspecta morte lacrymare; Cum autem vero verius sit, eos, ut morerentur, natos esse, & post mortem vita sua frui: non eos, qui cito moriuntur, sed qui diu vivunt, deflendos dixerim.

§. 2.

Pro certo scio, si maritus tuus Claudinus, cum ea recordatur, quæ in hac vita pertulit ac sustinuit, & quietem, qua in altera fruitur, intuetur; Romanorum a diis Imperator declararetur, eum ne unum quidem diem e sepulchro proditurum. Nam in vitam reversus denuo cogeretur mori; at cum diis agens vitam expectat immortalem. Etiam te atque etiam Lavinia, fœminarum præstantissima, rogo, ne tantis porro suspiriis cœlos rumpas, ne tam acerbis humum lacrymis riges; cum ubi locorum Claudinum maritum tuum esse noveris, ubi non mœror illi, sed lætitia; non dolor, sed quies est; ubi non plorat, sed ridet; non suspirat, sed cantat; non cruciatur, sed delectatur; ubi denique mortem non timet, sed vitam habet perpetuam. Quod cum ita sit, quemadmodum revera est, æqvum est uxorem viduam luctum moderari, cum maritum nullo jam dolore affici recordatur.

§. 3.

Sæpe mecum expendere soleo, quid cogitare viduas deceat in angustiis ac mœrore constitutas, ut tristitiam a sese, angoremque abigant; & ratione subducta invenio, non cogitandum illis esse neque de præteriti temporis societate jucundissima, neque de præsentis temporis sollicitudine tristissima, neque de ulla re, quæ voluptati ipsis in mundo fuit, sed recreationem memoria recolendam, quam exspectant, futuram. Veram enim viduam cum vivis quidem conversari; at cum mortuis, ut conjungatur, optare par est. Si hactenus cruciaberis maritum exspectans, ut domum tuam veniret; nunc lætare, quod ille in sua te domo præstolatur, in qua, mihi crede, melius ipsa a diis tractaberis, quam ipse hic ab hominibus tractatus fuit. In hoc enim mundo, quid gloria sit, non intelligimus; illic vero, quid dolor sit, ignoratur, ap. *Gvev. H. P. lib. III. cap. XL. p. 659.*

Matris, Matronæ.

Vid. omnino Appar. Cur. *Tom. I. p. 1482-1511.*

Me-

Meditanda peccaturis.

§. 1.

VIVE MEMOR LETHI! Erat Symbolum Wolfgangi II. Comitis Palatini & Veldentii.

Vive memor lethi: vives pius: hora ſuprema
Semina nequitiæ langvidiora facit.

Optimus & Sapientiſſimus Imperator Fridericus III. aliquando interrogatus: Qua in re præcipuam operam homo in hac vita ponere deberet? reſpondit: *In agnitione DEI & arte moriendi!* quod veriſſimum, nam

Noſſe DEum, & bene poſſe mori ſapientia ſumma eſt.

Joach. a Beuſt in de Arte bene moriendi in præf. p. 3. Perſianum eſt Hemiſtichion: Vive memor lethi, fugit hora. Cui ſimile eſt illud apud *Auſonium:*

Vive memor mortis, memor ut ſis ipſe ſalutis.

Et Siracidæ hoc cap. VII. 40. Memento exitus tui in omnibus negotiis, & nunquam peccabis, Nam, ſecundum *Auguſtinum:* Metus imminentis mortis neceſſario mentem concutit, & quaſi clavis carnis omnes motus ſuperbiæ ligno crucis affigit: nec quidquam ſic a peccato revocat, quam frequens mortis meditatio. Sic & *Zaleucus in Legibus:* Peccandi, *inquit*, inhibitio quædam eſt, ſemper ante oculos ſibi ponere extremum vitæ diem, quo anima a corpore ſejungenda ſit. Et *Diogenes* Philoſophus: Magnæ tibi ſemper ſit curæ migratio ex hac vita mortali: quæ tunc curæ tibi vere futura eſt, ſi te mori meditaberis; hoc eſt: Si adhuc vivens animam a corpore ſeparabis, ut *Socrates* hoc interpretatur: qui alias in Phædone Platonis philoſophiam vocat mortis meditationem. *Nic, Reuſnerus Symb. Heroic. p. 74. & Claſſ. III. Cæſ. Rom. Germanic. Symb. XXX. p. 245. 246.*

§. 2.

Hæc mortis meditatio ſumma eſt ſapientia cum maximo fructu conjuncta. 1) Nihil ſic revocat homines a peccatis, quam imminentis mortis cogitatio. *Auguſt. lib. II. de Gen. contra Man. c. XXVIII.* Memorare noviſſima &c. Sir. VII. v. 40. Seipſum enim ardentius corripit, qui de morte frequentius cogitat. 2) Inducit contemtum rerum mundanarum, ut Eſaiæ exemplum oſtendit, qui ſe moriturum cogitans, Ecce, inquit, ego vado, ut moriar, & quid mihi proderunt primogenita? Gen. XXV. v. 32. Recte *Hieronymus ad Paulinum:* Facile contemnet omnia, qui ſe cito credit moriturum. 3) Eſt ſuperbiæ remedium, Sir. XL. v. 13. & avaritiæ ἀντιφάρμακον, 1. Tim. VI. v. 7. Baruch III. v. 18. 19. deprimitur luxuria, ſi cogitemus putredinem

dinem nobis fore patrem, Job. XVII. v. 14. & frangitur invidia, siquidem omnium idem est exitus, Job. XIV. v. 21. Sic igitur mortis meditatio facit peccata fugere, mundum contemnere, seipsum despicere, vitam præsentem recte regere, lætitiam mundi temperare, & ad placidam dissolutionem se præparare. *B. D. Meisnerus in Evang. Dom. XVI. p. Trin. p. 740. 741.* Nam sicut stillicidii lapsus lapidem cavat, ita fieri non potest, quin mortis meditatio vitæ emendationem afferat. *Gvev. H. P. lib. III. c. LI. p. 706.*

§. 3.

Huc etiam respicit id, quod *Hector Pintus* habet *in c. XLVII. Es.* Peritus gubernator navis non in principio, & in medio ambulat; sed in fine, i. e. in puppi sedet, ex quo loco totam navim regit: eamque parvo clavo moderatur, & ita ad optatum portum tandem pervenit. Vis totam tuam vitam ita gubernare, ut salutis portum consequaris, non quiescas in mediis solum considerandis, sed respice finem; sed cum cogitatione in exitu & fine rerum humanarum, & ita transibis mare mundi, gubernans ac moderans vitæ navem clavo rationis, donec ad portum beatitudinis pervenias, & patriam obtineas. In Levitico præcepit DEus, ut plumæ avium, quæ illi in holocaustum offerebantur, projicerentur in locum, in quem cineres effundi solebant ad orientalem plagam. Aves hæ sunt Christiani, qui in holocaustum sese DEO debent immolare. Plumæ sunt divitiæ & vanitates mundi. Has, præcipit DEUS, ut in locum cinerum projiciamus, i. e. ut mortem meditemur. Hæc *Pintus*.

§. 4.

Huic quam optime adstipulatur *Chrysost. Hom. XLVI. in Matth.* dum ait: Omnibus laborantibus dulcis est finis. Viator libenter interrogat, ubi sit mansio, mercenarius frequenter computat, quando annus completur: agricola semper tempus messis expectat: mulier prægnans semper de decimo mense cogitat; sic servi DEI libenter de morte sua cogitant: ubi enim thesaurus eorum, ibi & cor est. Si haberes solidorum quantitatem in arca tua, oculos illic sæpe haberes: sic sancti illum locum adspiciunt, ubi repositam habent coronam. Nec ab iis gentilis ille *Seneca* diffidet, nam *lib. II. Epist. LXXI.* Quemadmodum, *inquit*, navim eligam navigaturus, & domum habitaturus: ita mortem utique, qua sum exiturus e vita, meliorem. *M. Jac. Reneccius Panoplia Theol. Tom. III. c. XIX. p. 159. 160.* Conf. & *B. D. Misandri* Cr. d. Gl. *p. 1483. 1494. seq.*

§. 5.

Jacobus Billius in Anthologia sua Sacra usum hunc eleganti carmine expressit:

An

An cupis adverſus ſcelerum fœdiſſima quæque
Vulnera per facilem dem tibi promptus opem?
Cum te turpe aliquid tentat, fac illico mentis
Seſe MORS oculis offerat atra tua.
Quisquis enim horrendum CHRISTI morte cum tribunal
Cogitat, hic omnis criminis hoſtis erit.
Flante velut valido nubes aquilone fugantur:
Sic meditata ſcelus Mors procul omne fugat.

D. Frid. Balduin. Caſ. Conſc. lib. III. c. IV. Caſ. VII. p. 672. D. Joach. Hildebrand. in de Arte bene moriendi c. I. §. 11. p. 8. Tota vita ſapientis debet eſſe meditatio mortis, & valde ſe ſollicitat in bono opere, qui ſemper cogitat de extremo fine. *Gregorius ap. Dn. a Beuſt l. c. p. 4.* Domitianus Imperator invitatos ad convivium, in palatium nigro panno obductum induxit, ubi tantum duæ ardebant candelæ, & quemlibet loco ſolii, in tumba collocavit, dicendo: VIVE MEMOR LETHI. *Xiphilinus ap. Rad. in Orat. Ext. p. 320.* Meditatio mortis optima Philoſophia! erat inſcriptio in moneta in fun. Philippi II. Duc. Pomer. cuſ. *Cl. Hübner. Hiſt. Pol. Tom. VI. p. 659.*

Mel, vita fel.

Mortis Symbolum olim mel fuit, vitæ vero fel; Nimirum ſicut apis eſt homo, & dum vivit ex floribus virtutum mel æternitatis colligit. Mellis libamina terreſtribus infundebantur, quoniam per voluptates obrepat animæ mors, quæ per amaritudinem reviviſcat: Diis offerebatur fel, quia mors laborum meta eſt, quibus exuberat vita. *Cœlius L. A. lib. XXVIII. c. XXVII. p. m. 551.*

Non metuenda, Matth. X, 28.

§. I.

Quis non maximæ viatorem accuſaret imprudentiæ, ſi in via dum largiter ſudaret, cantans incederet, & peracto mox itinere illacrymaret? Annon demens eſt, qui navigat, quem ad portum appuliſſe piget? (vid. omnino *Phil. Mornæus in Vitæ Mortisque conſideratione p. 9.*) An non vaniſſimus, qui in præcipitio poſitus ſuccurſum ſibi dolet? Atqui longe imprudentior, dementior, ſtolidior, vaniorque eſt, qui cum ad mortem iter faciat, in mortem ſe incidere dolet. Eſt enim Mors verum perfugium, perfecta ſanitas, portus ſecurus, victoria integra, caro ſine oſſe, piſcis ſine ſpina, frumentum ſine paleis. *Guev. l. c. p. 705.* Metuere mortem magna eſt hercule ineptia, *Ariſtophenes* dixit. Et *Sophocles:* ὅϛις βροτῶν τὸν θάνατον ὀῤῥώδει λίαν, μωρὸς πέφυκε, Mortem timet quicunque nimis, is ſtultus eſt. Nam ut *Socrates apud Platonem*

tonem ait: Mortem timere, nihil eſt aliud, quam ſapientem eum videri, qui non ſit ſapiens. vid. *Reuſner. l.c.p. 144. ſeq. 147.*

§. 2.

Non ergo timeas, mens DEO devota, aſcenſum arduum, impervium, inacceſſum? complanavit veſtigiis ſuis Dominus, ſequere Ducem miles, tot martyrum atque hos inter imbellis ætatis ſexusque plurimi hanc ſemitam calcarunt, etiam ſangvine ſignarunt: tu vir non poteris, non auſis nullius adhuc ſangvinis periculo? Vale Chriſti ex hoc mundo, tuum aliquando Vale ſolabitur, ſiccis oculis tuam videbis mortem, inque decretorio momento ita corpore egrediere, ut vivus ſolet e cubili; ita animam exues, ut corpus pallio, ita emittes, ut in hortum ambulaturam, nec multo poſt redituram, venienti occurſurus olympo. *B. D. Danhauer. Hecdec. Homil. P. I. Hom. XII. p. 400. 401.* Quid in tuto trepidas? quid in plano ceſpitas? quid in prono hæſitas? *Petrarch. de R. U. F. P. II. D. CXVIII. p. 644.* Quanto quis ardentius DEum diligit, tanto minus mortem timet. *Thomas de Kempis in Hort. Roſ. c. VII. ap. Tungerl. Prompt. Evang. T. II. p. 745.* Symbolum Henrici II. Regis Navarræ mortis ſceleton pingentis, eidemque inſcribentis: TE NUNQVAM TIMUI! *Typotius Symb. p. 382.* Sit etiam tuum!

Metuunt te omnes, Ego te timui nunquam.
Schreck, wem du wilt, keine Furcht und Schrecken,
O Knochen-Mann! ſolt du mir erwecken!

D. Dexel. Theatr. Hiſt. curioſ. Tit. LXXI. p. 511. Vid. & Appar. Noſtr. Nom. Propr. Bibl. *Tom. III. p. 380. ſeq. D. Mengering Informat. conſc. Evangel. Feſt. Purif. Mar. Q. III. p. 150. ſeq.* Foro Livii in Italia inſcriptio ſepulchralis reperitur, ubi ab una parte picta *Mors*, his verbis: NON TERRORI, VERUM LÆTITIÆ SOLAM SPEM IN DEO HABENTI, FUTURA SUM! Ab altera *Vita*, hiſce: VITA FALLAX, CRESCENDO DECRESCENS, MORTIS LUDIBRIO QVOT ILLAQVEAS? *Chytræus Delic. Itin. p. 348.* Mors miſerabilis cordatis non eſt. *Demoſthenes ap. Svid. p. 625.*

Qui bene præteritos ſine labe peregerit annos,
Non horret mortis vulnera dira pati. *Owen. p. 114.*

§. 3.

Placent, quæ Melanchthon memoriæ cauſa notavit in charta, poſt mortem ipſius reperta, quam *Voëtius* refert *Diſſ. de docta ignorantia p. 111. Sel. Diſp. p. 682.*

NOLI METUERE MORTEM

Quia

Qvia
LIBERABERIS A PECCATO,
AB OMNIBUS ÆRUMNIS,
A TYRANNIDE DIABOLI,
A RABIE THEOLOGORUM;
Quia
VENIES IN CONSPECTUM DEI;
ET IBI DISCES ARCANA MYSTERIA
DE DEO, QVÆ IN HAC VITA
ASSEQVI NON POTUISTI.

D. Joh. Frid. Mayer. Diss. Sel. I. p. 4. 5.

Non, si per trepidas luctifica manu
Intentet tenebras mors mihi vulnera,
Formidem, Duce te, pergere, me pedo
Securum facies tuo.

D. Danh. Hom. Acad. V. P. I. p. 194.

Da Pater extremæ cum vitæ advenerit hora,
Te præsente mori, nil me terrentibus umbris,
Inque tuos animam amplexus effundere ovantem,
Hoc tantum mihi, plura aliis optantibus, adde.

Joach. a Beust in Orthod. Enarrat. Evang. P. *I. p. 414.* Fidem illi deesse, dicit *Cyprian. L. de mortalitate*, qui mortem nimium horret. Et alibi: Ejus sit mortem timere, qui nolit ad Christum ire, ap. *Hildebr. in de art. ben. mor. c. I. §. 5. p. 3. & c. IX. § 31 p. 172.*

Militis strenui & Veterani.

Vid. Appar. Cur. Tom. I. p. *1513 - 1520.*

Ministri Principis.

Ibid. p. *1520.*

Mortua.

Anchora spei nostræ, navis fidei, mare amoris,
Terræ sal, cœli Sol, animæque salus:
Morte tua lethum deletum, mortua mors est;
Crederet at mortem quis potuisse mori?

Owenus lib. III. Epigr. LXXVIII. p. 58.

Munera ex Diis sola non amat.

Μόνος θεῶν θάνατος δώρων ἐκ ἐρᾷ.

Mors sola ex Diis munera non amat.
Panditur ad nullas janua nigra preces.

Æschylus ap. Svid. p. 427. Cardinalis Beaufort moriens dixisse dicitur: Pfui! nonne mors pecunia flecti vult? Vel totum regnum solverem. *M. Joh. Sam. Adami Flor. Anglic.* P. *II. p. 165.*

Natalis dies.

Veteres Christiani diem mortis Sanctorum pulchre vocarunt Natales. *Petrus Chrysologus Serm. CXXIX.* Natalem Sanctorum cum auditis, charissimi, nolite putare illum dici, quo nascuntur in terram de carne; sed quo de terra in cœlum, de labore in requiem, de cruciatibus ad delicias. Vid. Appar. Cur. Tom. I. in Tit. *Dies Mortis natalis, p. 975.*

An contra, an secundum Naturam?

§. 1.

Mors naturalis dici potest, arbitratu *Henr. Maji Synops. Phys. vet. nov. Tr. IV.* P. *I. c. II. Ax. IX. p. 113.* non quod sit DE NATURÆ INSTITUTÆ PRINCIPIO, sed quod sit DE NATURÆ DESTITUTÆ IMPERIO, & immutabili lege consequatur naturam corruptam. Hinc etiamsi arbor vitæ e Paradiso hodie nobis adesset, non tamen immortalitatem causaret. Quia mutata est recipientis conditio. Factus est nimirum homo alterius generationis, corruptæ naturæ, & longe alterius vitæ Syndesmo constrictus. vid. *Garman. l. c. Diss. Prælim. §. 128. p. 84. Cœlius L. A. lib. XXI. c. IV. p. m. 7. 8. Georg. Bachmanus Exercit. Philos. cent. III. Q. C.* Qvicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita, ut sive peccaret, sive non peccaret moreretur in corpore, h. e. de corpore exiret, non *peccati merito*, sed *necessitate naturæ*, anathema sit, decisum erat Synodi Milevitanæ A. C. 402. hab. ap. *D. Sal. Gesnerum Histor. Narrat. Omn. Concil. p. 204.* Nam si Adam in mandato perseverasset, vivus permansisset. *Svidas in v.* ἀνάστασις *p. 78* Quod comminationis loco homini denunciatur, non est conditio οὐσίας, se poena ἁμαρτίας. *D. Joh. Meisnerus de Imagine DEI in Homine ante lapsum §. 46.*

§. 2.

Si Adam *natura* fuisset mortalis, fuisset ex *defectu* aliquo vel *anima* vel *corporis naturali.* Non *animæ*, cui inter alia *Psellus* σύμβολα τῆς ἑαυτ ἰδιότητος, hanc ἀθανασίας dotem naturaliter insevit DEus, officiumque ho in illo statu demandavit, ut jugiter animaret corpus, sibi hypostatice unitum nec nisi peccato superingresso solvendum. Non *corporis*; nam tametsi illu *in abstracto*, extra unionem cum anima naturalem, corrumpi potuisset n

tura

turaliter: tamen in *concreto*, quatenus Spiritui vitæ conjunctum animale ac vitale factum fuit, corrumpi nec debuit, nec per naturam suam potuit jam, quia citra peccatum, ex dispositione DEI creatoris, unio ejus cum anima non potuit solvi ulla naturali causa vel interna, vel externa. Talis *perfectio naturalis* corporis, vel *inconveniens* fuisset humanæ naturæ, vel *impossibilis*: Non *inconveniens*; Quia animæ rationali, eo quod immortalis est, corpus quoque immortale aptissime congruebat; Non *impossibilis*, quia Deus ita voluit.

§. 3.

At corpus, *inquiunt*, unitum animæ rationali, necessitate materiæ naturaliter corruptibile est. Resp. 1) ante unionem, aut extra eam, *concedo*: in unione, *nego*. Ἄλλο εἶδος, ἄλλη ὕλη. Itaque etsi materia naturaliter inclinet in corruptionem; forma tamen naturaliter perficit ad incorruptionem. 2) *De proxima potentia corruptibilitatis* falsum est, hominis primigenii corpus naturaliter corrumpi potuisse: Non enim caro corruptibilis animam peccatricem; sed anima peccatrix fecit carnem corruptibilem, *Aug. lib. XIV. de C. D. c. III.* Ergo, ut *Chamier Tom. III. lib. I. c. 7. n. 6.* Quod dicitur, corpus habere a suis principiis, & compositione, ut sit mortale & corruptibile; Distingvo: per *potentiam propinqvam* aut *remotam*. Nam per *remotam* conceditur, ut semen ligni potest esse navis. Sic enim creatus est homo a DEO, ut compages illa animæ & corporis dissolvi posset aliquando, cui simile nihil est in Angelis: At per *propinquam* negatur, sic enim Deus hominem ex suis principiis composuerat, ut nihil in eo esset, quod vergeret ad interitum ante peccatum. *Ursinus Quæst. Biblic. lib. V. c. 18. S. VII. p. 422. 423. D. Kromayer. Theol. Pos. Pol. p. 430.*

§. 4.

Cæterum, obstrepenti, quod primus homo non fuerit liber ab omni omnino passione, quia cibo & potu in naturæ conservationem & arbore vitæ in senii προφυλακτικὸν indiguerit, reponimus distinctionem inter *passiones destructivas & perfectivas*; Illæ ceu doloribus & molestiis infectæ, a statu integritatis plane removendæ; Hæ vero quin de primo homine asserantur, nihil prohibet, quia imagini divinæ non contradicunt, sed potius subordinantur, quatenus absque cibo & potu, quem utique cum mutatione quadam (perfectiva tamen) sumsisset homo, frui ista felicitate diu non potuisset. Ubi tamen notandum, famem & sitim sine molestia, item somnum sine langvore & lassitudine extitisse, neque ad supplendum aliquem defectum, sed ad tempestive ipsi occurrendum, adfuisse. *Meisnerus l. c. §. 47.*

Nobilis, ignobilis.

§. 1.

Deliri nimium mortales, qui extremo vitæ tempore animam agunt, & ſæpe de funeris honore, de ſepulchralibus ſaxis & epitaphiis &c. ſolliciti ſunt, & anxii, cum de re omnium neceſſaria, de ratione jam reddenda de peccatorum expiatione, aut nullam, aut leviſſimam ſuſcipiant cogitationem. Fatui & illi, qui ex ipſis etiam gladiis, venenis, aliisque, quibus moriendum, inſtrumentis, aucupantur gloriolam. Et quam ſæpe falluntur! De Alexandro Imp. *Lampridius*: Tantum, *ait*, animi habuit, ut putaret ſe Diis comparandum, ſi in bello periret. Sed res eum fefellit. Nam gladio quidem barbarico concidit, & ſuo in tentorio ab impura imbecillique barbari ſcurræ manu.

§. 2.

De Heliogabulo idem *Lampridius*: Paraverat funes blatta & ſerico, & cocco intortos, quibus, ſi neceſſe eſſet, laqveo vitam finiret. Paraverat & gladios aureos, quibus ſe occideret, ſi aliqua vis urgeret. Paraverat & in cerauneis & hyacinthis, & in ſmaragdis venena, quibus ſe interimeret, ſi quid gravius immineret. Fecerat & altiſſimam turrim, ſubſtratis aureis, gemmatisque ante tabulis, ex qua ſe præcipitaret, dicens, etiam mortem ſuam pretioſam eſſe debere, & ad ſpeciem luxuriæ, ut diceretur, nemo ſic periiſſe. Sed nihil iſta valuerunt. Nam contra votum ſuum & occiſus eſt per ſcurras, & per plateas tractus, ſordidiſſime per cloacas ductus, & in Tiberim ſubmiſſus eſt. Erratis ergo impii, erratis! Quomodocunque fiat, ferro, ſaxo, ligno, manu, ſemper glorioſa, nobilis, pretioſa eſt ſanctorum mors in conſpectu DEI, veſtra vero ſemper ignobilis, obſcœna & infamis.

§. 3.

Gleich wie dieſe in allen ſündlichen viehiſchen Lüſten gelebet, ſo werden ſie auch gleich dem Vieh nimmer des ewigen Lebens theilhafftig werden. Quidni ſimiliter exeat, qui ſimiliter vixit? more beſtiali incubuit terris, more beſtiali excedet terris, ſagt *Bernhardus Serm. LXXXII. in Cant.* wann er die Worte Salomonis: **Es gehet dem Menſchen, wie dem Vieh, wie dis ſtirbt, ſo ſtirbt das auch,** Eccleſ. III. v. 19. betrachtet: (Loquitur Salomo hic, ſi non ex vitiatæ carnis & impiorum voluptatibus ſecure indulgentium ſenſu, quod placuit *Gregorio lib. IV. Dial. c. IV.* de *moriendi neceſſitate*, quæ hominibus cum brutis eſt communis, nequaquam de *parili utrorumque ſtatu ac conditione poſt mortem.* vid. *D. Waltherus Diſſ. de Immortal. Anim. Rat. p. 26. D. Pfeiff. Dub. Vex. c. III. p. 657. ſeq. Scherzer. Syſt. Def. p. 115. 574. D. Laſſen.*

Atheiſm.

Atheism. Devict. N. XLIV. p. 650. seq. Hackspan. in h. l. p. 467. seq. Geier. in h. l. p. 114. seq.

§. 4.

Sicut bruta vixerunt, sicut bruta pereunt, schreibt Chrysostomus *in Psalm. LXXXIV.* **Sie haben gelebet wie das Vieh, drum fahren sie auch davon wie ein Vieh**, Psalm. XLIX. v. 21. (*Hackspan. in h. l. p. 213. seq.* Similiter pereunt, sed non similiter puniuntur. *Salvian. lib. III. contr. Avarit. p. 122. & Rittershus. in h. l. p 513. Francisc. ab Husen Annot. ad R. Isaac. Abrabanel. Comment. in Hos. c. IV. p. 235. 236. Drexel. in Daniele c. XII. §. 1. p. 804.*

- - - qui pecudum ritu terrena secuti
Neglexere Deos, pecudum quoque corpora justo
Judicio induere. *Palingen. Zod. Vit. lib. VI. in Virg. p. 160.*)

Drum wurde nicht ohne Ursach denen vormahligen Canonicis zu Münster, wenn sie sterben wolten, ein Schweins-Kopff vorgehalten, und gesagt: Sie hätten gelebet wie die Säue, drum solten sie sich bekehren, wo sie nicht sterben wolten wie die Säue; *Limnæus lib. VIII.* P. *I. c. I. n. 30.* Notatu ibidem digna sunt verba *Joh. Gorop. Becani:* Non equidem, *inquit*, suilli capitis concionem derideo, sed mallem ut mox in principio, dum in Canonicorum Collegium cooptantur, cum porcis illis prandium parari, ut diligenter caverent, ut tam lutulento & immundo animali perpetuo comparandi viderentur.

§. 5.

Tertulliorum dogma fuit, hominum animas converti in animantia iis vitiis similia, quibus ipsi viventes addicti fuerint. *D. Joh. Pappus Epit. Hist. Eccles. p. 274.* Sic Benedictus Papa referente Petro Damiano ad Nicolaum Pontificem, quod bestialiter vixerat, eremitæ cuidam in forma asini apparuit post mortem. *Scherz. l. c. p. 556. Micræl. Hist. Eccl. l. III. S. I. Q. XIV. in Catal. Pontif. Ursin. Epit. Hist. Eccl. Sec. XI. p. 129.* Ich erscheine, sagt er, in dieser Gestalt, weil ich Zeit meiner Regierung ohne Vernunfft, ohne Gesetz, ohne GOtt gelebt, und mit allen Lastern den Römischen Stuhl besudelt habe. Barlæus in vit. Benedicti IX. Centur. II. p. 146. ap. *Lassen. l. c. N. XII. p. 728. 761. Heidf. c. XIII. p. 268. Erasm. Francisci* **Ehre der verblichenen alten Heyden, Jüden und Christen** *Convers. II. p. 629. 630. D. J. F. Mayer. Comment. de Electione Rom. Pontif. c. V. §. 3. p. 106. Wolff. Lect. Mem. T. I. cent. XI. p. 217. & cent. XIII. p. 454. a. & T. II. cent. XVI. p. 470. a.*

§. 6.

Bey denen Tunqvinern müssen die Verbrecher, so um Vergebung bitten, einen **Busch von Kräutern** in dem Munde haben, zum Zeichen, daß sie durch unordentliches Leben, und übles Verhalten, denen unvernünfftigen Thie-

dieser aber mit alten zerrissenen Lumpen bedecket ist, und ein Allmosen von dir bittet. Scriv. N. Creat. *Dom. XVI. p. Trin. p. 814.* Theologus quidam refert, hominem divitem moriturum incubuisse sacculo, in quo pecunias asservarat, & cum protraxisset dixisse: Nunc ego te, an tu me deseris? Alium divitem aliquot monetas, majoris formæ sibi adferri jussisse, quas cordi imposuisset, sed dixisse: Frigidæ sunt, accipite, nil juvare possunt. Cum Michael Palæologus, Cæsar Constantinopolitanus, Mugæ Tartarorum Principi, pretiosas mitteret vestes, infit ille: Numquid calamitates, morbos aut mortem depellere possunt? *Adami Flor. Anglic. p. 166.*

Juvenibus.

§. 1.

Illa rapit juvenes prima florente juventa,
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Virgil. Eleg. in Mæcent. obit.

Die Welt, oder das Leben der Menschen ist gleich einem **blühenden** Baum, da die meiste Blüte vor der Zeit abfället, und zu keiner Frucht gedeyet. Der erste Mensch, so gestorben ist, war ein Jüngling, Abel nemlich. Scriv. N. Creat. *Dom. XVI. p. Trin. p. 816.* Ein Jüngling ist wie eine hell-leuchtende Fackel, die man nur darff ins Wasser stecken, so ist von ihren Glantz und Schein nichts mehr übrig, als ein schwartzer Rauch und Dampff. Id. Gedenck-Spr. p. 1240. Junge Leute werden wie Rosen-Knospen, so noch nicht aufgeblühet sind, abgerissen, daß sie im Himmlischen Paradies vollend ausblühen sollen; wie ein Ackersmann mit seinen Feld-Früchten, wann sie reif und vollkommen sind; wie ein Wintzer mit seinen Trauben, wann er besorget, daß sie faulen möchten; wie ein Gärtner mit seinen ausländischen Gewächsen nach seinem Winter-Hause eilet: Also eilet GOtt mit lieben Seelen aus dem bösen Leben. *Carpz.* grün. Geb. p. 362.

§. 2.

Wie man sich nicht unbillig betrübet, wann ein **reich** Schiff aus Indien mit Gold und köstlichen Waaren angefüllet, zu Grunde gehet: Also, wann Kinder von grossen Verstande, und die mit der Zeit was werden können, sterben, und zeitlich davon müssen, ist dieser Verlust höchlich zu beklagen. Einen schönen Schatz haben wir nicht gerne weit von uns. Alexander M. hatte das Buch, den Homerum, so lieb, daß er ihn allezeit unter sein Haupt-Küssen legte, und als er in der Schatz-Kammer des Darii ein güldenes mit Edelgesteinen geziertes Kästlein fand, sagte er: Huic optime servandus dabitur Homerus: Kinder sind dem lieben GOTT die liebsten Schätze, die will er gerne bey sich haben,

und

und achtet sie würdig, daß sie in der Himmlischen Schatz-Kammer aufgehoben werden.

Principibus.

Wie es im Schacht-Spiel zugehet, da hat der König seinen Ort, der Läuffer seine Stelle, ist das Spiel aus, so werden sie alle in die Büchse untereinander geschmissen, wie auch mit der Karte geschicht; Also gehet es mit den Menschen in der Welt, es hat ein ieder nach seinem Stande seinen Ort, entweder hoch oder niedrig, letzlich werden sie im Tode alle in die Erde ohn Unterscheid geleget, die unser aller Mutter ist. *Drelinc.* Schr. des Tod. *c. II. p. 13.* Pulchrum symbolum humanæ vitæ potest esse lapis ille pretiosus, quem *autore Dorotheo*, Angelus dedit Alexandro M. Paradisum ingredi quærenti: hic enim lapis omnes alios pretiosos in bilance superabat, etiam simul positos: Conspersus vero pulvere minimo, minima pluma levior fuit. Hunc lapidem pulvere obsitum in Symbolo habuit Alphonsus Arragoniæ Rex cum Lemmate: IN PULVERE NON REX. *D. J. A. Weber. in Art. Discurr. Font. LXXXVIII. Ex. V. p. 701. M. Radau Orat. Ext. P. II. c. VII. Q. II. p. 317.* Episcopi Constantinopolitani ita olim gratulabantur Imperatoribus: IMPERATOR ORIARIS, IMPERATOR MORIARIS! quæ verba etiam ab Imperatoribus inter gemmas diadematis circumquaque scripta portabantur. *Id. ib p. 323.*

Senibus.

Alte Leute solten seyn wie die Schiffer, die mit wohlbeladenen Schiffe fertig liegen, und auf guten Wind warten, und wenn sie denselben vermercken, ihre Ancker mit Freuden aufziehen, alle Segel beysetzen, und mit völliger Hoffnung ihre Reise nach dem Vater-Lande antreten, wie Simeon, der des Tages seiner Abfertigung mit Verlangen erwartete, und nachdem er seinen, und der Welt Heiland gesehen, in Friede dahin fuhr.

Omnibus.

§. 1.

Der Hauß-Vater bricht Blumen und Obst in seinem Garten, wann es ihm gefällt; itzt muß der Knopff herhalten; itzt wartet er bis die Blume gäntzlich vergehet; bisweilen nimmt er das Obst, wann es noch grün ist, vom Baum, und bisweilen läst er es zeitigen. Solte denn GOtt die Macht nicht haben, daß er nach seinen Willen alles, das auf seinem Erb-Gute wächst, verwalte. *Drelinc. l. c. c. X. p. 141.* Wann die Blumen ihren Schmuck verlohren haben, da ist die eine nicht besser, als die andere. Weil wir alle aus dem Staube sind, so werden wir alle zu Staub. Der Tod klopffet alle Tage bey dir an, er ist wie ein

Quid Oberit?

Quid mihi mors oberit? quo me lux ultima damno
Afficiet? nullo nimirum. *Paling. L.VI.in Virg.p.161.*

Omnes tollit.

Sub tua purpurei venient vestigia Reges,
Deposito Luxu, turba cum paupere mixti;
Omnia mors æquat.

Der blasse Knochen-Printz braucht keine Höfflichkeit,
Schreibt unter seine Fahn die Fürsten und die Bauren:
Stürtzt manchen Hirten-Knecht in seiner Sicherheit,
Und weiß in dem Pallast auf Cronen auch zu lauren.

Claud. II. de Rapt. Proserpin. & Horat. l. I. carm. od. IV.

Pallida Mors æquo pede pulsat, pauperum tabernas
Regnumque turres.

König, Fürsten, Herren, Knecht,
Finden sterbend gleiches Recht!

Diese nothwendige Sterblichkeit præsentiret die Pech-schwartze Nacht, so mit ihrer dunckelen Finsternis alle Klarheit und Glantz aufhebt, mit der Beyschrifft:

Colores omnes contegit.

Der Cronen Pracht,
Der Bauren Tracht,
Die Todes-Nacht,
Hat gleich gemacht!

Die Ohnmachts-reiche Majest. bildet ab voriges Bildnis, welches alles unerkänntlich macht, mit denen Beyworten:

Ita lux amissa lugetur!

Wo ist der Cronen Licht, wo trifft man Zepter an?
Sie leider! fallen hin, niemand sie finden kan!

Ihre flüchtige Würde stellen bestens vor, der, bey niedergehender Sonne entweichende Abend-Stern, diesen Beysatz führende:

Cadentem comitor!

Weil meine Sonne stirbt, auch meine Hoheit fällt,
Mit ihren Untergang, mein Grund-Stern gleich zerschellt!

Autor Relat. ex Parn. Ann. 1698. N. 95. 70. 71. Mors omnia solvit. Vid. *Barbosa Thesaur. LL. CC. Jurisprud. lib. XI. c. LI. Axiom. XI. p. 480.*

ὀψώ-

ὀψώνιον, Stipendium, Rom. VI. ult.

Vocatur mors ὀψώνιον, auctoramentum, quid autem fuerit, ex historia liquet, quod videlicet non in genere ſolum fuerit ſtipendium militare, ut uſurpatur 1. Cor. IX. v. 7. a quo apud Livium multoties milites dicuntur auctorari, vel exauctorari: ſed maxime ſtipendium illud, quo gladiatores ſervi venalem ſangvinem inſanæ populi voluptati impenderunt. De his *Seneca Epiſt. VII.* Quid miraris, *ſcribit*, ſi uri, vulnerari, occidi, alligari juvat? aliquando etiam libet. Hoc itaque vult dicere Apoſtolus: Peccato tanquam Domino veſtro, & quaſi laniſtæ ſerviiſtis hactenus: ejus corporis & animi ſalutem propoſuiſtis: præmium ſi quæritis, & auctoramentum? Mors eſt. *Danhauer. Id. boni Interpr. & malit. calumniat. Artic. IX p. 158. 159. Ipſius Utis p. 358. 359. D. Chriſt. Weber. Levit. Fugit. c. XVIII. n. 66. p. 41.* Stipendium dicitur a *ſtipe* & *pendo*, & quod eſt merces operanti, hoc eſt ſtipendium militanti. Stipendium ergo peccati merito mors dicitur, quia malitiæ diabolicæ mors æterna tanquam debitum redditur. *Tungerlar. Anal. Epiſtol. Dominic. Logic. Theol. P. II. p. 68. D. Ægid. Strauch. Compend. Theol. Poſit. Polem. Artic. VI. Aphor. III.* p. 250.

An Optanda?

§. 1.

Reſp. Diſt. inter cauſam impulſivam, quæ poteſt eſſe, vel tædium carnale, & impatientia, vel pium deſiderium, Phil. I. v. 23. 2. Cor. V. v. 8. priori modo negatur, (hoc quippe mortis captandæ votum a bonis moribus eſt alienum, plenum triſtiſſimi eventus, ac jure reprobatum, *Barboſa l. c.*) poſt affirmatur. *D. Gerhard. Loc. Theol. Epit. Tab. XXVII. p. 150. Brochmand. S. T. T. II. Art. XLIV. C. c. II. p. 599. Prückner. Illuſtr. Quæſt. Th. cent. II. Q. XLIX. p. 79. Danh. Theol. Conſcient. T. II. D. VII. p. 416. Oſiand. Th. Caſ. P. VI. c. VI. p. 252. Gvil. Ameſius caſ. conſcient. l. II. c. XVII. Q. II. p. 121.* Henrici V. Imp. Symbolum erat: MORTEM OPTARE MALUM, TIMERE PEJUS. *M. Frid. Hildebrand. Syn. Hiſt. Un. Per. VIII. §. 19. p. 193.*

Gantz unrecht iſt mit wünſchen ſich herziehen
Den Tod. Doch Schand iſts: wollen vor ihm fliehen!
Quod nequeas vitare fugis? mors omnibus inſtat;
Nec formidanda eſt, nec fugienda tibi.

Owen. Epigr. lib. p. 119.

§. 2.

Mortem ſibi quidam ex ſummo æternæ felicitatis deſiderio intulit. Exemplum accipe *Annæi Roberti l. I. Rer. Judic. Q. XII.* Suſpendit ſe aliquis

 cum

cum prius chartulæ hæc verba inscripsisset: *Dissolvar, ut sim cum Christo.* Excusabimus illum? absit hæc immatura & præceps misericordia. *Augustini* probamus sententiam *L. I. de C. D. c. XXVI.* Nemo sibi mortem inferat desiderio melioris vitæ, quæ post mortem speratur, quia reos suæ mortis melior post mortem vita non suscipit. *B. D. J. F. Mayer. Disp. Sel. IV. §. 20. p. 141.* Sic & commemorat *Antonius Matthæi,* quod se puero multus fuerit sermo inter populares, de juvene quodam rusticano, qui concionatoris eloquentia accensus, cum de vitæ æternæ gaudiis ornatius dixisset, lethale sibi vulnus inflixerat, ignorans miser, hæc gaudia exspectanda, non rapienda esse. Non dissimilis etiam cujusdam exitus fuit, qui lecto libro Platonis de immortalitate animæ, in mare præcipitem se dedit, ut scribit *Tullius Quæst. Tuscul. I. Henr. Frid.* Monsel *Diss. Inaug. Jurid. de Præcept. Decal. Non occides, sub Præsid. Dn. Bernhard.* Schulzen *An. 1670. Rintheli hab. §. 13. p. 25.*

Nil opus ante diem prece numina poscere mortem,
Excubat ante tuas mors truculenta fores.

§. 3.

Hinc non omnibus æque probatur, quod multi Christianorum in primitiva Ecclesia ad martyria properarunt. Nam ut *August. de C. D. lib. I. c. XX.* scribit: Neque frustra in Sanctis Canonicis libris nusquam nobis divinitus præceptum, permissumve reperiri potest, ut vel ipsius adipiscendæ immortalitatis causa, vel ullius carendi cavendique mali causa nobismet ipsis necem inferamus. *M. Tob. Eckhardus Diss. Mor. de Facto Hielis cum dispendio Filiorum jerichuntem ædificantis ex 1 Reg. XVI, 34. §. 14. Paullini* Zeit-Verkürtz. Lust *Tom. III. c. XCV. p. 626. seq.* Conf. & *M. Lud. Dunte C. C. c. X. S. II. Q. XXXVIII. p. 324. 325. Dedeken. in Append. Consil. p. 190. Pfannerus Syst. Theol. Gent. Pur. c. XVII. §. 4. p. 397. D. J. A. Osiand. Th. Cas.* P. *II. c. V. p. 1265. seq.* Apud veteres super igne erat religio, ut cum exstingvere nefas esset, quem potius per sese languentem deficere sinebant. Tale quid in nobis veluti per Hieroglyphicum indicantes, ne vi animam exturbaremus, nobismet ipsis mortem consciscentes. P*ier. Valer. Hierogl. lib. XLVI. c. VI. p. 579.*

Optima quæ?

Vid. A. N. P. B. *Tom. III. p. 367. seq.*

Optima tunc mors est, cum vita est criminis expers:
Mors felix, vita est cum tibi cara magis. *Owen. p. 113.*

Pallida.

§. 1.

Si ægri & agonizantes faciei & formæ dispendia & mutationes etiam

post mortem adhuc oculis suggerant, mirum nemini videbitur. Pallent ante obitum communiter, nisi stent in summo Plethoræ fastigio, aut calore, ut in morbis acutis & pestilentibus fieri solet. PALLIDA proinde MORS *lib. I. Od. IV. Horatio*, & PALLIDUS ORCUS *Virgilio l. I. Georg. v. 277.* quod sit locus pallidorum, i. e. mortuorum, & pallentium umbrarum, ut *Claud. Salmasius de Annis Climact. p. 829.* interpretatur. Pallor tamen ille faciem non mutat in quibusdam. De Paula *S. Hieronymus (in Epitaph.)* Nihil pallor mutaverat faciem, sed ita dignitas quædam omnia compleverat, ut putares non mortuam, sed dormientem. In Ægypto mortuorum imagines & simulacra tristitiam aliquando præ se tulisse dudum annotavit *Dio Cassius l. LI. Hist. Rom. p. 279.* Domino *Gabr. Claudero* olim affirmavit amicus quidam, si sangvis alicujus in animalem, quem vocant, lapidem, aut Rubinum, exaltatus Pictorum coloribus misceatur, iisque effigies illius formetur, tunc ex permanente vegeta effigiei forma illius absentis sanitatem, ex coloribus priorem venustatem perdentibus, illius morbum; e coloribus pene decidentibus, illius mortem certo colligi posse. Hac ex observatione *D. J. L. Hannemanni Misc. Cur. D. III. A. III. Obs. LXII. p. 76.* addo imaginem Generosissimi Domini pictam, vultum floridum & vegetum referentem in ipso articulo mortis, quo hic Eques vita sua functus, etiam vivido fuisse privatam, & pallidiorem visam.

§. 2.

Id tamen curiosum exercere poterit, quod pallor iste aliquot a morte horas, aut dies in ruborem iterum migrat. Cadavera, quæ Anatomiæ causa pluribus diebus servantur, post flavescentem illum colorem, quo postqvam expirarunt, pallent, exactis aliquot diebus rursum malis, & carnosioribus locis rubere, *Felix Platerus cent. posthum. quæst. Med. Paradox. n. 8.* Serenissimus quidam color post mortem e vultu Wenceslai VI. Bohem. & Polon. Regis, teste *Bohuslao Balbino Dec. I. Miscell. Bohem. l. IV. P. III. Tit. XXVI. p. 31.* emicabat. Zu Dornick ist vor 3. Wochen ein Soldat, Nahmens Villere, an seinen Wunden, so er bey Sternkerken empfangen hat, gestorben. Nach seinem Tode ist er schöner worden, als er bey Lebzeiten gewesen, und weil noch einige Wärme, und keine Fäulung bey ihm zu spüren, hat der Bischoff allda befohlen, ihn in einem offenen Sarge in ein Gewölbe zu setzen, bis man sehe, wie es ferner mit demselben ablauffen werde. Hæc e *Novellis Lipsiæ impressis.* Dantur & facies nigro colore horridæ, qualis in Catharina Bononiensi, teste *Anonymo P. I. Descript. Ital. p. 72.* conspicitur. vid. *L. Garm. de M. M. l. I. T. IV. §. 26. 27. p. 160. 161. Cluverus Diluc. Apocal. T. II. p. 243.*

Parcit nulli.

§. 1.

Es bleibet bey des unerbittlichen Todes unwandelbaren Ausspruche und Symbolo, welches in seiner schwartzen Trauer-Fahne mit weissen Buchstaben angezieffert stehet: PARCO NULLI! Ich schone niemandes! *Halm. Parent. p. 366.* Von den Poeten wird der Tod mit einen Köcher, Bogen und Pfeile gemahlet, so daß er nach seinen Gefallen bald den, oder jenen erlege, mit der Beyschrifft:

Sævit in omnes!

Des Todes Grausamkeit,
Erstreckt sich weit und breit!

D. Mis. C.C. P. I. *p. 786.* Augusti aula, uxor, filia, nepotes, privigni, soror, Agrippa, cognati, familiares, amici, Arius, Mæcenas, medici, popæ, aula tota morti concessit; Tum ad alia te transfer, mortemque cogita, non unius hominis, sed gentis totius, Pompejorum puta; nec illud minus, quod tumulis inscribi solet: ἔϛχατος τȣ͂ ἰδίȣ γένȣς, ULTIMUS HIC GENERIS SUI! *M. Antoninus Imp. Vit.* Propr. *lib. 8. §. 31. p. m. 75.*

§. 2.

Die Rabbinen meynen zwar, wann ein Mensch nach dem Gesetze GOttes wandelt, so könne er sich hiermit des Todes eine Zeitlang erwehren, wie sie denn dessentwegen das Exempel Davids anführen, daß er eben an den Sabbath, da er gestorben, sich in Betrachtung des Gesetzes GOttes geübet, und da hätte ihm der Würg-Engel Samael nicht beykommen können, hätte dessentwegen einen starcken Wind erreget, so die Bäume am Hause trefflich beweget, damit er David möchte von seiner Stelle bringen, und an seiner gottseligen Ubung hindern. Als nun David hinab gehen wollen, nach den Wind und Geräusche der Bäume zu sehen, hätte er der einen Stuffe verfehlet, und im Erschrecken das Gesetz aus dem Gemüth gelassen, und also hätte ihn der Würge-Engel alsobald erleget. Und meynen die Jüden, weiln David ein **Mann nach dem Hertzen GOttes** gewesen, Act. XIII. v. 22. 1. Sam. XIII. v. 14. so hätte der Tod ihn nicht können fällen, er hätte keine Macht an ihn gehabt, sondern wäre wie Enoch und Elias, gen Himmel gefahren, wann er der einen Stuffen nicht verfehlet, Uriam nicht getödtet, und mit seinem Weibe Ehebruch getrieben hätte, 2. Sam. XI. *R. Menasse ben Israel de Term. Vit. lib. II. S. VI. p. 88.* Allein hiervon weiß die heil. Schrifft nichts, David hatte mehr, als einmahl gesündiget, wie sonderlich aus den 19. 25. und 51. Ps. zu ersehen, darum war er auch

um

um der Sünde willen dem Tode unterworffen ꝛc. *D. Chrift. Nicolai* in der Evang. JEs. Fr. P. *II. p. 130.*

§. 3.

Totus experitur mundus, quantæ ſint in communi hoc hoſte vires, quantæ truculentiæ! potentior eſt, quam verbis exprimi; crudelior, quam mente cogitari poteſt. Hæc quippe eſt *Proſerpina illa* Stygia, quæ tres illas ſorores, vitæ humanæ penſa trahentes, ſemper occupatas habet, & vacare ſinit nunquam. Hæc eſt *Megæra illa* verſuta & venefica, quæ jam totis ſex annorum millibus, veneficiis & homicidiis nobilitata, ſine vita vivit, ſine dominio dominatur. Hæc eſt *Furia illa* immitis ex invidia Satanæ, orci obſtetricatu, in hunc mundum immiſſa, quæ non ſcit, niſi morbos injicere, non aſſveta, niſi ſtrages miſcere. Hæc eſt *Parca illa* minime parcens; ducit Reges, trahit populos, gentes conficit; nec divitiis redimi, nec flecti precibus, nec molliri lachrymis, nec viribus ſuperari poteſt. Hæc eſt *Chimæra illa* triformis, quæ ex Diaboli cum hominis imaginatione mixtura concepta, a carne noſtra editur, in ſui ipſius exitium, monſtrum quod omnes exhorreſcunt, omnes averſantur. Mane primo ſurgit, ut interficiat non egenum tantum, ſed & divitem; non ſervum tantum, ſed & Dominum, nempe Philoſophi, Sophiſtæ, Theologi, Juriſtæ, Medici & ægroti, divites & pauperes, Domini & ſubditi, infimi & ſupremi, ſenes & patres, infantes & matres, excepto prorſus nemine, coguntur illuc ire &c. Lex dicta omnibus: *Terra es, terra eris, in terram reverteris!* mortalis es, moriendum tibi eſt: ex quo naſcimur, neceſſum eſt, ut moriamur. *M. Baum. Anal. Typ. p. 1427. 1428.* Mortis in vexillo, deſcripta extat lex illa Stoica: PARCO NULLI! CEDO NULLI! Falx ipſius acutiſſima non membrorum tantum compagem, ſed & animæ ſolvit cum corpore ligaturam. *D. Stegman. T. I. Chriſtognoſ. p. 1069.*

Paſtoris.

Vid. Appar. Cur. *Tom. I. p. 1520 - 1528.*

Patris docti filium doctum relinquentis.

Tæda extincta adhuc candens igneos halitus exſpirat, cum lemmate: EXTINCTA LUCE SUPERSTES. Seneca:

- Nunquam ſtygias fertur ad umbras
Inclyta virtus. *Picin. M. S. l. II. c. III. n. 87.*

Extra Patriam.

§. 1.

Angli eum infelicem, & ſemi hominem putant, qui alibi, quam in Britannia

tannia sit natus; eum porro infelicissimum, cui extra Insulam in aliena terra Spiritum atque ossa reliquisse contigerit. *Lansius Contr. Britann. p. 564.* Sed ubicunque quis sepeliatur, & Domini est terra, *Chrysostomus* inquit ex Ps. XXIV, 1. ap. *Scherzer. Syst. Def. p. 553. Danhauer. Hodosoph. Phæn. XII. p. 1442. Cunæum de Rep. Hebr. l. III. c. IX. p. 500.* Orbis terræ, quasi domus angusta est, & ipse quadrangularis, cujus ab extremo ad extremum transitus. Et hic vivere, illic mori, non pluris est fortibus animis, quam pro vario usu balneum triclinio, seu brumali, æstivum thalamum mutare. *Petrarch. l. c. p. 662.* Christiano totus hic mundus una domus est, & idcirco in quemcunque locum conjectus fuerit, admixtus DEI rebus, exilium non poterit reputare. *Pontius Diaconus in vita Cypriani ap. Wilh. Alardum in Christiano l. VII. c. XI. p. 585.* Mortui & olim ibi sepulti, ubi erant mortui. *Laurent. Polymath. l. II. Diss. III. p. 93.* præsertim in bello. *Joh. Kirchman. de Fun. Rom. l. III. c. VII. p. 235.* Wer um Christi willen stirbt, der hat ein ehrlich Grab, er liege, wo er wolle, sagte Conradus III. Römischer Käyser, als etliche nicht wolten wider die Türcken ziehen, ap. *Zinckgref Apopht. P. I. p. 27.* Es ist überall gut zu leben, wo man einen gnädigen GOtt, und gut zu sterben, wo man seinen Erlöser im Hertzen hat. *Erasm. Francisci* Ehre der verblichenen alten Heyden *Convers. II. p. 435.* Uberall kan ein Christ mit dem Christl. Poeten Prudentio sagen:

Et totus veniam, nec me vel dente vel ungve
Fraudatum removet patefacti fossa sepulchri.
Ich werde gantz und gar lebendig wieder kommen,
Von meinem Leibe wird mir auch kein Zahn genommen.

D. D. Seiffart in Deliciis Melicis cent. I. c. XXXI. p. 144.

§. 2.

Quomodo fabula, sic vita: non quamdiu, sed quam bene acta sit, refert: Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas: quocunque voles, desine: tantum bonam clausulam impone. *Sen. Epist. LXXVII.* Hinc Gratiani Symbolum:

Non quamdiu, sed quam bene!
Wie wohl und nicht wie lang man hat gelebet,
Den Ruhm verdient, und wird von GOtt erhebet!

M. Frid. Hildebrand. Syn. Hist. Univers. Period. VII. §. 6. p. 137. Happelius Thesaur. Exotic. in Hungar. p. 158. Picinell. M. S. T. II. l. XXV. c. XXIII. n. 82. p. 269. Drexel. Prodr. Æternit. c. I. §. 23. p. 57. R. Salomo colligit, pulverem illum, ex quo primus homo formatus, collectum fuisse a quatuor plagis terræ; Quod ideo factum senrit, ut terra, ubicunque locorum homo moreretur,

retur, illum humandum reciperet. *Fagius ad Gen. II, 7. in Op. Angl. seu Crit. sacr. Tom. I. p. 43.* Apud *Plutarch. in Numa* hæc lex sepulchralis reperitur: Ubi mortui corpus condes sacer esto!

§. 3.

De morte extra Patriam videantur, exempla ap. *Patrarcham l. c.* Eleganter Anaxagoras peregre moriens, an in patriam referri vellet, amicis interrogantibus? Nihil necesse est, *inquit*, & adjecit causam: Undique enim ad inferos tantundem viæ est. *Erasm. Apopht. l. VII. in Anaxagora Clazomenio p. 624.* quod responsum non minus convenit ad coelum ascensuris, quam casuris ad inferos. *Petr.* p. *665.* Nihil necessum, ut quis de reditu in Patriam sit sollicitus: cum certum sit, æque propinqvum esse Americæ coelum, atque Europæ, Asiæ aut Africæ. *Salmuth in Pancirolt.* P. *II. p. 7. 8.* Quo loco, quove tempore fiat hæc migratio, quid interest? Undique Christi fidelibus ad coelestia regna patet aditus, Neapoli in monasterio montis Oliveti legitur. *Chytræus Delic. Itin. p. 49.* Nihil longe est a DEO, & agnoscet in fine seculi, unde meum corpus excitandum sit, dicebat Monica, Augustini mater ap. *D. Botsac. Mor. Ged. p. 972.* Equidem juraturos hodie jurarim mortuos cunctos, parvi referre, sintne sepulta corpora sua in mari profundo, an in sterquiliniis immundis; sintne ab animantibus devorata, an in campis inhumata manserint, dummodo animæ suæ in choris sint collocatæ coelestibus. *Gvev. H.* P. *l. III. c. XXXVI. p. 640.* Si quæ locorum querimonia justa est, hanc ego facilius viventi permiserim, cujus utcunque forsan intersit, quam morienti, cui omnis loci cura supervacua est. Ubi moreris, illa demum verior patria tua est. Illa te diutius possidebit, nec vagari sinet, & proprium, perpetuumque incolam, sinu amplexa, constringet: disce hanc terram pati, quæ te ortum alibi, transformabit in se. *Petr. p. 660. 665.*

Par via sive salo, par via sive solo.

M. Pexenfeld. Apparat. Erudit. c. XCI. p. 717.

§. 4.

Nihil ergo refert, an quis sub dio, aut in monumentis Patrum sepeliatur.

- - capit omnia tellus,
Quæ genuit: coelo tegitur qui non habet urnam.

Vid. Petrus Cunæus de Rep. Ebr. l. III. c. IX.

Bene *Patritius*, homo Pontificius, cum inquit: Nullum sepulturæ genus magis laudandum puto, quam humationes sub dio, ubi flores & herbæ nascuntur, cum id in sepulchris vetustissimis inscriptum sit:

Sparge rosas, lector, vel candida lilia pone!

Nonne enim pulchrius, ut idem ait, & optabilius est, ut tellus communis omnium

omnium parens, flores, violas, herbas, ac virgulta ultro in tumulis germinet, quam ut inter ſaxa cadavera putreſcant, ea ſcaturientes vermes, ſcarabæi, aliaque turpiſſima monſtra devorent? Imo terra ſic terræ redditur, & filii in matris gremium revertuntur. *Keckerman.* Curſ. *Philoſ. Diſp. XXX. Q. XIII. p. 429. & Syſt. Polit. l. I. c. XIII. p. 232.*

Felix quem viridi ceſpite terra tegit.

Wohl dem, der ſelig wird vom Tode hingeſtrecket,
Und den in ſeinem Grab ein grüner Raſen decket!

D. Miſ. D. B. N. T. P. *III. p. 363.* ita ut non abſone dicatur, præſtare ſi ſine loculis corpora terræ committantur, quo citius ultimum ſuum finem obtineant, & ad principium ſuum (terram) reſolvantur, ſicut laudat hanc Cyri & Ciceronis opinionem *Petr. Gr. Tholoſan.* Synt. *lib. XXXIII. c. XXIII. n. 30. 31.* ap. *H. Gieſebertum Deuteron. Harmon. c. XXXIV. n. 50. p. 1563.* Vivos etiam muſcæ, aut pulicis morſu videmus offendi: at quod funeri ſuo curando non ſatis impenſum eſſet, hactenus quidem nemo fuit conqueſtus. *Anton. de Gvev. Epiſt. ad Fridericum Thalaſſiarchum p. m. 97.*

§. 5.

Sequens Tituli hujus erit ſuperpondium: Ebræi antiqui tradunt, in ſepulchro Prophetæ illius boni, qui in pœnam temporalem alicujus levis transgreſſionis a leone occiſus fuit, 1. Reg. XIII. v. 30. & alterius mali, qui illum ſeduxerat, atque in illius ſepulchrum illatus fuit, quod illa ſepulchri parte, qua bonus ille jacuit, flores eruperint ſpecioſi & ſvaviter olentes, ex parte vero mali ſeductoris creverint fœdæ & fœtentes Spinæ & urticæ, uti refert ex *R. Salomone Sanctius in Reg. cit. loc.*

Pro Patria.

§. 1.

M. Ant. Gordiani II. Imp. Symbolum erat: PRO PATRIA MORI PULCHRUM!

Si minus in patria, patriæ jacet inclytus heros:
At bene pro Patria qui jacet, ille jacet.

Wer für das Vaterland will ſterben,
Kan keinen ſüſſern Tod erwerben.

D. Miſ. C. C. P. I. *p. 746.* Præclare *M. Tullius* Cicero *ad Atticum lib. 8.* Pro patria, *inquit*, & in patria mori præclarum eſt. Et Hector ille Homericus: Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Quem verſum ita expreſſit, *Cicero:* Optimis auſpiciis ea geruntur, quæ pro Patriæ ſalute geruntur.

Unum

Unum augurium monens optimum, defendere patriam: i. e. fungi munere defensoris pro Patria. Quod & *Tyrteus* monet *in Elegia sua:*

In prima pugnantem acie cecidisse decorum est:
Servantem patriæ mœnia cara suæ.

§. 2.

Sic Hector apud *Homerum Iliad. XV.* adhortatur Trojanos, ut pro Patria dimicare, & mori sint parati.

Conferti naves animis ingentibus inter
Quisque suo pugnate loco: nec vulnere quisquam,
Seu mortis fugiat pavidus formidine victus:
Sed jaceat, si quem fati sors dura peremit:
Pro patria magnum decus est profundere vitam.
Nam reliqui cives nostra virtute teguntur:
Et salvæ interea matres, natique manebunt.
Qui sunt ætatis crescentis semina, & urbis:
Templa manent, legesque bonæ; pietasque, pudorque:
Et tunc quisque suis rebus, fundisque fruetur;
Qvum pulsi fugient hostes in patria regna. (*Phil. Melancht. Epigr. lib. III.*

Briseis apud *Nasonem* de tribus ait fratribus:

Qui bene pro Patria, cum patriaque jacent.

Et *Horatius in Odis*: Dulce & decorum est, pro patria mori.

§. 3.

Ut omnibus bonis expedit salvam esse Rempublicam: quæ portus est, & asylum civibus universis, teste *Sophocle:* ita profecto nihil est svavius, quam bene rem gerere bono publico, ut *Plautus* dixit *in Captivis*. Neque enim, secundum *Tullium*, quisquam est tam ingratus, tam impius, tamque nullius humanitatis: qui si patriæ merita resumere velit, non eam magis, quam se ipsum diligat. Quippe quæ communis est omnium nostrum parens: cui nos primum natura conciliat: & quæ omnes omnium caritates complexa est: ut non possit cognatio ulla propior esse, quam ipsius Patriæ: qua nihil dulcius, nihil amabilius, nihil carius esse debet: pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus. Qvumque omnibus sit definita mors: optandum est profecto magis, ut vita, quæ necessitati debetur, patriæ potius donata, quam reservata naturæ videatur. Quod sane qui faciunt, i. e. qui mortem oppetunt pro Republica: & hoc modo cariorem sibi docent esse patriam, quam semetipsos: nunquam eos mortem potius, quam immortalitatem assecutos putabo. Siquidem pro brevi vita, memo-

ria his reddita est vitæ perpetua. Quo accedit illud, quod omnibus, qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certus est in cœlo, ac definitus locus, ubi beati ævo sempiterno fruantur. *Reusner. Class. I. Cæs. Rom. Italic. Symb. XXXIII. p. 115.* quæ posteriora verba & in palatio quodam Venetiis adscripta leguntur. *Chytræus Delic. Itin. p. 133.*

§. 4.

Ex Philosophis Gentilibus & Cicerone pluribus hoc deducit *Jaso Maynus in Orat. ad invictiss. Rom. Regem Maximilianum.* Hinc *Virgilius Æn. lib. VI. & VII.*

Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi,
Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.

Audendum aliquid cum Thrasybulo pro patria, & pro salute communi, etiam cum periculo. *Justin. l. V. c. IX. n. 6.* Atheniensium juvenes, cum in cives adscriberentur, jurabant, se pro Patria pugnaturos, sacra patria culturos, & alia. *Pollux Onomast. l. VIII. c. IX. ap. Ursin. Anal. Sacr. P. II. l. V. c. XV. p. 393.* Symbolum Christiani, Ducis Silesiæ, Lign. Brieg. & Wolaviensis, in Societate fructifera der Beliebige dictus: PRO CHRISTO ET PATRIA DECUS EST PROFUNDERE VITAM! PRO PATRIA MORI, NE TIMEAS, Cracoviæ in Sacello legitur. *Chytræus l. c. p. 616.* Patria unicuique dulcissima est *l. qui habebat, de legat. 3.* cujus fumum Ulysses unice videre cupiebat, *Hom. in I. Odyss.* sanctissimum nomen est, *Cic. in 4. ad Heren.* Et patriæ omnes nascimur. Vid. omnino *Joh. Borchold de Consvetud. Feudorum c. VII. p. 121. a.*

§. 5.

Non solum nobis natos nos, dicimus omnes,
Patria præcipuum vendicat ista locum.
Pro patria facio, quod me fecisse necesse est:
Pro patria vivo! pro patria morior.
Quid dixi morior? Mors hæc clarissima vita est,
A morte æternum vivere Musa facit.

Est epigramma *Joh. Girardi JCti & Poëtæ festivissimi ap. Salm. in Pancir. P. I. p. 390. b.* Patriæ conservatio, & incolumitas, corona pulcherrima, dicebat Manius Valerius ap. *Dion. Halic. Antiq. Rom. lib. VI. c. V. p. 555.* Lacedæmonius quidam Nobilis, Philippo denunciante, multis se prohibiturum, nisi civitas sibi traderetur, Num, *inquit*, & pro patria mori nos prohibebit? ap. *Sext. Jul. Frontinum Strategemat. l. IV. c. V. p. m. 281.* De honore annuo pro Patria occumbentium vid. *Josephus Laurentius Polymath. lib. I. Diss. IV. p. 12. & Diss. XXVI. p. 50.* Vid. & *Laur. Beyerlinck Theatr. Vit. Hum.*

Tom.

Tom. VI. lib. XIV. p. 93. seq. Pier. *Valer. Hierogl. Collect. ex vet. & neot. descr. lib. II. p. 59. 60. & lib. V. p. 165. Petr. Victor. Var. & Antiq. Lect. lib. XV. c. XI. p. 381. seq.*

Patrimonium.

Omnino vitam tanquam portorium conductitium; mortem vero tanquam jus perpetuum habemus: Mors patrimonium est, quod a majoribus hæredes accipiunt; Vita vero jus quoad quis vivit concessum, quod quotidie expirat. Adeo quippe mors pro suis nos habet, ut sæpe non præmonitos invisat: vita vero adeo nos pro alienis habet, ut sæpe non data missione a nobis discedat. *Guev. H.* P. *lib. I. c. XXXI. p. 125.*

A Peccato.

Causa mortis non est privatio Aristotelica, *Chytræus in c. IX. Matth. p. 205.* Sed peccatum, Gen. III. v. 19. Rom. V. v. 12.

Fœmina de vetita quod carperet arbore malum,
Per malum nobis intulit omne malum.
Verfluchter Apffel-Biß! du mehr als harter Bissen,
Du machst, daß wir noch itzt die Erde kauen müssen!

D. Seiffart Bibl. in Imagin. ad c. III. Gen. 6. p. 213.

Julianus Imp. gerebat in stemmate Regio Aquilam sagitta percussam, quæ confecta erat ex ejusdem plumis, addita notula: EX IPSA CONTRA IPSAM! i. e. ex ipsa nascitur, quod illam perimit. Ita mors ex peccato, at memoria mortis occidit peccatum, unde merito dici potest: EX IPSO CONTRA IPSUM! *M. Radau Orat. Ext.* P. *II. c. VII. Q. II. p. 317.* Rabbini in libro Schemoth Exod. XXI. cum causam quærunt, cur dictio תולדות (i. e. generationes) bis tantum cum pleno Vav in Codice scribatur? hanc reddunt, quia scilicet mors non fuerit ante peccatum. Ea enim de causa Gen. II. v. 4. plene adhuc scribi volunt, & in cæteris defective post lapsus commemorationem, præterquam in Genealogia Messiæ Ruth. II. v. 4. ubi rursus plene scribitur, quia tempore Messiæ mors abolenda sit, Es. XXV. v. 8. *B. D. Calov. Bibl. Illustr. ad Gen. c. II. v. 7. p. 235. a.*

Propter Peccata citius venit.

§. I.

Contigit hoc hominibus, qui diluvio ob peccata sua absorpti sunt XX. annis citius, quam id eis destinatum erat, secundum *Hieronymum, Chrysost. Hugonem*, cœpitque mense Majo inchoante, quo homines de deliciis, de agricultura & structura cogitare solent; Ita *Cornelius a Lap. in Apoc. VI. v. 3.* ex Hieron. Chrysost. & Hugone. Sententia hæc ita probari posset: Noah fabricaturus arcam Gen. V. v. 32. fuisse dicitur *quingentorum annorum.* cap. VI.

VI. v. 3. Mundo dati & concessi feruntur anni pœnitentiæ *centum & viginti*, quo pacto Noah in ingressu in arcam attigisset annum ætatis *sexcentesimum & vigesimum* cum tamen Moses Gen. VII. v. 6. eum duntaxat fuisse, annorum *sexcentorum* recenseat; XX. igitur anni videntur anticipati.

§. 2.

Sed Resp. 1) Sunt, qui centum & viginti annos Gen. VI. v. 3. referunt ad vitam hominum deinceps futuram post diluvium, quasi ea duntaxat his annorum terminis fuerit circumscripta. Sed annos illos ante diluvium ad pœnitentiam mortalibus fuisse concessos, textus evidenter clamat, & invenimus, quod post diluvium Abraham vixerit annos centum quinquaginta quinque, & cæteri amplius ducentis, & trecentis annis. 2) *Hieronymus l. I. in c. IX. Dan.* & *Lyra in h. l.* nodum sic conantur dissecare, DEum noluisse amplius ad mortalium malitiam connivere, sed propter impœnitentiam illorum de spatio centum & viginti annorum *postremos viginti amputasse*, atque ita constituto citius diluvium induxisse. Placet hoc etiam *Chrysostomo Hom. XXV. in Gen.* qui hoc insuper declarat exemplo Hiskiæ, cui mortem instantem DEus fuerat comminatus, & tamen, quia pœnituit, in XV. annos eandem distulit.

§. 3.

Enimvero simplicius nos 3) dicimus, Noam, quando acceperat præceptum de fabricanda arca, nondum complete fuisse annorum quingentorum, sed majorem saltem partem quinti centenarii transegisse censendus est. Hinc Canon *Augustini* censendus *Q. XLVII. in Exod.* Divina Scriptura solet tempora ita nuncupare, ut quod de summa perfectionis numeri paululum excrescit, aut infra est, non computetur. Proinde id idem sentit, oraculum Gen. V. v. 32. esse prolatum, cum Noah esset annorum *quadringentorum & octoginta*. Qua in re consentientem habet *B. Lutherum in suo Comm.* Hoc modo optime dari potest numerus universæ vitæ Noæ, qui nominatur Gen. IX. v. 28. annorum scil. nongentorum & quinquaginta. Ob quam rationem solidam Hieronymi, Lyræ & Cornelii repudiamus. *B. D. Mich. Waltherus Harmon. Biblic. in Gen. c. V. p. 80. 81.* Conf. Tom. I. in Tit. *Anni Antediluvianis cur 120. ad pœnitentiam dati?* & Tit. *Anni ob perversitatem deleti, p. 196. 197.* Quod quandoque in Scriptura quidam anni omittantur, ut Gen. XV. v. 13. id fit per rotunditatem numeri, ubi minor numerus solet omitti. Vid. *D. Christ. Chemnit. Colleg. Theol. in Gen. c. XV. Q. II. §. 2. Disp. V.* coll. cum Act. VII. v. 6. Exod. XII. v. 40.

Pen-

Pennata.

Non ſolum gladiis, ſed & telis, ſagittis utimur, quæ mors pennata dici poterit; Hanc ſceleratiſſimam humani ingenii fraudem *Plinius H. N. lib. XXXIV c. XIV. p. 608.* arbitratur: ſiquidem ut ocius Mors perveniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus, ita ut optimum ſit ferrum idemque peſſimum vitæ mortalium. *Chriſtoph. Milæus in Hiſtor. Univerſit. Rer. l. II. p. 125. ap. Salm. in Panc.* P. *I. T. XIII. p. 35. a.*

Peregrinatio.

§. 1.

Antoninus Pius Imp. moriturus dixit amicis: Quid me fletis, ac non magis de communi morte, peſtilentiaque cogitatis? Philoſophia docuerat hominem, & mortem contemnere, & res humanas ridere. Parantibus autem abire dixit: Si jam me dimittitis, vale vobis dico, vos præcedens. Facete petiit ab amicis diſcedendi veniam, ac velut peregre profecturus juſſit illos valere: ſubmonens interim fore, ut illi præcedentem ſequerentur. *Eraſm. Apopht. l. VI p. 495.* Profectio eſt, quam mortem putamus, inquit *Tertullianus ap. D. Chriſt. Nicol.* in der Evang. JEſ. Fr. *P. II. p. 132.*

§. 2.

Auguſtinus *de Verb. Dom. Serm. XXXII.* ſic exponit: Ipſe Chriſtianus & in domo ſua etiam in patria ſua peregrinum ſe eſſe agnoſcit. Patria noſtra ſurſum eſt, ibi hoſpites non erimus. Nam unusquisque hic & in domo ſua hoſpes eſt. Si non eſt hoſpes, non inde transeat. Si tranſiturus eſt, hoſpes eſt. Non ſe fallat, hoſpes eſt, velit nolit, hoſpes eſt. Et iterum: Cui peregrinatio dulcis eſt, non amat patriam. Si dulcis eſt patria, amara eſt peregrinatio. *Heidf. l. c. c. XXXVIII. p. 732.* Hic captivi adhuc ſuſpiramus ſub onere & ſarcina corporis mortalis, adhuc gemimus in peregrinatione, exultabimus autem in patria. Qui autem non gemit peregrinus, non gaudebit civis: quia deſiderium non eſt in illo. Non ſine cauſa audimus: Surſum corda! Levemus cor ſurſum, ne putreſcat in terra. *Auguſti ſup. Pſ. CXLVIII.* ap. *Otton.* im Tug. St. und Laſt. W. P. *335.* Mors piorum non obitus eſt, ſed abitus; non funus, ſed fœnus; non extinctio, ſed profectio; non emigratio, ſed transmigratio. *B. D. Gerhard. Hom. Evang. in* IV. *p. Trin. p.* P. *II. p. 72. b.*

§. 3.

Cum itaque hic peregriniſſimus, Gen. XLVII. v. 9. non habeamus πόλιν μένουσαν, Ebr. XIII. v. 14. vitaque nobis ſit tanquam ſtabulum viatori non tanquam domicilium habitatori, non veluti κοσμοπολίται, ſed ut οὐρανό-

 πολίται,

πολίται, recipi in æterna tabernacula, Luc. XVI. v. 9. in tabernacula dilecta, Psalm. XXIV. v. 1. desideremus, ubi, ut *Augustinus* loquitur, nulla est pressura: ubi, quod desideratur, capitur: hic suspiratur, ibi gaudetur: hic oratur, ibi laudatur; hic gemitur, illic exultatur. *D. Casp. Finckius Tom.* IV. *Giess. Disp. XX. §. 12. p. 473. 474.*

Perfectio.

מות mors, per metathesin est תום perfectio, quia mors piorum est veræ perfectionis exordium. *Glassius* Philol. *Sacr. lib. II. P. I. Tr. II. S. III. p. 399. 400.* Conf. Tit. *Mors Lucrum §. 9.*

Perstat, tempus abit.

TEMPUS ABIT, MORS PERSTAT, erat Symbolum Georgii Friderici Marchionis Badensis.

Tempus abit, Mors limen adit, cape tædia vitæ
Dum licet, haud vitæ copia semper erit.

Laur. Peccenstenius in Symb. & Dicter. propr. & genuinis.

Philosophica.

§. 1.

Duas olim hominum mortes Plato statuebat cum Sociis, quarum unam natura: virtutes alteram præstarent. De utraque *Macrobius Sat. lib. I. c. XIII. p. 64.* Homo, *inquit*, moritur, qvum animam corpus relinquit, solutum lege naturæ. Mori etiam dicitur, cum anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras, Philosophia docente, contemnit; & cupiditatum dulces insidias, reliqvasqve omnes exuit passiones. Hanc posteriorem cum Pythagora, *ἱερὰν κάθαρσιν, sacram purgationem*, appellare consveverant, per quam, ut *Jamblichus lib. II. c. XII. de Myst. Ægypt.* loquitur, animus quam maxime separetur a corpore assvefiatque per se esse absque corpore, in ipsum versus, liberque a corpore velut a vinculis. Scilicet de corpore contemptim & sentiebant, & loquebantur Platonici, velut carcere quodam caliginoso & sqvalido, in quo dum hæreat animus variis infestetur, iisque parum decoris cupiditatibus non raro etiam maculetur.

§. 2.

Hinc igitur opus esse docebant, ut homo ei, sese, qvoad fieri possit, subducat, mentemque, *ἀνακύψας εἰς τὸ ὄντως ὄν*, (DEum puta) eo usque elevet donec extra se positus, & perturbationibus vacuus, pernicibus in cœlum alis quod ille ait, feratur, ibidemque arctissime eum DEO conjunctus, totus in divinarum perfectionum amplitudine demergatur. Vid. *Hierocles in aur*

carm

carm. Pythag. p. 1. & 291. seq. add. Lomeier. de Lustrat. Vet. c. XV. p. 185. Quo pacto sicut hominem ex se ipso exire, animamque corpus, hac etiamnum in vita, linqvere posse contendebant, sic illud corporis, animæque divortium Academici MORTEM PRETIOSAM, alii, cum *Porphyrio ap. Stobæum Serm. CXIX.* PHILOSOPHICAM appellarunt, quoniam nempe Platoni Philosophia nihil aliud erat, quam μελέτη τȣ̃ θανάτȣ, vel *meditatio mortis.* Vid. *Georg. Bachmanus Exercit. Philos. cent. I. Q. V.* Quæ quam olim necessaria sit visa, hinc liquet, quod *Apulejus de Philos. morali p. 23.* docet: Philosophum oportere nihil sic agere, quam ut semper studeat animam corporis consortio separare.

§. 3.

Sed quantamcunque morti suæ vel necessitatem, vel etiam dignitatem Platonici quondam tribuerint, cum certum sit, nec animam, salva hominis vita, separari posse a corpore, nec vires hominis naturales, tot detergendis sordibus & inquinamentis sufficere, quicquid de morte sua philosophantur Platonici, vel otiosorum hominum commentis, vel saltem male intellectis Ebræorum sententiis accensendum esse putamus. Illam vero demum mortem, non tam Philosophis quam Christianis dignam, vereque *pretiosam* esse dixerimus, qua homines repressis carnis suæ desideriis corroborantur Spiritu, & ita mundo vivere desinunt, ut Deo servire incipiant. *D. D. Gottlieb Wernsdorffius de Morte ac vita Fidelium cum Christo ex Rom. VI. v. 8. in præloq.* Conf. Tit. *Mortem Philosophus debet expetere.*

Piscis.

§. 1.

In Boreali Oceano, juxta Moscoviam piscis est, cui nomen MORS. Hæc maris bellua maxime dentata est, ideo ex ejus dentibus, quod *Cardanus lib. X. de Subtil. p. 338.* scribit, gladiorum capuli conficiuntur. Corpus cujusque nostrum, o mortales, vivarium est, in quo piscem hunc, MORTEM, alimus: Ideo non procul nobis hæc bellua quærenda est: MORS sua cuique domi est. *Drexel. in Prodrom. Æternit. c. I. §. 17. p. 35.* Reperitur & Piscis, qui unum modo diem vivit, DIES inde vocatus. *Majolus Dier. Canic. Coll. IX. p. 364. & Coll. XXIII. p. 779.* Cotidie o homo, recordare mortis &c. zu einen Fisch, der an der Angel anbeisset, schreiben die Gelehrten;

Morsu in mortem corruit.
Auch nur durch einen Biß
Er sterben muß gewiß!

Adam und Eva bissen nur einmahl den Apffel an, und damit war der Tod ihnen übern Halse ꝛc. *D. Mis.* C. C. P. I. *p. 420.*

§ 2.

§. 2.

Judæi ipso novi anni die, viri, mulieres, pueri, juvenes, senesque ad aquam aliquam, vel pontem pergunt, ut peccata sua in aquam projiciant, prout scribitur: Revertatur & miserebitur nostri; deponet iniquitates nostras: וְתַשְׁלִיךְ & projicies in profundum maris omnia peccata nostra, Mich. VII. v. 19. Si pisces conspexerint, omen accipiunt, præ lætitia exsiliunt, vestes suas strenue excutiunt, & peccata sua in pisces decutiunt, qui peccatis illis onusti enatant; non secus ac aries in veteri Instrumento, cum populi peccatis in desertum aufugiebat, ut in Levitico cap. XVI. legitur. Quidam scribunt, illos ideo ad flumen abire, ut ex conspectu piscium incertæ mortis horæ sint memores, & ejus consideratione ad pœnitentiam incitentur: quemadmodum enim pisces subito, & ex improviso reti capiuntur; sic homines sæpe a morte derepente, veluti reti, capiuntur, & abripiuntur. *Buxtorff. Syn. Jud. c. XXIV. p. 505.* Conf. Cohel. IX. v. 12. Exilite ergo, o mortales, super undas, quia pisces estis, non vos opprimant seculi hujus fluctus. Si tempestas est, petite altum & profundum: Si serenitas, ludite in fluctibus, si procella, cavete a scopuloso littore, ne vos in rupem furens æstus illidat. Pisces estis, o homines! Audite ergo, quia pisces estis. *Ambrosius l. V. Hexaëm. c. VI. & VII. ap. Dieteric. Antiq. Bibl. ad Ps. L 11. 12. p. 416.*

Placida per deosculationem, Deut. XXXIV, 5.

§. 1.

Mortuus est Moses, jubente Domino *Deut. l. c.* עַל־פִּי יְהוָה *secundum os Domini*, morte quidem juxta RR. suavissima. Ita enim R. Salomo τὸ על־פי יי *juxta os Domini* explicat, ac si esset morte osculi spiritualis elevantis se ad adhærendum DEO. In *Devar. Rabbe* similiter: Ea ipsa hora osculatus est eum DEUS, & accepit animam ejus per deosculationem oris. Idem legitur in *libro de vita & Morte Mosis edito ac verso per Gilb. Gaulmyn. Paris. An. 1629. p. 169. & in not. v. 382.* de osculi morte, inter 103. mortis genera placidissima, sævissima vero angina. Adeoque ex horum mente בְּנְשִׁיקָה est genus mortis placidissimæ, suavissimæque, qua mollior dari non potest. Est, inquit *R. Maimon. P. III. More Nevoch. c. LI.* velut extractio pili ex lacte, i. e. quemadmodum pilus lacti innatans nullo negotio extrahitur, ita per בנשיקה anima e corpore sine ullo asperitatis ac doloris sensu educitur. *B. Geier. de Ebr. Luct. c. V. §. 11. p. 66.*

§. 2.

Pertinent huc ea quæ celeb. *Wagenseil in Sota c. I. p. 126. 127.* affert: Nongenta & tria genera mortis reperiuntur; Inter omnia nullum atrocius est,

est, angina: mitius nullum, osculatione. Cum angina, seu strangulatione (qua Ahitophel mortuus 2. Sam. XVII. v. 23.) comparari potest sentis, manipulo lanæ infixus, quem si quis extrahere velit, lanam simul evellit. Sic anima quoque, cum hoc mortis genere e corpore educenda est, vim magnam patitur. Alii dicunt, hoc genus fatalis exitus esse, uti cum rudentes per exigua foramina trahuntur; (Sunt enim nonnullæ Oceani partes, quæ navigia clavis ferreis compacta, haud admittunt; quare tabulas rudentibus colligare oportet, idque fit violentia maxima, dum angustis foraminibus funes crassiores immittuntur, ne cæteroquin per hiatum aliquem, aqua in navim penetret.) Per osculationem mors se habet, quasi cum crinem quis ex lacte extrahit. *D. Joh. Andr. Schmid. Diss. Theol. Exeget. de Morte Mosis §. 23.*

§. 3.

Verum hæc enarrasse est refutasse. Enimvero voces illæ, quibus Moses dicitur mortuus על־פי יי nihil aliud indicant, quam quod animam efflaverit, *secundum verbum Domini*, διὰ ῥήματος κυρίου, juxta LXX. Interpretes, i. e. quemadmodum DEus ipsi præceperat. Uti enim στόμα in N. T. metonymice designat verbum per os emissum, vid. *Crauseri Phosphorus p. 352.* sic quoque vox פה in V. T. idem notat. *B. D. Georg. Mœbius Discuss. Quæst. quar. Theol. Q. VI. §. 1. D. Joh. Ern. Gerhard. de Sepultura Mosis c. III. §. 3.* Quomodo *Engelgrav. cœlest. Panth.* P. *II. p. 100.* hinc probare velit, Mosen sine ullo dolore fuisse mortuum, vid. in Appar. Nostr. Nom. Propr. Bibl. in Tit. *Moses quomodo mortuus? p. 452. seq.*

§. 4.

Ludovicus Capellus *in Spicilegio* recenset: Cum DEI jussu Samael (Angelus mortis) ad Mosen venisset, ut animam ei de pulmone revelleret, Moses multis argumentis primum adversus eum egit, seque tutatus est, ita ut coactus fuerit Samael ab eo tum discedere, & iteratum a DEO de interficiendo Mose mandatum accipere, sed tum iratus Moses, virga, cui inscriptum erat שם המפרש percussit ad se accedentem Samaelem, coëgitque eum terga dare, fugientemque insecutum, cornu Magnificentiæ ipsius excæcavit. Quod cum vidisset DEUS, ipse cum Michaele, aliisque duobus Angelis, de cœlo ad Mosen descendit, postque multum colloquium osculando Mosen animum ejus avulsit e corpore. Paria sunt, quæ blaterant Mahumedani: Mosen in deserto sepulchrum apertum invenisse, & juxta ipsius dimensionem proportionaliter illud metitum esse; Cum autem Angelus percutiens illum interficere voluerit, dixisse: Quoniam animam meam a me vis sumere, edic mihi prius, ex quo loco velis illam educere? *Non per os*, eo enim cum DEO locutus sum. *Nec per aures*, iis enim vocem Domini audivi. *Nec per oculos*,

iis enim gloriam DEI vidi. *Nec per manus*, iis enim duas Tabulas X. præceptorum DEI portavi. *Nec per meos hosce pedes*, illis enim in monte DEI constiti. His auditis Angelum abiisse, & cito alia forma apparuisse, pomumque de arbore paradisi naribus ejus admovisse, quod cum olfecerit, animam ipsius e naribus eruisse. At vero sic Mosen mortuum esse Scriptura tacet. *M. Greg. Michaël. N. XXX. in Gaffarel. Curios. Inaudit. p. 162.*

Platonis.

Interrogatus a Socrate Plato, quomodo in vita sese gessisset, & quomodo in morte sese esset gesturus? Scito, *inquit*, Socrates, in juventute operam me dedisse, ut bene viverem, in senectute, ut bene morerer. Quare cum & honesta vita fuerit, & mortem lætus expectem; nec vita mihi dolori est, nec mors timori erit. Conveniens profecto tali viro oratio. *Gvev. l. c. l. III. c. LI. p. 707.*

Poculum myrrhatum, sed postea prædulce.

Von Frau Agnes, Marggraff Heinrichs zu Meissen, andern Gemahlin wird erzehlet, daß, als sie auf dem Schloß Scharffenberg sehr kranck darnieder gelegen, ihr im Schlaff geträumet, als ob ein Engel mit einem güldenen Becher auf sie zugienge, und ihr daraus zutrüncke; da sie nun denselben angenommen, daraus getruncken und gekostet, wie er mit sehr bittern Wein eingeschencket wäre, hätte sie gesagt: Ach wie ein bitter Trunck ist dieses! Darauf der Engel geantwortet: Ja, liebe Fürstin, der Trunck ist bitter, es wird aber eine grosse Süßigkeit darauf erfolgen; denn diese Bitterkeit wird GOtt selbst absüssen, und sey die Fürstin darauf gestorben, und selig eingeschlaffen. O des seligen Trunckes! O des seligen Sterbens! O des seligen Wechsels! *L. Joh. Walthers Histor. Spatzier-Gangs erster Ausgang, c.* CIV. *p. 244. 245.*

Portus tutissimus.

§. I.

In China ist ein Berg, der heisset, Tienmuen, h. e. auf ihre Sprache die Himmels-Pforte. Neuhoff Ost-Indisch. Gesandsch. p. 115. Der Hafen zu Syracusa wird gerühmet, daß er gantz sicher sey, und kein Schiff darinnen umkomme. S*en.* C*onsol. ad Marciam c. XVII.* Eben dieses wird von dem Hafen zu Marsilien gerühmet. Imgleichen wird der Hafen in klein Britannien, Chambre genennet, weil die Schiffe darinnen so sicher sind, als in einer Kammer. *Ricciol. Geogr. l. X. c. X. §. 4. ap. D. D. Becman. H. O. T. c. III.* P. *III. §. 3. p. 46.* Zu Lion in Franckreich ist ein Asylum, da an dem Thore folgendes zu lesen; Vindex & assertor tui, aude esse felix. Und bald darauf: Hac itur ad

secu

ſecuritatem! *Gölniz Ulyſſ. Gallo-Belg. p. 320.* Valdemarus, König in Dennemarck, bauete ein Kloſter, welches er Tutam vallem, **das ſichere Thal,** nennete. *Meurſius Tom. I. l.* V. p. *100.*

§. 2.

Vita hæc mare æſtuoſum, & inſtabilis quidam Euripus eſt, de quo *Mantuanus:*

Fluctus ut inſequitur fluctum: ſic tempore voluit
Noſtra catenatis ſors inimica malis.

Unſer Leben, Werck und Thun ſind ein ungeſtümes Meer,
Voll Betrübnis, Noth und Angſt, Kummer, Jammer und Beſchwer,
Voll Beſchwer und Ungemach: Eines hängt dem andern an,
Wie der wilden Wellen Grimm einen leichten Schiffer-Kahn!

Sed Mors mare placidum receptus tutiſſimus, & quaſi portus, ad quem in his mundi calamitatibus miſeri navigamus omnes. *Idiota de Contemplat. Mort. §. 8. ap. Urſin. Anal.* Sacr. *l.* IV. *c. XXI. p. 315. 316.* & *l.* V. *c. XXXIII. p. 280.* Jener ließ ein Schiff mahlen, welches unter lauter ſtürmenden Wellen nach dem Hafen eilet, und darbey ſetzen:

In Portu Quies!

Nachdem ich nur den Hafen funden,
Iſt alles Unglück überwunden!

§. 3.

Die Columneſer führen in ihren Wapen auf dem Helme eine Sirene, mit der Beyſchrifft: CONTEMNIT TUTA PROCELLAS! *D. Miſ. C. C. P. I. p. 417.* Der Tod iſt ein ſicher Hafen, eine **rechte Gutt-Furt,** Act. XXVII. v. 8. (*λιμὴν* dicitur *παρὰ τὸ λίαν μένειν* a valde manendo ſ. conquieſcendo, ad differentiam fluctuantis maris, & euriporum terræ vicinorum. Euripus a. eſt fretum ſ. mare reciprocum, ideoque inquietiſſimum. *G. Paſor in Lex. Gr. Lat. p. 450.*) Dabey gläubige Chriſten können rühmen:

Inveni portum, ſpes & fortuna valete,
Nil mihi vobiſcum: ludite nunc alios.

Tungerl. Anal. Epiſt. Log. Theol. P. *II. p. 350.* Recte hinc & Poëta Ethnicus Sotades: *πάντων λιμὴν τῶν μερόπων ὁ θάνατος ἐστιν.* Mors omnium malorum portus eſt. Eſt effugium malorum, & velut poſt tempeſtatem neceſſarius portus. *Svidas in v. θάνατος p. 427.*

Der Tod aller Menschen zu Hand,
Ist ein gewünschter Stillestand!

Tung. P. *E*. P. *II. p. 108.* Romæ in Minervæ monasterio hoc legitur Epitaphium: O mors! O mors! O mors! ærumnarum portus, & meta salutis. *Guev. Epist. p. 99.* Als Pabst Sixtus der V. die Banditen ausgerottet, ließ er einen Pfennig müntzen, darauf man einen Menschen unter einem Baum ruhen sahe, mit der Umschrifft: PERFECTA SECURITAS! Vollkommene Sicherheit! *Erasm. Francisci* im neu-polirten Geschicht-Kunst- und Sitten-Spiegel *l. II. c. XXXII. p. 736.*

Pretiosa, Psalm. CXVI, 15.

Vita justorum ærumnosa, mors pretiosa, merces gloriosa. *Drexelius in Josepho c.* XIX. *§. 1. p. 765. seq.* Pretiosa plane mors, ut *Bernhardi* verbis utar, tanquam finis laborum: tanquam victoriæ consummatio: tanquam vitæ janua, & perfectæ securitatis ingressus. *Reusn. Cl. III. Cæs. Rom. Germ. Symb.* XXX. *p. 243.* Conf. Tit. *Mors Nobilis & Ignobilis*, & applicetur. Phœnicis sidus, quindecim stellis conspicuum, P. Dominico Gamberto auctore, epigraphen tenet: FUNERIBUS PRETIOSA SUIS. Verbis e Martiali desumtis, ubi de formica intra succinum congelata, canit:

Sic modo quæ fuerat vita contemta manente
Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

Picin. M. S. L. I. c. XII. n. 207. Conf. *Appar. Nost. Nom. Propr. Bibl. Tom. III. p. 375. seq.*

Principis.

Vid. Tom. I. Appar. Curios. *p. 1529. seq.* Ebræi dicunt: Væ Principatui sepelienti Dominos suos. Væ illi seculo, cujus perit gubernator.

Magna solent magnas portendere funera clades.

Auf grosser Herren Tod
Folgt offtmahls grosse Noth!

B. Mis. C. C. *p. 551.*

An Privatio?

Si Peripateticos excutias, mors his privatio, aut privativum quid est. Vita habitus; mors privatio. Vita est actus corporis; mors illius in corpore privatio. Vita est, essentialiter esse viventis; mors, non esse viventis. Placet hoc nequaquam *Martin. Schoock. Tr. de Nihilo c.* XXVIII. *p. 115.* Si voluerimus, *inquit*, accurate philosophari, mors in communi considerata, privatio vocari non poterit. Nam ut omnis privatio supponit potentiam in sub-

ſubjecto, habetque reſpectum ad habitum; Conſtet autem, qua vegetabilia, qua animalia, excepto ſolo homine per mortem ſic deſtrui, ut nullam potentiam ad vitam retineant, deſtructo totaliter vitæ ſubjecto: certe non poteſt (licet Philoſophi vulgo ſic loqvantur) mors cenſeri vitæ privatio, ſed potius ejusdem negatio, morte vitam annihilante, & ad ſtatum nihili redigente. At ratione hominis habita, cui accidentalem vitam ultimo judicii die, per reunitionem animæ rationalis cum corpore reſtituendam eſſe certum eſt: aliqualis privatio hic attendi poteſt, non ea quidem, quæ includat potentiam naturalem (ſic enim per naturæ vires reſurrectio mortuorum poſſibilis foret) ſed ſolummodo potentiam obedientialem in ordine ad abſolutam Dei potentiam: Cujus habita ratione, ut occurrit in homine mortuo non contradictio ad reſurrectionem, notari quoque poteſt privatio aliqua, quod poſſibile ſit per abſolutam DEI potentiam homini mortuo vitam reſtitui. *L. Garman. de Mir. Mort. Diſſ. Prælim. §. 116. p. 77. ſeq.*

Puerperarum.

Vid. Appar. Cur. Tom. I. *p. 1530. ſeq.*

Purpurea.

Majoribus purpuris nobilem illum ſuccum, quem omnes in mediis faucibus, & in candida habent vena, detracta concha auferunt: Minores uno ictu ſaxo collidunt Tyrii: indeque ſubitarium rorem ſive ſangvinem excipiunt: quanquam aliis quoque in locis fiat. Quod ſi ictus fefellerit, neque purpura ſtatim exanimata fuerit, fruſtra hunc repeti dicunt: quia præ dolore ſangvis in univerſum corpus diffuſum evaneſcat. Hinc *Virgilius* eos, qui valido aliquo vulnere peremti fuerant, *purpuream animam* vomere dicit, *lib.* IX. *Æneid.* Homerum ſcilicet imitatus, qui purpurea eos morte ſublatos toties ſcripſerat. Nam & *Ælianus* auctor eſt, ictu tantum uno a Porphyricis, i. e. purpurariis viventem conteri purpuram, ut inde præſtantius profluat *βάμμα. H. Salm. in Pancir.* P. *1. T. 1 p. 7. 8.*

Quid?

§. 1.

Secundus Philoſophus interrogatus ab Hadriano Imp. quid eſſet Mors? Reſpondit: Eſt ſomnus æternus, diſſolutio corporum, divitum pavor, pauperum deſiderium, inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, latro hominis, ſomni mater, umbra vitæ, diſceſſio vivorum, ſocietas defunctorum, omnium reſolutio, laborum finis, & cupiditatum vagarum clauſula; in ſumma: Mors improborum carnifex, & ſummum bonorum præmium eſt. *Gvev. H.* P. *l. III. c. LI.*

c. LI. p. 706. Mors est solutio animæ a corpore; Hæc phrasis est Biblica, Phil. I. v. 23. 2. Tim. IV. v. 6. *D. Ægid.* Strauch *Comp. Theol. Pos. Pol. Art.* XXIII. *Aphor. I. §. 7. p. 533.* χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῦ σώματος, ut & *Athanasius Tom. II. Dial. IV. de Trinit. p. 207.* & ex eo *Damascenus l. III. de Orthod. Fid. c. XXVIII.* Separatio atque segregatio animæ corporisque, uti cum Ambrosio *Orat. de fidel. Resurrect.* Augustinus *l. II. de Consol. Mort. c. I.* loquitur. Alias mors ita definitur: Mors est separatio animæ a corpore, pœnæ loco hominibus imposita, ut magnitudo iræ divinæ adversus peccata eo luculentius conspiciatur. *D. Joh. Gerhard. Loc. Theol. Epit. Tab.* XXVII. *p. 155.*

§. 2.

Inspice monumenta æternæ veritatis, videbis ibi mortem esse animæ exhalationem, effusionemque, animæ ab homine repetitionem, animæ e domo sua egressionem, animæ a sede sua ablationem, evocationemque, animæ corporisque in distinctas mansiones, sive moras introductionem: videbis mortis destructionem in eo potissimum versari, ut animæ in corpora sua redeant, reddatur hospes desideratissimo hospitio, ex sua unumquodque sede ad amicissimam unionem reducatur & coëat. Videbis eorum, qui e porta mortis in æternitatis palatia prospectant, desideria hæc esse, has preces: DEUS animas suscipiat, suis foveat manibus, suis demulceat & svavietur complexibus, ibi habeat, ubi habentur illi, qui, cum ante mortem cum DEO ambularunt, post mortem cum eo conqviescunt: societ Christo, societ sanctis Patribus, sanctis martyribus, sanctis animabus cæteris, imo sanctis & illis mentibus, quas a connexione cum corpore perpetua conditoris sapientia exemit. *D. Joh. Georg. Dorscheus in Admirandorum JEsu Christi Septenario Dissert. IV. p. 464.*

§. 3.

Mors dissolutio compositi corporis. φθορὰ, corruptio est corporum mors, & immobilitas (ut ita dicam) instrumentorum corporis, anima ab eo segregata. Διαφθορὰ, interitus, est diffusio corporis, & universa deletio, & vermium esca. καταφθορὰ, internecio, mors æterna, aut scelera. Ac φθορὰν i. e. mortem subiit Domini corpus: non autem διαφθορὰν i. e. interitum. *Svidas in v.* Διαφθορὰ *p. 237.* Owenus ita ludit:

Mors quid sit rogitas? si scirem, mortuus essem,
Ad me, cum fuero mortuus, ergo veni. *l. I. Epigr. CI. p. 9.*

Quies, Apoc. XIV, 13.

§. 1.

Martinus Zeilerus meldet in seinen Itinerario Germaniæ in der Beschreibung

bung der Ertz-Hertzoglichen Stadt Inspruck: Das Schloß allhier zu Inspruck ist fürnemlich zu besichtigen, dabey auch die Ruhe-Lust, so ein Theil ist von dem Schloß, dahin man durch drey Höfe gehet. Und wird dieser Ort darum also genennet, weil alle Zimmer zu beyden Seiten in die Wurtz- und Lust-Gärten (derer sechs bey Hofe sind,) gehen, und ausser denen Fürstlichen Personen, und dem Frauenzimmer, niemand anders daselbst hin weder fähret noch reitet. Diese Ruhe-Lust hat in die funffzig schöne, hohe und weite Zimmer, doch sommerlich erbauet, mit Tapezereyen umher behänget, und die Decken schön gemahlet. Unterhalb diesem Lust-Gebäu hat es nach der Seiten her ein ander Hauß, die Unter-Ruhe-Lust genannt, welche gantz höltzern ist, und mit Mauer-Farbe angestrichen; diese hat Hertzog Maximilianus um des Erdbebens willen bauen lassen. Hat dreißig Zimmer, in diese begeben sich Ihre Durchl. wann sie Erdbeben vermercken. Aber was ist doch das vor Ruhe-Lust, wenn man von aussen nichts als Erschütterung mercket, und sich dafür verstecken muß; Dort im Himmel ist die rechte Ruhe-Lust, da werden die Abgematteten wieder erqvicket. Aristoteles spricht: Omnis laborans requie indiget; also die selig Verstorbenen, die Tage ihres Leides haben ein Ende, Es. LX. v. 20. *D. Mis. C. C. P. I. p. 862.* Plurima huic Titulo servientia vid. in *Appar. Bibl. Tom. III. p. 376. seq.*

§. 2.

Ambrosius *lib. de Bono mortis c. III. in fin. Tom. I. p. 261. A.* schreibet:

Sola Mors est requies vivo.

Wenn man die Augen nur im Tode wird zuthun,
So wird man auch sodann am allerbesten ruh'n.

Dahin zielete auch D. Vitus Winsheimius, welcher auf seinem Tod-Bette sich also vernehmen ließ:

Ad requiem propero, munde maligne vale.

Ich eil zur Ruh, zu guter Nacht,
O böse Welt, ich dein nicht acht.

Adrianus Spigelius, ein berühmter Medicus zu Padua, befahl auf seinen Leichen-Stein diese Grab-Schrifft zu setzen:

Adrianus Spigelius requiem hic reperit, quam vivus non invenit.

Herr Adrian Spigelius
Hat hier nun Ruhe funden,
Die er für Schmertz lang nicht genoß,
Auch nur bey einer Stunden.

Wohin

Wohin noch auf den heutigen Tag die Grabschrifften auf Leichen-Steinen und Creutzen ihr Absehen haben, wann sie insgemein also anfangen: **Allhier ruhet** N. N. Denn

> **Hier hat der Mensch kein Rast noch Ruh,**
> **Dieweil er lebt auf Erden,**
> **Bis daß er thut die Augen zu,**
> **Alsdenn wirds besser werden.**

Vid. omnino *M. Joh. Georg. Willius* im *expediten* **Leichen-Prediger** *P. I. p. 428. seq.*

§. 3.

Die Heyden wusten ihnen eine sonderliche Ruhe in ihrem Tode vorzustellen, wenn sie vermeynten, dadurch ad Insulas Fortunatas, zu denen **glückseligen Insuln** zu gelangen, da sie von allem Ubel befreyet, bey immerwährenden Wohlstande sich würden befinden; (In his Insulis nullæ unquam nubes aspe- rant, nulla bruma segetes extinguit, nulli æstus adurunt; sed puro incorruptoque aëris tractu liquidi ac pellucidi fontes campos alluunt, patentesque hinc inde plagæ, et amœna seu salubritate montium seu planitierum æquabilitate regio homines alit genio loci, & fortuna sua dignos. Non illic in honore supellex curiosa, non gemmæ, non imperium, non opes, ea omnia, quibus non impotens hominum libido pretium fecit, qualis hæc terra? quam sponte sua, nullis subacta ligonibus, autumno fructus omnis est ferax vere primo flores humo exerit, hyeme aprica est, nec comam ponit, æstivo sole, nemore & fonte frigescit. *Drexel. Aurifod.* P. *II. c. LXX. & ult. p. m. 364.* Sed omnia hæc infra famam esse, jam tum observavit *Solinus Polyhistor. cap.* LXX. citatus & in *Act. Erudit. Lips. Supplement. An. 1686. S. VIII. p. 414.* In has Insulas post mortem migrare credebant, an fingebant, animas eorum, qui hic probe pieque degerant, qua de re visendi *Phil. Mornæus de Verit. Relig. Christ. c. XIX. p. 338. B. Dilherrus Disp. XIX. de absolute ultimo hominis fine §. 18. p. 556. Gataker. Annot. in libr. X. §. 8. Vit. Anton. Imp. p. 359. M. Wolffg. Henr.* **Schilling** *Diss. de Metempsychosi* §. *1. Kirchmaier de Campis Elysiis, & Gentilium Paradiso* §. *3. seq. Dieteric. Antiq. Bibl. ex Gen. II. 8. p. 77. Majol. D. C. Coll. XIV. p. 476. seq.* Has Insulas, beata hæc Tempe, hunc Paradisum, nusquam nisi in cœlo reperire est &c.

> Felix, o nimium felix, cui sedibus illis
> Tam pulchris, & tam jucundis, tamque beatis
> Vivere concessum est supremi munere Regis.

P*alingen. Zod. Vit. lib. VIII. in Scorp. p. 213.*

Quas

Quas nec ventorum flatus, nec sæva ruentis
Imbris tempestas agitat, nix nulla pererrat:
Sed sine nube polus splendens ac æthra coruscat.

Homer. Odysseæ l. VI. p. m. 45. b.

§. 4.

Und wird sonderlich Engelland gerühmet, daß man an keinem Orte die Campos Elysios besser hinsetzen könte, als eben in dieser Insul (*Fournier Geogr. P. I. l. V. c. I.*) Dein Sterbens-Gewinn, liebster Christ, wird viel gewisser und sicherer seyn (Bene moritur, qui dum moritur, *lucrum* facit, ex Tragico quodam *Seneca Ep. CXV.*) indem du dadurch zu der wahren Glückseligkeit, zu den gelobten Himmels- und seligen Engellande wirst kommen, zu der Stadt des lebendigen GOttes, Ebr. XII. v. 22. in das rechte **Meyland**, oder **Meyenland**, da du in Ewigkeit blühen, und wie die Meyen, auf einer grünen Auen, beym frischen Wasser allezeit grünen wirst, Psalm. XXIII. v. 2. (vid. *Eruditi cujusdam Hieroglyphica l. II. c. XXXVI. ap. Pier. Valer. p. 759.*)

§. 5.

(Meyland urbs Lombardiæ in solo fertilissimo sita, dicitur quasi Meyen-Land, quod condita in regione virore camporum delectabili; Cimbri enim deducunt *Majum* a voce *Mai* seu *Mei*, qua viror omnium plantarum significatur. Meyen sunt virides frondes betularum, quibus verno tempore templa & aliæ ædes ornantur, & Meyen est desecare virides plantas, Graß meyen, Rogken meyen. *M. Joh. Colerus Oeconom. Rur. & Dom. l. I. mens. Maj. p. 58.* Mayland, Mid-Land, quod medium esset, & velut umbilicus Insubriæ; Hinc *Richter in Axiom. Hist. c. LXXI. p. 79.* Wo eine grosse Stadt ist gewesen, die hat man genennet Mediolanum, i. e. Sociorum Civitas, oder **mitten im Lande**. Die Stadt Münster in Westphalen hat auch geheissen Mediolanum. *M. Joh. Prætorius Lustrat. Hist. Geogr. Meditullii p. 31.* Aut Meidel-Land, Virginis Regio vel Terra. *D. Becman. Hist. Orb. Terr. P. I. c. VI. S. I. §. 9. p. 196.* Sicuti Castrum Edenburgense in Scotia CASTRUM PUELLARUM vocatur. *Münster. Cosmograph. l. II. c. XVII. p. 58.*)

§. 6.

Dein Jammer, Trübsal und Elend, kommt dadurch zum seligen End; Dein in diesem Jammerthal abgemergelter Leib wird im Grabe nicht mit eisern Ketten, Hammern und Haken geschlagen und gerissen werden, wie die Juden, Türcken und Perser von theils Verstorbenen vorgeben, (vid. Tit. Mortuorum Clamor in sepulchro) sondern du wirst sanfft im Grabe ruhen, besser als der Ertz-Hertzog in Oesterreich zu Insprug, in seinem Ruhe-Hause (**Ernst in Ehrenholds zufäll. Ged.** p. 302.) oder die Römer in ihrem Ruhe-Tempel.

(de quo *Livius l. IV. c. XLI. p. m. 354. Vossius de Physiol. Christ. & Theol. Gent. l. VIII. c. XI. p. 392.*)

§. 7.

(Cœmeterium quasi dormitorium *Durandus l. I. Ration. divin. offic. c. V. n. 4.* dictum putat a *cimen*, quod est dulce, & *sterion*, quod est statio, propterea, quod ibi defunctorum ossa dulciter quiescunt; vel, quia ibi cimices i. e. vermes ultra modum foetentes. Satis ridicule! *B. Quenstedt de Sepult. Vet c. VIII p. 97. M. Joach. Ern. Berger de Cœmeteriis §. 3.* Sic & *Ebrardus in Græcismo c. VIII.* Est quoque dulce cimen, inde cimiterium. Et infra: Est statio terion, inde cœmiterium, ap. *du Frene in Gloss. T. I. p. 986.*)

§. 8.

(Qui moriuntur cubitum eunt, non occubitum. *Ursin. Quæst. Bibl. l. IV. c. XXI p. 315. 316.* Johannes Wilhelmus, Dux Saxoniæ, octiduo antequam ex hac vita migraret, divinitus illi fuit indicatum, venturum ipsum peractis laboribus, ad requiem. Cum enim in somno per fenestram vidisset chorum Angelorum, qui in area arcis variis instrumentis Musicis laudes DEI celebrarent: postremo vidit magnum Angelum incedentem, in cujus dorso scriptum erat: **Bringet mir diesen zur Ruhe!** Quod somnium cum consiliariis mane retulisset, & de se interpretaretur, omnino se composuit ad quietem, neque ulla de re fuit sollicitus, quam ut animam suam in manus clementissimi DEI commendaret. *Tungerlar. Prompt. Evang.* P. *III. p. 204. 742.*

In terris labor est, requies sed dulcis in urna.

§. 9.

Probe intellexit hoc pius ille Pater, qui, quando Orationem Dominicam Latine recitavit, duas hasce voculas QVI & ES, in unam conflavit, & dixit: Pater noster QVIES in cœlis! Ach lieber Vater, auf Erden ist keine Ruhe, aber im Himmel ist die rechte quies und Ruhe: Ruhe vom Anplerren des Teufels; Ruhe von Anklage des Gesetzes; Ruhe von der Höllen-Angst; Ruhe von den Schrecknissen des bösen Gewissen; Kürtzlich: Aller Jammer, Trübsal und Elend, kommt alda zu einem seligen End, uti *B. Finckius* P. *I. Postillæ Gnomicæ Hom. IX. p. 146. pie* παραφράζει.

§. 10.

Spectant huc *Cuslevii* Phalæcii optimi:

In cœlo requies mihi perennis.
In terra exiguam mala quietem,
Nullam imo penitus quietis horam
Afflictus video. Satan malignus

Igni-

Ignitis animam meam frequenter
Pertentat jaculis: caro petulca
Semper bella movet quidem incruenta,
Sed pugnis aliis magis nociva:
His ſe progenies doloſa mundi
Jungens, haud ſecius furit, nocetque.
Unde ergo capiam bonam quietem,
Cum mundus, Satanas, caro quietem
Multis eripiant modis ſubinde?
In cœlo requies mihi perennis!

L. Georg. Weiſſius Exercit. Theoret. Pract. de Baruchi horrendum Judææ excidium perpendentis Querela & Deſiderio, Medela ac Privilegio ex Jerem. XLV. Part. I. §. 66. Conf. *Picin. M. S. l. IV. c. XXXII. n. 421. p. 303.*

§. 11.

(Mortuus ex ſepulchro ſuo quaſi clamat:
Inveni requiem: labor & dolor usque valete:
Nil mihi vobiſcum eſt; exagitate alios.

Weiſſius de Pedibus Evangelizantium c. I. §. 52. p. 33.

Hic labor, hic dolor eſt, concedunt buſta quietem.
Hier in der Welt iſt nichts als Noth und Jammer,
Im Tode ruhen wir in unſers Grabes Kammer!

B. D. Miſand. D. B. N. T. P. III. p. 355. Hinc Numa Pompilius, Rex ſecundus Rom. QVIETI DEÆ Templum extra urbem poſuit, ut Hominem dum in vita hac manet, quiete frui non poſſe, demonſtraret. *Gvev. H. P. l. I. c. XII. p. 43.*

Nulli tuta datur requies in carne caduca.

Alcim. ap. Wanckel. in Gv. p. 324. Romæ in Minervæ monaſterio hoc legitur Epitaphium: O mors! O mors! O mors! Ærumnarum portus, & meta ſalutis. *Gvev. Epiſt. p. 99.*)

§. 12.

Alle deine Gebeine werden im Grabe bewahret, und derſelben nicht eins zerbrochen werden, Pſalm. XXXIV. v. 21. (Vid. *Hackſpan in h. l. p. 162 ſeq.*) Denn ſo dorten der Hafen zu Syracuſa gerühmet wird, daß er gantz ſicher ſey, und kein Schiff darinnen umkommen, oder wie der Hafen zu Breſt in Klein-Britannien Chambre genennet wird, weil die Schiffe darinnen ſo ſicher ſind, als in einer Kammer (*D. Becman. H. O. T. C. III. P. I. p. 46.* Sicuti & Anconitanus portus, propter capacitatem ſitumque natura & opere veterum, tutiſſimus, inter primos & pulcherrimos orbis terrarum commemorandus, quis

enim nescit hoc vulgatissimum? Unus Petrus in Roma: Una Turris in Cremona, & unus Portus in Ancona. *Lansius contr. Ital. p. 786. Becm. l. c. p. 51. M. Joh. Bonitius de Turribus §. 7. Wolff. Lect. Mem. T. II. cent. XVI. p. 143. b. Munsterus l. c. lib. II. c. CXXIX. p. 298.)* so wirst du ebenfals in deiner Ruh- und Grabes-Kammer vor allen Unglück gesichert seyn, Es. XXVI. v. 20. weit besser als Valdemarus, König in Dennemarck, in seinem Kloster, welches er Tutam vallem, das sichere Thal nennete (*Meursius T. I. l. V. p. 100.*) Du wirst sicherer hindurch gehen, als die Sineser bey der Stadt Hoanting, durch den tieffen schmalen und finstern Thal, durch welchen sie bey zwo Meilen, auf eine gepflasterte Heer-Strasse hindurch lauffen, Ps. XXIII. v. 4. (*Happelius Thesaur. Exotic. p. 20. b.*)

§. 13.

Deine Seele von allen Sorgen befreyet (nullæ enim tum in ipsis curæ, ut quidam voluere ap. *Matth. Larroquanum Advers. Sacr. l. I. Art. IV. p. 72.*) wird von den Engeln, מלאכי השרת Angelis illis ministerii, wie sie die Rabbinen nennen (*Men. ben Israel de Res. l. III. c. XI. p. 334.* qui in Talmude distinguuntur ab illis, qui vocantur Ophanim, Seraphim & Animalia Sanctitatis. *Jos. de Voisin Observ. in R. M.* P. *F. p. 817. & ipse Raymund* P. *III. Dist. III. c. XXII. §. 25. p. 937.* Domesticis illis DEI, ut R. Salomo ap. *D. Schmidium Coll. Bibl. I. p. 203.* Intimæ secretissimæque illis apud DEum admissionis Heroibus, ut *Dorsch. Singul. Angel. Diss. IV. p. 238.* ap. *M. Albert. Vogtium Delic. Sacr. Dec. II. p. 160.* Conf. & *Danh. Ἀγγελοφύλαξις ex Matth. XVIII, 10. S. I. §. 16. p. 13.*) und dienstbaren Geistern, Ebr. I. v. 14. in Abrahams Schoos getragen werden, Luc. XVI, 22. da nach Zeugnis der Rabbinen, eine Stunde der Ergetzlichkeit der Seelen, schöner und besser seyn wird, denn alles Leben auf dieser Erden. (*G. Lehman. in* פרקי אבות *c. IV. §. 17. &c.*)

§. 14.

Dicitur Regnum cœlorum *Sinus Abrahæ*, non tam a more accumbentium mensæ, uti vulgo hæc phrasis accipitur, quam a parvulis recens editis, quos parens humo tollere, & in sinu, seu gremio fovere solet. Omnes enim per Verbum & Sacramenta regenerati, & in extremo vitæ hujus termino in fide Abrahæ beate obdormiscentes, quoad animam humo tolluntur, & gremio, seu sinu spiritualis sui patris Abrahami, qui pater est omnium credentium, excepti, vita sempiterna, & summa felicitate perfruuntur. *D. D. Fesselius Advers. Sacr. l. I. c. X. p. 63. Flacius Clav. Script. in sinu alicujus recumbere. D. Gerhard. de Morte §. 161. Joh. Saubertus Diss. ad Luc. XVI. §. 2. seq. 8. 9. 10. 12. Dieteric. Anal. Evang.* P. *II. p. 245.*

§. 15.

§. 15.

Moris fuiſſe honoratiſſimos in ſinu Principis recumbere ex Cameronis Mirothec. notat *Calovius Socinisſm. Proflig. p. 992.* In Sinu Abrahæ eſſe, nihil aliud eſſe, quam cum Abrahamo in cœleſti epulo diſcumbere, probat *M. Aug. Varenius de Sinu Abrahæ S. II. §. 6.* Abrahami autem titulum præ Adamo, aut ullo alio Patriarcharum aſſumtum volumus, quod in Adamo inſignis ſeparatio generis humani facta fuerit; In Abrahami domo autem Eccleſia inſignior in unum coaluerit. *B. D. Joh. Frid. Mayer. Eclog. Evang. ad Dom. I. p. Trin. Q. V.*

§.16.

Occurrit & Phraſeologia hæc ap. Talmudicos in *Kidduſchim f. 72.* Quo die mortuus eſt Rabbi, Rabh Adahbar dixit: Hodie ſedet in Sinu Abrahæ. Sub triplici nempe phraſiologia diſponebant Scholæ Judaicæ animas juſtorum poſt mortem, *in horto Edenis*, vel Paradiſo, *ſub throno Gloriæ*, & in *Sinu Abrahami. Joh. Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. in Luc. XVI. v. 22. p. 546. Excell. D. Joh. Olearius de Stylo N. T. Membr. III. §. 18. p. 28.*

Quæris quam magnus (Abrahamus) fuerit?
E ſinu metire;
Omnes probos gremio excipit;
Exceptos omnes beatos facit.

Emanuel. Theſaurus Inſcript. p. 304.

§. 17.

Paradiſum & Sinum Abrahæ autem ſimpliciter pro Synonymis non habemus; *In Paradiſo* tamen *eſſe*, & in *Sinu Abrahæ*, idem fere exprimere cenſemus! Num utraque phraſi beatitudo cœleſtis deſignatur: quia electi in cœlo, ut in Paradiſo & horto voluptatis exoptatiſſimo agunt, & in ſinu Abrahæ, in ſinu nempe gratiæ divinæ, in quem Abraham Pater credentium receptus eſt, voluptate cœleſte reficiuntur. Sinus Abrahæ dicitur non *ſubjective* qvaſi ab Abrahamo & in ipſius ſinu receptus Lazarus ſit, ſed *objective*, quod ille ipſe ſinus, in quo Abraham felicitate fruitur, qui Abrahamum, ceu objectum fovet in complexu ſuo, etiam Lazarum exceperit, eundemque complexu ſvaviſſimo foveat. Non ergo Abraham *in ſinu proprio* fovet Lazarum, ſed Lazarus in eodem fovetur ſinu, in quo & Abraham: qui ſolum ab Abrahamo denominationem habet, quia is Pater eſt credentium. *B. D. Calov. in Bibl. Illuſtr. ad Luc. XVI, 22. p. 621. 622.* Ebrææ mulieres a collo ad ubera geſtabant quædam pendula vaſcula admodum pretioſa, quæ illæ בת נפש DOMUM ANIMÆ appellabant. *Nic. Cauſſinus ad Hori Apollinis Hierogl. p. 190.* Sinus Abrahæ, regnum cœlorum vera domus animarum &c.

Quotuplex?

Triplex scil. quæ hoc dicto insinuatur: Qui moritur (vitiis) antequam moritur (corpore) non moritur (morte æterna) quando moritur (morte corporis). *Matth. Tympius in Mensa Theolo-Philos. c. XXXVIII. p. 235.* Ante diem moriens nunquam moriturus obibit.

Ruina.

§. 1.

Cadere bello apud Poëtas legitur, & cadere sæpius de eo, qui in acie occumbit, dictum apud Oratores & Historicos reperies. Ita *in Amphitruon. Act. I. Sc. I. Plautus:* Cadunt vulneris vi & virium. Hinc cadaver dicitur corpus, quod cadit, seu cecidit. *Joh. Claubergius Diss. Select. Disp. I. de Resurrect. §. 3. p. 1. Barthius Advers. l. VII. c. XIX. p. 349. & l. XLIV. c. XXIX. p. 2048. Ravanell. Bibl. Sacr.* P. *I. p. 356.*

§. 2.

Convenit cum hoc Græcum πτῶμα, in cujus locum πίπτω successit, quod per *cado* explicatur. Labi etiam pro mori, & in putredinem diffluere ap. Poëtas invenies, v. g. *Virgilium l. II Æn. v. 429.* &c. Ruere, corruere etiam mori signat, ita *Q. Serenus d. 2. m c. VI.*

Sylla quoque infelix tali langvore peresus
Corruit.

Inde *mors ruina* vocatur, aliquando & *Occasus.*

§. 3.

Vernacula nostra etiam τὸ mori, occumbere morti non raro per τὸ **Fallen** exprimit. In quem modum v. g. locus 2. Sam. III. v. 34. ex Megalandri Lutheri versione sonat: **Du (Abner) bist gefallen, wie man für bösen Buben fällt.** Et v. 38. **Der König David sprach: Wisset ihr nicht, daß auf diesen Tag ein Fürst und Grosser gefallen ist in Israel?** Quocirca & mortui κεῖσθαι, seu jacere dicuntur. Dicuntur etiam positi in pheretro, animadvertente *Adriano Turnebo Advers. l. XXII. c. XI. p. 718.* conf. Gen. XXV, 18. Psalm. XCI. v. 7. Luc. XXI, 24. Ebr. III, 17. *Excell. D. D. Joh. Olearius Exercit. Philol. sup. Epist. p. 325.*

§. 4.

Aliam significationem hujus verbi Cadere (Venerem scil. pati) exhibet idem *Barthius l. c. l. XXIII. c. V. p. 1124.* Usurpatur & pro nasci, ut homo si nascatur, etiam cadere dicitur. Mos enim veteribus fuit primum natos in terram deponendi, mox tollendi, inque sinum recipiendi. vid. Appar. Nostr.

Curios

Curiof. Tom. II. in Tit. *Infantes nati in terram depoſiti, & a parentibus iterum levati Sap. VII, 3. p. 926. ſeq.*

Salva frangit.

Zu dem Tode gläubiger Chriſten kan man das Sinnbild jenes geiſtreichen Mannes, welcher einen Apffel-Baum, ſo voller Früchte hieng, ſo ein Mann gantz ſanffte abbrach, und ſie in einen Korb legte, daß ſie keine Wunden oder Flecken bekommen ſolten, mahlen lies, mit der Beyſchrifft:

Salva frangit.

Er ſammlet unbeſchadt und bloß,
Mit Luſt dieſelbe in den Schooß!

Oder:

Er bricht ſie alſo ab,
Daß ſie kein Schaden hab!

Er verſtehet durch den Obſt-Hüter den Tod; gleich wie nun ein kluger Gärtner oder Obſt-Hüter das Obſt gantz ſachte abbricht, und in einen Korb leget, daß es keinen Schand-Flecken bekomme; Alſo machet es der Tod, der bricht das Leben von dem Leibe der Frommen ab, damit die Seelen durch die heil. Engel in den Schooß Abrahä geſammlet werden, wo ſie ohne eintzigen Flecken, oder Runtzel in Ewigkeit grünen ſollen. *D. D. Seiffart. Biblia in Imaginibus in c. V. Gen. p. 669.*

Sanitas.

Theodoſius Imperator, cum morti propinqvum ſe eſſe ſentiret, inſcribi ſepulchro ſuo voluit ὑγεια, Sanitas! Sane Chriſtus ſepulchro ſuo efficit, ut quilibet pius Chriſtianus ſuo ſepulchro inſcribi velle debeat, ὑγεια, Sanitas. Chriſtus enim pacificationes noſtræ, & Medicamentum noſtrum, Eſ. LIII, 5.

Secunda, Apoc. II, 11.

§. 1.

Phraſeuncula eſt Judæis uſitatiſſima. *Onkelos* ſic reddit Deut. XXXIII, 6. Vivat Ruben, nec *ſecundam mortem* moriatur. Et *Jonathan* Eſ. LXV, 6. in hunc modum: Ecce ſcriptum eſt: Vitam longam eis non concedam, ſed rependam eis peccata eorum, & tradam eorum cadavera *in ſecundam mortem*, & v. 15. Jehova eos *ſecunda morte* afficiet. *Lightfoot in Apocal. p. 132.* Dicitur *ſecunda* reſpectu mortis naturalis, quam vocamus *primam*, quæ nimirum animæ & corporis vinculum diſrumpit, & cum Phyſicis iterum in *naturalem* ac *violentam* dividi ſolet. Sola violenta Chriſtus mori potuit: Etiamſi hanc quoque ab hominibus *mutuatus* ſit, ut mori pro illis potuerit, dicente

cente *Athanasio*. Certe nisi voluisset, nemo ipsum interficere potuisset. *D. Scherzer. S T. Loc. XIX. §. 2. p. 541.*

§. 2.

Circa hanc mortis distinctionem notabis, quod homines, qui metuunt mortem primam, plerumque incidant in secundam, quæ animam a DEO separat, cum vita animæ DEUS sit, mors autem animæ peccatum. Nemo ergo mortem primam metuat, nisi qui ad terribilem secundam mortem transiturus est, inquit Augustin. sup. Psalm. 48. ap. *Joach. a Beust in de Arte bene moriendi p. 119. 120.* Mors, quam timent homines, est separatio animæ a corpore. Mors autem vera, quam non timent homines, separatio est animæ a DEO. Et plerumque cum timent homines istam, quæ separat animam a corpore, incidunt in illam, ubi anima separatur a DEO.

§. 3.

Koreschitæ in Mecca habitantes cum gentibus secundam hanc mortem negant & pro fabula habent. *D. D. Classenius de Orac. Gentil. l. II. c. XIX. p. 457. Hotting. Hist. Orient. l. I. c. VII. p. 238. M. Joh. Helv. Willemer de Sadducæis c. III. §. 5. p. 47.* P. *Heigelius de Veritate unicæ Relig. Christ. & aliarum falsitate c. IV. §. 9. p. 69.* Fabula de Inferis, argumento ficto constans, multum ad pietatem & justitiam hominibus confert, inquit *Diodorus Siculus Biblioth. Hist. l. I. c. II. p. 2.*

Securorum.

Cives in urbe Lais typus hominis de morte parum solliciti. Judic. XVIII. v. 7. Belsazar Rex convivium celebrans, Saul eum periculo vitæ dormiens typi securorum de morte. De quibus omnibus vid. *Bauman. in Anal. Typ. p. 1430. seq.* ubi lectu digna de hac materia invenies.

Senum ominosa.

§. 1.

Die Jüden geben vor, Methusalem sey nur 7. Tage vor der Sündfluth gestorben, (vid. Bibl. Crit. Lond. in Gen. p. 134.) woraus man sehen kan, daß auf grosser vornehmer Leute Tod gemeiniglich grosse Aenderungen folgen. Bischoff Leontius griff auf sein graues Haupt, und sagte: Weil ich lebe, hats noch nicht so grosse Noth, aber wann dieser Schnee wird schmeltzen, so wirds kothig werden. Und es geschach auch. Also weil Methusalem lebte, hatte es nicht Noth mit der ersten Welt, denn er kunte hertzlich beten, und GOttes Zorn aufhalten; So bald aber seine graue Haare ins Grab kommen, da wirds kothig, es regnet, und wird eine Sündfluth daraus, und alle Welt muß ersauffen. Augustinus war noch nicht recht kalt worden, so wurde die Stadt Hippon, allwo

er

er Bischoff war, eingenommen, und geschahe grosser Schaden. Da die Propheten fast weg waren, kam die Babylonische Gefängnis. Da die Apostel weggeräumet, erfolgte die gäntzliche Zerstörung der Stadt Jerusalem. Der fromme Ambrosius hat seine Prophezeyung mit seinem eigenen Exempel bestätiget, von welchem Stilico, der Christliche Held, bezeugete: Hoc extincto Italiam perituram esse. Es geschahe auch, denn nach seinem Tode haben die Gothen und Wenden Italien gantz eingenommen. Als Lutherus tod war, gieng der Teutsche Krieg an. Ominosæ certe semper Senum mortes fuere, schreibet Hr. D. Weller in dem Programmate Herrn Erasmi Schmidii.

§. 2.

Kan also wohlverdienter alter Leute, und grosser Herren Tod, gar schön unter dem Sinn-Bilde einer Sonnen-Finsternis, so traurige Zeiten und Land-Plagen, als Krieg, Theurung, Pestilentz rc. und Aenderungen der Regimenter bringen soll, vorgestellet werden, mit der Beyschrifft ex Ovid.

Obscurus mortalia pectora terret.

Wird sie finster, kan sie Schrecken
Bey der gantzen Welt erwecken!

Oder:

Wann dis Licht nur wird verletzt,
Alles sich in Trauren setzt!

Oder unter dem Sinnbilde eines Cometen, mit der Beyschrifft:

Adversa minatur.

Wann ich dieses Licht erblick,
Dräuets lauter Ungelück!

Wie denn will vorgegeben werden, als wenn 3. Tage vor Methusalems Tode ein Comet, wie ein Feuer-Besen am Himmel erschienen sey. *D. Seiffart. l. c. p. 665. 666.* Non sine causa igitur Ebræi dicunt: SENEX IN DOMO BONUM SIGNUM IN DOMO. *B. D. Aug.* P*feiffer. in Nuptial.* P. *III. Conc. I. Reg. I p. 153. & Ben Syra:* Si videris senes in civitate perire, præsagium est, malum eventurum isti civitati. Et iterum RR. Omnis civitas, in qua nullus existit senex, vastabitur. it. Mundus non conservatur, nisi propter Senes. *B. Misand. C. C.* P. *I p. 551. seq.*

Silentium, Psalm. XCIV, 17.

Habitaret in silentio anima mea, inquit *David. l. c.* & innuitur h. m. status defunctorum, ubi, quantum nostris equidem percipere possumus externis sensibus, omnia silent, ubi nullus motus, strepitus, sermo, negotiatio &c. sic namque diserte vocabulum hoc דומה legimus Psalm. CXV. v. 17. mortui non laudant Dominum, nec omnes יֹרְדֵי דוּמָה descendentes (in) Silentium.

Atque ſic etiam apud Poëtas Pluto dicitur *Rex ille ſilentum*, v. g. apud *Ovidium* & *Claudianum*. Item infernus vocatur *ſilens* nocte perpetua domus, ſedes ſilentum. vid. *Delrium T. I. Adag. p. 243. Ravanell. in v. Silentium. Geier. in Pſalm. cit. p. m. 345.*

Somnus.

§. 1.

Apud *Nicephorum lib. XI. c. XLIII.* cum quidam nunciaſſet eremitæ, filium ipſius mortuum eſſe, reſpondiſſe fertur, cur ita blaſphemaret? non enim filium ſuum mortuum eſſe, ſed dormire. Nimirum

Nomina mors retinet, facilis ſunt cætera ſomnus.

D. Joh. Ern. Gerhardus Diſp. Th. de Beatitudinis in Domino morientium Privilegio ex Apoc. XIV. 13. in præf. Abil Ola Moarrienſis, Poëta Arabs ita: Decubitus mortis ſomnus eſt, quo requieſcit corpus; Et vita (futura) quaſi reſuſcitatio a ſomno. *Eduardus Pocockius in Notis Miſcellan. c. VII. p. 238.* Neapoli in Templo montis Oliveti hæc leguntur: Qui legis hæc, ſummiſſius legas, ne dormientem excites. Puellam quieſcere credibile eſt, quæ mori digna non fuit. *Nathan. Chytræus in Delic. Itin. p. 55.*

Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?
O Thorheits-voller Menſch, was tracht'ſt du viel nach Gut,
Da offt in einer Nacht erſtirbt dein ſtolzer Muth!
Denn was iſt doch der Schlaf? Des kalten Todes Bild!
Der in gar ſanffter Ruh die matten Glieder hüllt.

Autor Relat. ex Parn. Ann. 1700. N. LXXXVIII. 12. Novemb.

§. 2.

De Gorgio Leontino Philoſopho memorat Demoſthenes, quod cum morti proximus ſenſibus deficientibus, ſomno ſe traderet, interrogantibus familiaribus: *Cur eſſet tam ſomnolentus?* reſpondit: *Jam ſomnus incipit me fratri tradere.* Sic mortem æſtimavit Ethnicus homo verbo DEI deſtitutus, fide non imbutus, intellectu cœleſtium non præditus: Nos Chriſtiani quanto potius aſpicimus mortem noſtram ut ſomnum, ut requiem, ut refocillationem! noſtros vero mortuos, ut dormientes in ſepulchris, Pſalm. LXXXVIII, 1. 1. Theſſ. IV, 14. *Bauman. in Anal. Typ. p. 1437.*

§. 3.

Alia autem mente profani Scriptores mortem appellarunt ſomnum, alia qui melioribus ſacris initiati Patres & ſancti. Illi ob extinctas facultatum, partiumque functiones in morte, quas in quiete ſemiſepultas experiebantur; Hi etiam ob ſpem reſurrectionis ſolidam, minimeque dubitabilem, ut cum dor-

mientes

mientes audimus, evigilaturos minime desperemus, ut alicubi *Augustinus* inquit, *D. Balth. Bebelius Diss. Th. de Bis-Mortuis* §. 32. Gentibus mors quidem somnus est, sed æternus, sed æternalis: Sopor, sed perpetuus. Sic Latini: Sic Græci. In quam sententiam plura vide in *I. Lipsii Physiolog. Stoicor. l. III. Diss. XI. p. 169. M. Andr. Wilkius* ἑορτογραφ. P. *II. p. 188.* Conf. *B. D. Quensted. de Sepult. Vet.* P. *I. c. VIII p. 97. Zimmerm. Florileg. Philol. Histor.* P. *I. p. 355. Barthius Advers. p. 1101. & l. XXXIV. c. XIV. p. 1570.* & omnino Appar. Cur. Tom. II. in Tit. *Dormire pro mori p. 413. seq.* & in Tit. *Lectus Mortis, tumuli imago* p. *980.*

§. 4.

Somnus ergo sit nobis quotidianum mortis μνημόσυνον ac memoriale. Nos homines raro cogitamus de morte, ac præsertim filii seculi putant, non esse tristibus illis cogitationibus indulgendum, propterea David orat: Notum fac mihi &c. Psalm. XXXIX, 5. 6. Moses pari modo orat: Doce nos numerare dies nostros &c. Ps. XC, 12. Quia ergo magna pars cœlestis sapientiæ consistit in quotidiana mortis meditatione, ideo voluit DEus perpetuum aliquod mortis memoriale in somno nobis proponere. *B. D. Joh. Gerhard. Homil. IV. in Dom. XXIV. p. Trin. p. 920. 921.* Curantem mors somno comparetur vid. ap. Practicos passim.

Ut tibi sternendi possis meminisse sepulchri,
Te lectum perhibent sternere, Sexte, tuum.
Ut possis etiam memorare novissima mortis,
Cur non in somnum sæpius ergo ruis?

*
* *

Si somnus nihil est nisi mors, nil mors nisi somnus,
Quo plus in vita dormio, vivo minus.

Joh. Owenus l. III. Epigr. CXL. p. 65. & p. 96. vid. & *Engelgrav. Luc. Evang.* P. *II. Dom.* XXIII. *p. Pent. p. 804. seq.*

In Somniis indicata.

Einem Thum-Herrn zu Werda am Rhein, welcher sein Lebelang keine Verß gemachet hatte, traumeten einst im Schlaff diese Worte:

Actor irarum de te dictavit amarum,
Te licet ignarum vivere posse parum.

Dieses erzehlte er zu Mittage über Tische, und es fielen mancherley Urtheile von dem Traume und dessen Bedeutung. Endlich hub einer an und sprach: Der Sache sey wie ihm wolle, wann ich an des Herrn Stelle wäre, wolte ich meinen letzten Willen auffsetzen lassen. Der Thum-Herr, so gerne noch lange gelebet hätte, ward darüber nicht wenig betrübt, und damit er sich die Melancholischen Gedancken vertreiben möchte, nimmt er einen Habicht, setzt sich auf

ein Pferd, und reitet auf die Jagd. Indem er sich aber ziemlich lange auf derselben verweilet, und des Abends in der Demmerung wieder nach Hause reiten will, muß er über eine Brücke, welche über einen Arm des Rheins geleget war. Das Pferd aber, so im finstern nicht wohl sehen kunte, thut einen Fehltritt, und fället mit seinem Reuter hinab ins Wasser, daselbst musten sie beyde ohne alle Hülffe jämmerlich ertrincken. Sind demnach nicht alle Träume zu verachten. *Mich. Scotus Menſ. Philoſ. l. IV. c. XLIII. p. 285. 286. ap.* D. **Ernst im Bild. H.** *P. III. p. 189.*

Sororis, Sponſæ.

Vid. Appar. Cur. Tom. I. *p. 1531. ſeq.*

Sphinx eſt.

Mors Sphinx eſt, quam nemo omnium ſolvit, ipſa cum diſſolvat omnes: Quaternis ad eam pedibus eunt pueri, ternis ſenes, viri binis, nullus uno. *Miſopon. in Satyr.*

Tempeſtiva.

Hoc primum quisque in remediis animi ſui habeat: ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius eſſe tempeſtiva morte: in eaque id optimum, quod illam ſibi quisque præſtare poterit, inquit *Plinius N. H. lib. XXVIII. c. I. p. 498.*

Terribilis.

§. 1.

Licet mors ſit omnium terribilium terribiliſſimum, *Ariſtot. l. III. Eth. c. VI.* Sir. XLI, 1. O mors quam amara &c. idque ratione 1) *Naturæ* videlicet *humanæ*. Eſt enim, ut inquit Plato, λύσις καὶ χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. Animam & corpus diſſolvit, parentes & liberos, fratres, ſorores, amicos disjungit; Hinc amare flet Rex Hiskias, quando jubetur domum ſuam diſponere & mori, 2. Reg. XX, 1. 2) *Picturæ*. Depingitur in Scriptura ut eques pallidus, quem ſequitur infernus, Apoc. VI, 8. ut Goliath, 1. Cor. XV, 55. aculeus quando ei tribuitur. Pingitur a pictoribus, ut Σκελετὸν, carens carne, crinibus, oculis, naſo, auribus, quam picturam etiam infantes abhorrent. Pingitur *ſine oculis*, quia nullam perſonam reſpicit; *ſine auribus*, quia nullas preces admittit; *ſine naribus*, quia odoramenta mulierum & juvenum non curat; *nuda eſt*, nam divitias & munera non æſtimat; pingitur *ſine pelle, ſine carne*, quia pellem & carnem homini detrahit; *ſine ſexu*, quia nec mari parcit, nec fœminæ; *falce denique acutiſſima*, quia homines ut fœnum demetit. *M. Bauman. Anal. Typ. p. 1427.*

§. 2.

§. 2.

Christianis tamen, qui Christi mortem sibi applicant, est Miseriæ portus desiderabilis; Ortus vitæ mirabilis; Requies amabilis & somnus delectabilis. *Tungerl. Anal. Epist. Log. Theol. P. II. p. 350.* Ipsis fit mors finis miseriæ, & initium lætitiæ! fit somnus corporis, & gloria animæ; fit portus victorum, & porta comprehensorum! Sic accipiunt pro caducis perpetua; pro fluxis mansura; pro temporaneis æterna! Hinc illa amica nomenclatura mortis justorum; quam *Christus* vocat somnum; *Apostolus* lucrum; *Sapientiæ liber* mollem quietem; *Propheta Esaias* occultationem ab ira; *Evangelista* in sinum Abrahæ deportationem; *Bernhardus* januam ad vitam; *Augustinus* profectionem ad civitatem DEI; *Nazianzenus* natalem vitæ æternæ; *Cyprianus* dulce refrigerium; *Prudentius* reparationem vitæ; *Chrysostomus* progressum ad omne bonum, & liberationem ab omni malo; *alii* iter e terra in cœlum; ab hominibus ad Angelos; e regno mundi in regnum DEI; ab ignominia ad gloriam; a labore ad refrigerium, a promissione ad complementum; ab agone ad brabejum; e mundo ad Patrem & patriam. *Baum. l. c.* Christianus qui mortem expavescit, in hoc dilemma necessario incidit: Aut nimio hujus vitæ desiderio tenetur, aut spe futuræ destituitur. *Thom. Browne* (Vir doctissimus, licet & in multis paradoxissimus, secundum judicium *D. Wilh. Saldeni in Otiis Theol. l. III. Exercit. X. § 19. p. 592.*) *in Relig. Medici S. XXXVII. p. 220.* Chrysostomus de Statuis Orat. IV. ait, eos qui mortem metuunt, peccatum non metuunt, παιδικὸν φόβον φοβεῖσθαι, puerulis compares, qui larvam timent, lucernam non timent, ap. *Gataker. in M. Anton. Imp. vitam in præloq.*

Titulos non curat.

Der Tod, wie ein gelehrter Mann setzet, fraget nach keiner Käyserl. Unüberwindlichkeit, nach keiner Königl. Majestät und Hoheit; Er achtet nicht die Päbstliche Heiligkeit; kümmert sich um keine Chur- und Fürstl. Durchleuchtigkeit; Er siehet nicht nach der Bischöfflichen Hochwürdigkeit; noch nach der Ritterlichen Tapfferkeit, sondern er nimmt und frist all Menschen Kind rc.

Hohe Häupter, Scepter, Cronen,
Will der Tod durchaus nicht schonen,
Hoheit, Macht, Pracht und Gewalt,
Muß im Tode werden kalt!

D. Dexel. Th. Hist. Curios. Tit. LXX. p. 506.

Violenta.

Vid. Appar. Cur. Tom. I. p. 1536. seq. Q. AN QUI MORTE VIO-

 LENTA

LENTA INTEREUNT, VITÆ ÆTERNÆ SINT FUTURI EXTORRES? Resp. Neg. Vit. Luc. XXIII. v. 42. Joh. VI. v. 37. *D. Joh. Gerhard. Loc. Theol. Epit. Tab. XXVII. p. 149.*

Viri præcellentis.

Es schreiben die Gelehrten zu einer Seule, die ein Gebäude halten muß, dieses Lemma:

Corruet si concidam.
Wann ich fall ein,
So wirds geschehen seyn!

Applicetur, Fällt ein solcher Mann, so stehets mißlich, fält eine Seule im Gerüste, so muß der Mensch auch fallen, der sich auf dasselbe verlässet rc. *D. Misand. Theatr. Trag. Tit. CXXVIII. p. 376.*

Virginis.

Vid. *Tom. I. Appar. Curios. p. 1533. seq.*

Vita vera.

Brachmanes illi Indi veteris Philosophiæ censebant, vitam habendam esse, quasi conceptorum in utero statum, mortem autem partum in veram vitam, & felicem quidem iis, qui recte sunt philosophati. Est mira sententia, & ex arcanis nostræ religionis prompta. Quid hæc vita? velut formamur in utero, & præparamur ad illam æternam. *Lipsius cent. V. Miscell. Epist. LXXXVI. ap. Magir. in Polymnem. p. 2356.* Profecto, si quod magni dixerunt viri, vestra quæ dicitur vita, mors est: illud est consequens, ut ejus finis, quæ mors dicitur, vita sit. *Petrarcha l. c. p. 643.* MORS MEA INITIUM VITÆ! In Capella Regis Poloniæ scriptum invenitur. *Chytræus Delic. Itin. p. 798.* juxta illud *Prudentii*:

Mors hæc reparatio vitæ est.

Ferdinandus Nonius Hispanus sepulchro inscribi curavit: MAXIMUM VITÆ BONUM MORS! *Anton. Cregutus in Revelat. Arcanorum c. I. p. 82.* Bona mors initium est vitæ! Cum moreris, vivere incipis. *Petrarch. p. 646.*

Vitro indicata.

§. I.

Engelgrav. *P. I. Luc. Ev. p. 414.* scribit, notissimum sibi fuisse quendam Nobilem in Alsatia magni nominis, magnæque ditionis, qui ex arce sua, novem vicinos pagos numerare & pene plumbea glanda tangere posset, suo Domino subjectos: eum solitum fuisse in triclinio aliquo meridiari, hoc more; ut ad lectulum splendide extructum mensa staret, puniceo strata tapete, & accubanti

calix

calix cryſtallinus vini rubri plenus apponeretur. Sic ille ſe extremum compoſuit ad ſomnum meridianum, cumque præter ſolitum cum ſopore luctaretur, tardiusque ille inviſeret, ecce! calix tinnitum edit, quaſi digito ictus, & ſimul rumpitur, omnemque Liberi florem effundit. Territus ille ſignum dat ſuis tintinabulo, quod ad manum erat, caſum enarrat, & hoc inter alia, *ait*, vitreæ ſuæ vitæ jamiam rumpendæ oſtentum eſſe. Illi bono animo eſſe hortantur, ac perſvadent, quieti ut ſe reddat. Alius ponitur interea in menſa calix, ſed quid multa? Finditur & ille paulo poſt eodem modo, ſpemque longioris vitæ eludit. Uxor tamen advolans, modis omnibus moleſtiam animo abſtergere nititur, ne ſibi cor edat, aut vanis iſtis opinionibus ſe conficiat, monet, alium & quidem probe inſpectum, ne aliqua rimula hiaret, calicem reponi jubet, beneque precata, eodem in lectulo Dominum ſuum relinquit, ut nubilum iſtud mentis edormiſcat. Verum ecce! tertius eodem fatali ictu diſſilit ſcyphus, ſimul Nobilis jamdum animo tabeſcens, nonnihil corpore male habere incipit, mediaque nocte vitam finit. Hæc Jeſuita narrator, boni genii monitoris digito hoc prodigium adſcribit. Nos ſuperſtitioni onirocriticæ imputamus, cui vitrei poculi fractio, mortis eſt index, teſte *Artemidoro l. I. Onirocrit. c. LXVIII.* de cujusmodi ſuperſtitione definire haud eſt difficile auctor illius fuerit, ater an albus? *D. Danhauer. Homil. Academic. X. P. II. p. 273. 274. Urſin. Anal. Sacr. l. I. c. XXII. p. 32. 33.* Alibi etiam plus vice ſimplici hoc eveniſſe dicitur, præſertim viro cuidam, qui cum ad menſium numerum duodecim vitra haberet, illud vino impletum cecidit, cæteris omnibus ſtantibus, quod nomen & imaginem menſis, in quo deceſſit, gerebat. *M. Joh. Mich.* Sontag *de Spectris & Ominibus Morientium Sicilimento II. §. 12. p. 46.*

§. 2.

Vitrum eſt vita præſens, quæ cito frangitur, & perit deliciarum vinum, inquit *Bernhard. in Prov. Sal. c. XXIII. v. 31.* Italus quidam vitrum vocat *una figlia d'un fiato*, filiam halitus, eine Tochter des Athems, vitrum ſiquidem halitu conficitur; Hinc *Balthaſar Paez in Epiſt. Jacob. c. IV. v. 14.* ita: DEus infundens animam efformato corpori humano, in halitu & flatum eam infudit, ut videret, quam debili conſtaret vita.

Ohn Urſach iſt es nicht geſchehen, daß dem Glaß
Ein Menſch verglichen wird, wie bald zubricht doch das?
So eben iſt der Menſch gebrechlich iede Stunde,
Indem ſie beyderſeits geblaſen mit dem Munde!

§ 3.

§. 3.

Alius quidam de vitro ita:

Cum bibis ex vitro, vitrum cinerem esse memento,
Sic eris ipse cinis, cum te trahit ultima finis.

Wann du trinckst aus dem Glaß, so dencke fein darbey,
Daß es, und du, samt ihm, nichts als nur Asche sey!

B. D. Misand. C.C. P. I. p. 8. seq. B. Lutherus ad Justum Jonam ita:

Dat vitrum vitreo Jonæ vitrum ipse Lutherus,
Ut vitro fragili similem se noscat uterque.

Dem Gläsern Jonå giebt ein Glaß, der selbst ist Glaß,
Daß Beyde wissen wie sie sind so schwach als das!

M. Bauman. in Anal. Typ. p. 1443. seq.

§. 4.

Ein ander mahlet ein Glaß, davon ein Stücke gebrochen, auf der Seite bläset der Wind, da stehet das Glaß, als wolte es umfallen:

Wie ein zerbrochenes Gefäß ist unser Leben:
Und gleichwohl können wir in Sicherheit offt schweben,
Da wir gedencken nicht, daß wir von Leimen sind,
Und fallen hin, so uns berührt ein kleiner Wind!

M. M. Schirmer in *Emblematibus.*

Uxoris.

§. 1.

Vid. Appar. Cur. Tom. I. in Tit. *Mors Conjugis, p. 1448. seq.* De Admeto *Chorus ap. Euripid. in Alcest.* ait, illum hac extincta in posterum victurum vitam *ἀβίωτον*, h. e. minime vitalem, ut *Ennius* loquitur. Et pulchre idem Chorus ibi concinit: Quod enim homini majus malum accidere potest, qvam amittere caram conjugem. *Joach. Camerarius Symb. & Emblem. cent. IV. Embl. LXXXIX.* Emblema ita habet:

Nec mors, nec vita relicta!

Parte mei supero, pars est mihi demta, vel ergo
Cum cara præstat conjuge posse mori?

§. 2.

Sic & Bernardinus Rota, uxore sua e vivis exemta, serpentem figuravit qui medio corpore transversim dissectus, extremis partibus adhuc palpitabat cum Lemmate eodem

Nec mors, nec vita relicta!

Mi

Mir ist von den Lieben,
Weder Tod noch Leben blieben!

Innuebat videlicet, vix quidquam vitæ sibi superesse, extremoque dolore affici ob jacturam illius, in qua vitam & solatium suum omne repositum habebat. *Picin. M. S. l. VII. c. VII. n. 67.*

MORTIS
In Agone Lex exulet.

Ecclesiæ Doctor obstrictus est, ut justo tempore, ad Salvatoris exemplum, & prout bonum dispensatorem decet, afflictos erigat, impiis vero exitium æternum minitetur. Sed prudentia Ecclesiastica hic requiritur, ne confusio oriatur Legis ac Evangelii, nec magis ad Legem, quam Evangelium habeatur respectus, alias tentatis male consulitur. In agone mortis (in tentationis æstu) summa ars & sapientia Christianorum (Doctorum æque ac Auditorum) est, nescire Legem, nullo modo cogitationibus immorari, vel indulgere; sed oculos mentis ab imaginum illarum conspectu avocatos in unicum & solum Christum pro nobis crucifixum & mortuum, & resuscitatum defigere, graviter scribit *B. Chytræus lib. de Morte p. 54. ap. L. Georg. Henr. Gœtzium Dissert. Synod. de Spiritu S. ad Joh. XIV, 26. c. III. Q. XI. p. 37. 38.*

Angelus.

§. 1.

Angelus hic Judæis & Muhammedanis peculiaris est; Hebr. מַלְאַךְ הַמָּוֶת Chald. מַלְאַךְ מוֹתָא nuncupatus, de quo miranda produnt. Vocem e sacro deducunt Codice, nam, quod Prov. XVI. v. 14. Ira Regis esse dicitur מַלְאֲכֵי־מָוֶת id Aben-Ezra, Salomo & R. Levi concordi suffragio exponunt, ut sensus sit: Ira Regis est *instar Angelorum mortis* להסיר האדם מדרך חיים אל דרך המות ut removeat hominem a via vitæ, & deducat in viam mortis, ut R. Levi loquitur. Nam in textu Scripturæ sæpe subaudiri debet כ similitudinis, & *Kimchi in Michlol p. 17.* monet, crebro deesse præfixa, & in specie adducit loca, 1. Sam. XV. v. 23. חַטַּאת־קֶסֶם מֶרִי peccatum divinitatis est rebellio, h. e. כחטאת. Prov. XI. v. 22. Mulier pulchra & aversans rationem est נֶזֶם זָהָב בְּאַף חֲזִיר monile aureum ad rostrum porci h. e. כְּנֶזֶם, uti quoque Græci id expressere; Ita & h. l. tale כ huic dicto volunt præfixum, ut sensus sit: *Ira Regis est instar s. sicut Angelus mortis.*

§. 2.

Diesen Engel beschreiben sie seltzam, er sey gantz überall voller Augen, und

 wann

wann ein Mensch sterben solle, so stehe er zu seinen Haupten, und habe ein blosses Schwerd in seiner Hand, daran ein Tropffen Galle oder Gifft hange. So bald ihn nun der Patient sehe, erschrecke er dermassen, daß er gantz erzittere, und drüber den Mund aufthue, da lasse er ihm denn denselbigen Tropffen in den Mund fallen, und davon sterbe er, davon werde ihm im Tode sein Angesicht so gelb, und er selbst hebe denn gleich an, wie die Leichen pflegen, übel zu riechen. *Buxtorff. Syn. Jud. c. XLIX. p. 712.*) Ja eben diesem Sammael (so nennen sie ihn,) schreiben sie in dem Pirke Rabbi Elieser cap. XIII. p. 28. zu, daß er mit der Eva im Paradies durch die Schlange geredet, und sie verführet, die Schlange sey wie ein Cameel gestalt gewesen, darauf habe sich Sammael, des Todes Engel gesetzet, und sey zu der Eva geritten kommen, und habe also seine Verführung vollbracht; welches auch der sonst kluge und gelehrte Rabbi Moses ben Maimon, im More Nevochim lib. II. cap. XXX. p. 280. beschrieben. Imgleichen geben sie in dem alten Commentario Jelammedenu für, es sey der Todes-Engel am andern Tage erschaffen, und von ihm zu verstehen, was Moses Gen. I. v. 2. sagt: **Es war finster auf der Tieffe**, denn durch diese chóschech oder Finsternis würde derselbe angedeutet, weil er die Augen der Creaturen verfinstere; Dannenhero denn in der Chaldäischen Bibel dessen immerzu gedacht wird, so offt die Rede vom Tode, oder der Pestilentz ist, als wenn David sagt: Wo ist iemand, der da lebet, und den Tod nicht sehe, Psalm. LXXXIX. v. 49. so heissets in dem Chaldäischen: **Wer ist iemand der da lebe** וְלָא יֶחֱמֵי מַלְאֲכָא דְמוֹתָא **und den Engel des Todes nicht sehe?** Wann Habacuc in seinem Gebet den Majestätischen GOtt beschreibet, und unter andern von ihm spricht: **Für ihm her gieng Pestilentz** cap. IV. v. 5. so heissets im Chaldäischen abermahl: מִן קֳדָמוֹהִי מַלְאַךְ מוֹתָא vor ihm war der Engel des Todes gesendet. *B. D. Joh. Ben. Carpz.* **in Davids Lob- und Danck-Opffer** *ex 1. Paral.* XXII, *25. 26. 27.* **und** *2. Sam.* XXIV, *25. p. 166. seq. D.* **Meyer im betrübten und getrösteten Kinde GOttes** P. *II. & III. p. 361.*

§. 3.

De hoc Angelo sic sentiunt *in libro Chasidim num. 1145. seq.* Qvum canes vident Angelum mortis, flent. Hinc nimirum illæ lachrymæ caninæ, nec mulierculis nostris improbatæ, quibus tamen illi ex Cap. XI. 7. Exod. fidem facere satagunt, ubi eum refertur Ægyptus abundasse מלאכי חבלה *Angelis perdentibus*, ut Judæi arbitrantur, in ædibus filiorum Israel negatur canis movisse lingvam suam. R. Maimon. tradit, Simonem Ben Lakisch dixisse: Angelum mortis, & יֵצֶר הָרַע idem notare, uti quoque ex opposito dem colligit de יֵצֶר טוֹב & Angelo bono, quasi hic quoque eadem res subesset.

ſet. Hæc *Hackſpanius.* Vocant itaque eundem alias סָטָן הַמַּשְׁחִית Satanam corrumpentem. *D. Joh. Gvil. Bajerus de Agone Mortis §. 27. p. 13. B. D. Scherzer. in* S. *D. p. 543.* dicit, eruditiores Judæos deſcriptionem Angeli mortis non niſi mythice exponere. Per *oculos* enim neminem eſſe tutum a morte: Per *fellis guttulam,* ejus amaritudinem ſignificare. Vid. *D. Joh. Olear. Exercit. Philolog. in Ep. Dom. p. 328. M. Georg.* Schwartze *Diſſ. Philol. de Pugna ac Victoria Michaëlis contra Draconem ex Apoc. XII. v. 23. §. 10. ſeq. M. Chriſt. Heinr. Brömel de Angelo Exterminatore ex Exod.* XII, *23. §. 28. B. D. Joh. Frid. Mayer. de Præſagiis Mortis §. 3. p. 29. ſeq. Fagius ad Deut.* XIV, *1. in Op. Anglic. p. 1228.* Ipſam figmenti faciem ſi intueamur, turbato ordine, DEO mortis poteſtas demta Diabolo adjudicatur. *M. Joh. Mich.* Sontag *de Spectris & Ominibus Morientium, Sicilimento II. §. 4. p. 26.* Angelus hic mortis quomodo excœcatus a Moſe, habet *B. D. J. B. Carpzov. Diſſ. Acad. III. c. III. p. 126. ſeq.*

§. 4.

Habent & Turcæ Angelum Mortis, quem *Aſariel* vocant. *H. Henningi in Muhamedano Precante p. 221. D. Georg. Calixtus lib. de Supremo Judicio p. 180.* Duos inſuper alios exploratores ſtatuunt Angelos, *Moncar* nempe & *Nacir,* qui mortuum in ſepulchro erectum ſedere juſſum, & quid crediderit, & quid de Muhammede ſenſerit, interrogant; ſi recte reſponderit ſvaviter obdormire, ipſiusque oſſa molliter cubare jubebunt. Sin minus, gravibus cruciabunt malleorum ferreorum, inter aures impreſſis ictibus, quorum dolorem ingentibus teſtabitur clamoribus, quos audituri ſunt, quotquot inter Orientem ſunt, & Occidentem, præter homines & genios (quam ſurda animalia!) dein terra eum comprimere, atque arcte habere usque ad reſurrectionem jubetur, hæc diſertis verbis ipſe Mohamedes de ſepulchri ſcrutinio ſæpius deprecari ſolebat. *B. Geierus de Ebr. Luctu c. VI. §. 17. p. 154. 155. Eduard. Pocockius in Not. Miſcell. c. VII. p. 241. 242.*

Audacia.

Hätteſt du nicht du unerſättlicher Dracula und Tyraum aller Tyrannen, irgend ein inutile terræ pondus, einen herumſchweiffenden Irrwiſch, ungeſchickten Corvebum, geitzigen Craſſum, weibiſchen Sardanapalum, verrätheriſchen Catilinam, oder viehiſchen Heliogabalum mit deiner Senſen abhauen, oder ja einen dreybeinigten Alten, der ſich ohne dis hertzlich nach dir geſehnet, auf den Dienſt warten können? Ach daß du auch vor privilegirte Perſonen keine eröffnete Augen noch Ohren haſt! Ach daß du nicht nur Römiſche, ſondern auch N. Edelleute in das ſchwartz-bemahlte Gewölbe des Grabes führeſt! So

 iſts!

ists! deine mehr als Domitianische Grausamkeit schicket iedweden die mit seinem Nahmen bezeichnete Todten-Bahr ins Hauß. Du trittst wie Domitianus in abscheulichster Kleidung hoffärtig auf, und proponirest dem gantzen Welt-Kreis deine Laconische Trauer-Sermon mit nachfolgenden Donner-Worten: Attendite Imperatores, Reges, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Literati, Milites, Cives, Rustici, Mendici: *Moriendum!* Dis ist nur zu beklagen, daß du unverschämter Gast, die brennende Ampel des Lebens dem Würdigen eher, als dem Unwürdigen auslescheft! Dis ist nur zu beseufzen, daß du den seidenen Faden eher, als den zwirnenen zerschneidest! *J. C. Hallmann Leich-Red. p. 87. 88.*

Causæ quatuor.

§. 1.

Causam mortis quod attinet, quærit quidam *Athanasiaster ad Antiochum Quæst. LVI.* nullo hominum adhuc mortuo, a quonam Cain mortem didicit, ut suum interimeret fratrem? Et respondet: ὁ Διάβολος αὐτῷ κατ᾽ ὄναρ ὑπέδειξε, Diabolus ipsum in somnio docuit, ποίῳ τρόπῳ, quomodo fratrem occideret, *Tom. II. Opp. Athanasii fol. 290.* Ignoravit enim (si Rabbinis credas) foramen illud, quo anima ejus egrederetur: Igitur multa vulnera fecit. Id nimirum voluit Dominus, dicens: דמים *sangvines* fratris tui clamant ad me. *Scherzer. Syst. Def. l. XIX. §. 3. p. 542.*

§. 2.

Certius nos dicimus, quatuor esse mortis causas: *Peccatum, Satanam, Hominem, DEum,* sed dispari modo. *Peccatum* est mortis causa *meritoria.* Rom. VI, 23. Jacob. I, 15. *Satanas* est causa mortis *impulsiva,* Joh. VIII, 44. *Homo,* Satanæ ad peccatum impellenti obsequens, *proxima mortis causa* est, Rom. V, 12. 1. Cor. XV, 22. *DEUS* denique est mortis causa, *tum* quatenus tanquam judex justus decernit moriendum esse homini peccatori, Gen II, 17. *tum,* quatenus DEus, qui est vita nostra, & longitudo dierum nostrorum, Deut. XXX, 20. subtrahit homini peccatori virtutem istam conservatricem, qua vita ipsi continuatur, juxta illud Ps. XC, 5. 6. 7. *Brochmand. S. T. T. II. Art. XLIV. c. I. S. II p. 585.* Hinc quod DEus mori jubet homines Ps. XC, 3. coll. 7. id non fit mortis *institutione,* sed ad pœnam peccatorum *ordinatione. Scherz. l. c.*

Confraternitas.

Ita dicitur sodalitium eorum, qui defunctorum corporibus humandis sacrati sunt. *D. Joh. Micrælius Hist. Eccles. l. III. S. I. Q. XXXII. p. 612.* Constantinus M. enim Collegium Funebre instituit, si vera sunt, quæ Cardinalis

nalis

nalis *Baronius* in vastis suis Annalibus Eccles. ejusque Epitomator *Spondanus* ad A. C. 326. referunt, quod postea in Catholici Orbis Ecclesiis propagatum dicit Spondanus, sub nomine *Confraternitas Mortis*, unde & hi, qui Collegio isti intererant, *Fratres mortis* dicti sunt. In margine addit Autor: In quibusdam Galliæ locis, aptiori (ut videtur) appellatione nuncupatur, *Confraternitas charitatis*. Quid enim officio circa defunctos præstantius, dum ei beneficium exhibes, qui tibi jam non possit reddere. *D. Hildebrand. in Offertorio pro Defunctis c. 1. §. 5. p. 3. 4.* Et maxime notatu dignum, intra quadringentos annos neminem ex hac societate ulla labe infectum fuisse mortuum. *B. D. Misand. D. B. N. T. P. III. p. 847.* De his *Franciscus Modius* ita:

Morsque licet regnet per rura, per oppida victrix
 Sternat & infami corpora cuncta lue:
Nos tamen intrepidi morientem claudimus ipsa
 Lumina, & hunc facili contumulamus humo.

Joh. Wolffius Lect. Mem. T. II. cent. XVI. p. 946. b.

Dies melior, quam Nativitatis, Eccles. VII, 2.

Nuptialis Dies, Apoc. XIX, 7.

De his videatur omnino *Appar. Nostr. Nom. Propr. Bibl. Tom. III. p. 383-392.*

Feciales tres.

Ibid. *p. 392. 393.*

Genera varia.

§. 1.

Tela mortis si quis investigat, morbi sunt; Vid. Tit. *Morbi multi.* Nec enim tot in homine membra, quot in illa vibrat Spicula. Petit *caput* per apoplexiam; *oculos* per ophthalmiam; *aures* per apostemata & inflammationes; *nares* per sangvinis fluxiones; *os* per gangrænas; *lingvam* per resolutiones & tumores; Vexat *gulam* angina *humeros* ossium luxatione; *manus* tumoribus; *pectus* plevresi; *brachia* doloribus arthriticis: Penetrat *latera* iliacis doloribus, *ventrem* colicis passionibus; *lumbos* calculis & inflammationibus; *pedes* podagricis tumoribus; *cor* palpitationibus; *epar* apostematibus; *ventrem* hydrope; *pulmonem* tabe; *nervos* spasmis & resolutionibus; *ossa* fracturis & læsionibus. En tela penetrantia! tela, quæ hostis ille atrocissimus in nos ejaculatur!

§. 2.

Vultis etiam gladios ejus cognoscere? Casus sunt, & pericula varia, per quæ mors innumeros homines pessundat. Quam multos enim *ignibus* ustutat? quam

quam multos *in aëre* suspendio interimit? quam multos *terra hiatibus* absorbet? quam multos *aquarum voraginibus* immergit? quam multos *ex alto* præcipitat? Opportuna mors, *inquit Augustinus*, mille modis quotidie capit. Hunc namq; febribus, illum opprimit doloribus; hunc consumit fames, illum sitis extingvit; hunc suffocat aquis, illum perimit flammis; hunc interimit laqueo, illum dentibus bestiarum; hunc trucidat ferro; illum veneno corripit.

§. 3.

Verum hoc esse testantur exempla. *Menippus* laqueo vitam finiit. *Æsculapius* fulmine ictus periit. *Terentius* aquis interiit. *Torquatus* vivus a terra absorptus est. *Philostratus* ex scalis lapsus animam suam profudit. *Diogenes* canum morsu dilaceratus. *Diomedes* Rex ab equo dilaniatus est. *Basilius Imp.* cervicorum percussus interiit. *Thales* fame enectus est. En casus, en pericula! Stratagemata hujus Bellatoris avetis attendere? Per cuniculos plerumque rem agit, nihil tale timentes obruit. Sic ex odoratu rosæ *Laurentius Episcopus* mortuus est. *Durius Valla* Medicus mulsi potione exspiravit. *Lucia*, M. Aurelii Imp. filia, acus, quam forte tenellus filius, quem brachiis gestabat, pectori ejus infixerat, punctura animam efflavit. *Ruffinus Consul*, & Capitaneus invictus, ex dente pectinis, qui caput ejus vulneraverat, vitam amisit. *Anacreon* ex unius grani uvæ passæ deglutitione præfocatus est. *Fabius* prætor ex pilo, cum lactis haustu attracto, vitam finiit. *Philemon* Poeta ex immoderato risu extinctus est. *Homerus* ex verecundia, quod interrogata quædam non posset dissolvere, obiit. *Dionysius* tyrannus præ nimia lætitia mortuus. *Sansejus* ovi sorbitu extinctus est.

§. 4.

Parthi, gens crudelis & barbara (inquit *Hilarius de S. Anastasio in Archim. Christ. proœm. §. 4. p. 4.*) dum fugam simulat, tunc maxime & a tergo ferit: Mors, dum in foribus adest, abesse se fingit; securos vitæ longioris facit simulata absentia; capit interim & rapit; sternit & interficit minus cautos, & nimis credulos. Omni est *Argo* oculatior, omni *lynce* perspicacior, omni *dracone*, quem horti Hesperidum custodem esse finxit antiquitas, venenosior; nec juveni parcere, nec seni vult; omnes demetit fatali falce. Dominatorem orbis *Alexandrum*, juvenem florentem, jaculo petiit, occidit, scrobe parvula abscondidit; *Saladinum* e lectulo abreptum, sabucula involutum, humi condidit; *Tarquinium* Spina pisciculi interfecit; *Rhodiorum Legatum*, causam suam in Senatu cum admiratione perorantem, in limine curiæ exspirare fecit; *Aristidem* mustelæ morsu exstinxit; Divum *Ludovicum* peste; *Egillum*, inter Gothos Regem, furiali tauro; *Prophetam* leone e sylva procurrente; *Ananiam* & *Saphiram* voce Petri; *Absalonem* capillorum pro-

propriorum cæſarie; *duos* militum *quinquagenarios* igne de cœlo intercepit, exanimavit; *Alium* leone ſaxeo extinxit; Illa pullorum eſu pellexit, decepit, occidit *Boleslaum*, Brigenſium olim in Sileſia magnum Ducem; illa caſeo proſtravit avidius comeſto *P. Antonium Pium*, 70. natum annos; Illa ficubus Pompejum Columnam Cardinalem, multa nive refrigeratis, peremit; Illa rapis Bohemicis interfecit Hungariæ Regem *Ladislaum*; Illa *Nabal* Carmeli incolam, terrore; *Balduinum* Hieroſolymorum Regem, perfidia; *Siſigamben*, Darii matrem, obitu Magni Alexandri; *Henricum IV.* Imp. filii rebellione; *Margaretham* in Scotia Reginam cæde mariti intellecta; *Heli* Judæorum in Sacris Pontificem clade accepta & annunciata; *Franciſcum Armelinum* opum amiſſione intercepit, & vita extruſit violenter; En quam mille dolos mors doloſe, in rem ſuam erudita, excogitet!

Ut volucres auceps laqueo, viſco, illice, clavo:
Sic nos mille capit mors perimitque modis.

Wie man die Vögel fängt mit Leim, Garn, Fall und Stricken,
So hat auch gar viel Art der Tod uns zu berücken!

M. Joh. Georg. Willius im *expediten* Leich-Prediger *P. II. p. 395.*

§. 5.

Hæc manu, *Lector*, palpa! hæc oculis lege! hæc animo expende! & ſuſtine tantiſper; decretorius tibi quoque iſte paulatim imminet fatalisque dies; punctum vitæ ultimum & ad te tandem perveniet; & forſitan de illo ne ſomnianti tibi quidem adveniet. Inveniet mihi crede, qua te larva deceptum, invadat, capiat, raptet, rapiatque, feriatque, perimatque hæc bellua; Forſan adhuc hodie, vel in cœna, vel veſperi, vel in lecto noctu; vel in flagranti ſcelere foris, illa te extingvet. Ergo cavete inſidias cavete juvenes, vigilate ſenes! Quisque ſibi dictum putet: *Diſce mori!* Teſta qualibet es fragilior, o homo, e limo terræ & pulvere formatus: *Diſce mori!* Ab humo homo derivatur, hominem te cogita: *Diſce mori!* Brevis hæc ad magnorum inſtar voluminum vox iſta nunquam excidat, nunquam extra hominem vagetur: *Memento mori! Diſce mori!* Mors fidum habet comitem malum genium ambo negotium ſuum agunt ſtrenue perdendo homini. Mors adoritur improviſa maxime ſceleratos, malus genius trahit; rapit ad tribunal juſti DEI; judicatos deturbat in gehennam. *M. Bauman. in Anal. Typ. p. 1426. 1439.*

Hora ignota.

§. 1.

Dixit R. Eleaſar: Age pœnitentiam pridie tui obitus. Quærebant Diſcipuli ejus, num homo mortis horam noſſet? Ille viciſſim reſpondens inquit: Omnibus diebus homo pœnitentiam agat, quia ignorat, quo die ex hac vita migra-

migraturus ſit. *Joſeph. de Voiſin in Raymund. Martin. Pug. Fid. P. III. Diſt. III. c. XXII. §. 24. p. 959.*

§. 2.

Targum של חמש מגלות ſeu *quinque libellorum* legitur: Ecce jam pridem elongatum eſt a filiis hominis, ut ſciant ſecretum diei mortis. Quis eſt ille, qui inveniet a ſapientia ſua. *D. Caſp. a Lilien Diſſ. Sacr. Philol. Hiſt. Theol. III. §. 1. p. 35.* Certo conſilio horam judicii homines celaſſe dicunt *Arabes*, quod ipſis utilius ſit horam illam, ut & mortis ſuæ ignorare. *Aleman Phacroddin* ita: Aſſerunt, qui verum dicunt, cauſam, ob quam abſcondita ſit notitia horæ iſtius ab hominibus, eſſe, quod cum ignorant, quando futura ſit, eam continuo expectaturi ſint, quod & ad obſequium ipſos magis incitabit, & a transgreſſione fortius cohibebit. *Eduardus Pocockius in Notis Miſcellaneis c. VII. p. 257.*

§. 3.

Ignorantia hæc hominibus in bonum cedit. Sicut enim ad mortem damnatis internecini diei recordatio obtingit amariſſima; Ita & illis, qui naturali mortis timore nimium liqveſcunt, ultimæ horæ memoria eſſe ſolet acerbiſſima. Exiſtimo naturam, quod confuſionem & brevitatem vitæ habebat cognitam, voluiſſe nobis terminum vitæ præſtitutum eſſe ignotum. Eſt enim hoc in rem noſtram. Nam ſi prænoſſemus, multi profecto immaturis luctibus contabeſcerent, mortemque morte anteverterent, ut eleganter ait *Plutarchus in Conſol. ad Apolloniam.*

Horrore perciti quomodo erigendi?

Initio expendatur velle DEum, ut omnes homines moriantur, Hebr. IX, 27. Quocirca voluntati divinæ exemplo Chriſti, Matth. XXVI. v. 39. ſeq. humillime te ſubjice. *Deinde*, firma fide apprehendatur Chriſtus cum certa perſvaſione, quod ille mortis robur aboleverit, Hebr. II, 14. & morti ſuum aculeum ademerit, 1. Cor. XV, 55. 56. 57. *Tertio*, juſta devotione recolatur, a qvot, & quantis malis per mortem liberemur: videlicet a peccato, Rom. VII, 24. 1. Cor. XV, 54. 55. a miſeriis, quas ſecum in hac vita trahit peccatum, Eſ. LVII, 1. 2. 3. Apoc. IX, 6. a tentationibus Diaboli, Apoc. XII, 8. a mundi & carnis impugnatione, Apoc. XIV, 13. Quæ etiam cauſæ ſunt, ob quas pii non raro optarint liberari, per mortem a mortali corpore, Rom. VII, 24. 2. Cor. V, 1. 2. 3. ſeq. *Quarto*, ad animum ſerio & ſancte ſumatur, quo per mortem homo pius perveniat: videlicet ad DEI & Salvatoris JEſu, & beatorum hominum lætiſſimum conſortium, 1. Cor. XIII, 10. 2. Cor. V, 8. Phil. I, 13. Hebr. XI, 10. 16. Luc. XVI. *Qvinto*, placeat ſibi homo pius in ea, quam conſequitur poſt hanc vitam, perfectione & gloria, deſcripta Matth. XXII, 30. Dan. XII, 3. Ap. III, 12-21.

B. Brech-

B. Brochmand. T. II. Art. XLIV. S. VI. p. 586. Balduin. C.C. l. III. c. IV. cas. VII. p. 674. seq. Gvil. Amesius Cas. Consc. l. II. c. XVII. Q. III. p. 122. seq.

Hypotypoſis.

Quod ſi metro vivam mortis imaginem deſcriptam legere geſtias, eam a Maronis æmulo atque cive *Joh. Baptiſt. Mantuano l. II. de Geſt. Alphonſ.* vivis, truculentis quamvis, coloribus depictam accipe:

Monſtrum ingens, cui flexilibus frons orba colubris
Cingitur; & cui concava truncatis deformia naribus ora
Oſtendunt inhoneſta cavi duo verticis antra,
Occiput aure caret, geminæ ſed utrinque cavernæ
Semper hiant, atroque fluunt in pectore tabo.
Verticis os glabrum, cervix nodoſa, lacertos
Nulla ligat junctura, humeris ſine viſceræ coſtæ,
Arida membra ſonant mota colliſa ſub alvo
Tecta ſepulchrales hydri poſuere, cubantque
In thorace cavo coluber, nepa, vipera, bufo.
Stant famulæ circum Dominum pallorque timorque,
Et dolor & peſtis, quæ nigro armata veneno,
Obvia transadigit lethalibus ingvina telis.

D. Joh. Georg. Dorſcheus in Admirandorum JEſu Chriſti Septenario Diſſert. IV. p. 389.

Imago in Conviviis Veterum.

Olim in divitum epulis apud Ægyptios unus quiſpiam cadaver ligneum, ſed quam proxime ad verum effictum (Oſirim in tumba aurea fuiſſe dicit *Plutarchus*) oſtendit ſingulis dicens: *In hunc intuens pota & oblectare, talis poſt mortem futurus.* Dubites quo animo id fecerint, utrum ut moderatius fruerentur voluptatibus, conditionis ſuæ memores, an avidius, utpote mox abituris. *Eraſm. Apopht. l. VI. p. 525. Tungerlar. Prompt. Evang. P. I. p. 619. Salm. in Panc. P. I. p. 264.* Nequitiæ ſtimulus fuit, juxta illud:

Heu, heu nos miſeros! quam totus homuncio nil eſt!
Sic erimus cuncti, poſtquam nos auferat orcus:
Ergo vivamus, dum licet eſſe bene. *Urſin. Arboret. Bibl. S. II. C. V. §. 5. p. 114.*

Græci etiam poculum cum imagine mortis circumferebant, ut convivæ caducæ ſortis, & humanæ fragilitatis admonerentur: eidem abſynthium immixtum fuiſſe, tradunt, ne dulcedo animum ſeduxiſſe videretur, nec convivæ ita voluptate caperentur, ut mortales ſe eſſe obliviſcerentur. *Dn. Henricus Bangertus Diſſ. de Poculo Jovis Servatoris & boni genii fere in fin.* Conf. *D. D. Claſſenius Comment. in Convivium Plutarchi p. 43. seq.*

In ipsis Cunis.

Vid. Appar. Cur. Tom. II. in Tit. *Capulus apud Cunas p. 160. seq.*

Terribilis, Amabilis.

§. 1.

Schrecklich muß das Bild des Todes denen alten Römern und Griechen seyn vorkommen, indem sie den Tod, vielleicht aus Schrecken (secundum illud: Primos in orbe Deos fecit timor) zu einem Gott gemachet, und unter den Nahmen Pluto oder Plutus verehret; Er saß auf einem tuncklen Thron, hatte auf den Haupt eine Crone von schwartzen Ebenholtz, in der einen Hand eine Ruthe, um die todten Leiber beysammen zu treiben, in der andern einen Schlüssel, um dieselben zu verschliessen; Bey seinen Füssen war gebildet ein Cerberus, oder greulicher Hund mit dreyfachen Kopff, der ohn Unterscheid die Menschen schiene anzufallen, und zu zerfleischen; In Wahrheit ein schreckliches Bild, das niemanden lieblich vorkommen kunte; Ein Heyde nennet dessentwegen den Tod den schwartzen Hund, der die sterbliche Menschen unaufhörlich anbellet und beisset; Von Horatio wird er genennet Bellua Centiceps ein hundert-köpffig Thier, der da hundert, ja tausendfältige Manier wüste uns zu überfallen; (Sicuti & Judæi nongentas & tres Species mortis esse censent, quas innui putant verbis למות תוצאות Domino sunt ad mortem multi exitus, Pf. LXIIX, 21. *B. D. Scherzer. Syst. Def. L. XIX. §. 2. p. 541.* Ad illam mille viæ, ut si vitam quidem homo homini facile quisque eripere queat, mortem tamen nemo queat, ut est ap. *Senec. in Thebaide.*

Mille modis morimur, mortales nascimur uno,
Sunt, hominum morbi mille, sed una salus.)

Von etlichen wurde dessen Bild ausgedrucket durch Charon, von andern durch Acharon, weil der Tod denen Frommen, die mit reinen Gewissen von hinnen scheiden lieblich, sehr schrecklich und grausam denen Gottlosen, so von den Furien eines bösen Gewissens gepeiniget werden, welches das Wort Acharon mit sich bringet. (*Alex. Rossæus Relig. Tot. Ob. S. IV. p. 184. 185.*) Und wem wolte doch dis Todten-Bild sich lieblich præsentiren? Es ist und bleibt der Tod ein verdrießliches Bild, Ezech. V, 5. ein Bild der Finsternis, Sap. XVII, 21. und ist ein solcher Gesell, den man lieber siehet, wenn er weit weg ist, als daß er nahe bey uns seyn solte, wie also der sinnreiche Harsdörffer im siebenden Theil seiner also genannten Gespräch-Spiel p. 306. anführet, daß der Tod einmahl von einem Kunst-reichen Mahler begehret, er solte doch sein Bild nicht so greulich und schrecklich mahlen, deswegen er von iedermann gehasset werde, sondern solte ihn annehmlich und lieblich bilden, daß ein jeder vielmehr

Lust

Lust gewinnen möchte, sich zu ihm zu nähern, und Bekandschafft mit ihm zu machen; Darauf habe der Mahler die allerschönsten und zartesten Farben auf dem Reibe-Stein abgerieben, und das allerzarteste Tuch aufgespannet, in willens, den Tod zwischen das freundlichste und Lust-reichst-ausgebreitete grüne Laubwerck zu mahlen; Als er aber das heßliche eingetiefte Angesicht recht angesehen, habe sich keine schöne Farbe wollen anstreichen lassen, darum sey der Mahler mit Ungedult heraus gefahren, und gesagt: Ey du garstiger Gesell, dein Angesicht ist sehr schrecklich, wende mir den Rücken, und packe dich davon, also wirst du mir und allen Menschen am besten gefallen. *(D. Martin. Francisci Parent. VII. p. 122. 123.)*

§. 2.

Ist freylich an dem! Das **Bild** Nebucadnezars war **schrecklich** anzusehen, Dan. II, 31. Das vierdte Thier, welches Daniel im Traum erblickte, war greulich und **schrecklich**, Dan. VII, 7. Aber das **Bild** des **Todes** ist viel **schrecklicher**, es verursachet bey manchem eben solchen **Schrecken**, als vorzeiten im Heer der Aegyptier, Exod. XIV, 24. und im Lager der Philister, 1. Sam. XIV, 15. zu spüren war; Verrätherey, Aufruhr, unschuldig Blut vergiessen, welches alles Sirach **schrecklicher** als den Tod hält, cap. XXVI, 5. 6. möchte bey manchen weit vorgezogen, und keine dieser Sünden unterlassen werden, wann er nur dadurch dem Tode entlauffen, und sich vor diesen **schrecklichen Bilde** sichern könte; seine Zähne stehen gar zu **schrecklich**, Hiob. XLI, 3. und ist sein **Bild** gar zu greulich; Denen Sybaritern kam dis **Bild** so **schrecklich** vor, daß sie auch denjenigen am Leben strafften, der nur des Todes im geringsten erwehnete, *(ex Solino M. Radau Orat. Ext. P. II. c. VII. Q. II. p. 319.* In Gegenwart des grossen Moguls darff der Tod nicht genennet werden, und bey den Japoniern darff man auch zur Neuen-Jahrs Zeit in 7. Tagen dessen nicht gedencken. (*Aloys. Froes Ep. ann. 1565. ap. D. Andr. Müller. Conc. Fun. ex Es. XXXVIII, 17. p. 17.*) Ludovicum XI. König in Franckreich erschrack dieses **Bild** dermassen, daß er gern sein halbes Königreich dem Artzte gegeben, wann er ihn nur von diesem **Schreck** befreyen mögen. (Ludovicum XI. Galliarum Regem mortis metus sic occuparat, ut contabesceret mœrore animi; Universa e Gallia Sanctorum lipsanothecas ad se adferri jussit; D. Franciscum de Paula ex Italia accersivit, cujus meritis atque precibus a DEO sibi vitam prorogari impetraret. Ex Pictavia universa opiliones innumeri accersiti, qui utriculi Symphonia agresti eum exhilararent, sed frustra. *D. Weber. Art. Discur. Font. XXVII. Ep. VI. p. 217. Drexelius de Cœlo l. I. c. VIII. Nob. Ziegler* **im tägl. Schauplatz der Zeit** *30. Aug. n. 2. p. 1053. Er. Francisci* **Ehre der Verblichenen** **ꝛc.** *Conversat. IV. p. 7. seq.* Medico vitæ cupiditate maxime

me adulatus fuit. Dabat ei menſtruum ſtipendium decies mille Aureorum nec id modo, verum etiam Epiſcopatum Ambianenſem ejus nepoti, & munera publica multa largiebatur ejus propinqvis & amicis. Et tamen Medicus tam erat verbis in eum aſper & durus, ut nihil ſupra; Valde igitur eum Rex metuebat, & ad ſuos familiares de illius aſperitate nimia ſæpe querebatur, neque tamen audebat eum a ſe dimittere. Nam ille pro conſvetudine ſua ſeverius aliquando interpellans: Non dubito, quin me quoque ſis ejecturus, ait, ſicuti reliquos omnes: verum ſanctiſſimo jurejurando tibi confirmo, poſt meum a Te diſceſſum non Te victurum eſſe ſupra octavum diem. Ea voce magnopere perterrefactus adulabatur illi modis omnibus, & ampliſſima donabat munera. *Excell. D. Becman H. O. T. P. II. c. III. p. 490. 491.* Veteres ut mentionem mortis vitarent, dicebant: Vixit, naturæ conceſſit, animam egit, ad plures abiit, ſupremam neceſſitatem, aut jura naturæ perſolvit. *Mich.* P*exenfeld. Apparat. Erudit. c. LXXXIX. p. 688.* Romani quondam ad ſolum mortis nomen ita trepidabant, ut in omen verterent, ſi quis mortis mentionem faceret, & vetarent omnino mortis fieri mentionem. *D. Mayer* **im betrübten und getröſteten Kinde GOttes** *P. II. & III. p. 1448.* Neu quis cum adoleſcente loquens, aut ejus res agens verbum aliquod excidere ſibi pateretur, quod ordinem fati turbaret, h. e. ut ſene ſuperſtite minor annis excederet vita. *Barthius* Adverſ. *l. XXXV. c. VI. p. 1597.*) Herr D. Arnold. Mengering. gedenckt in ſeinem Informatorio p. 150. eines, der geſagt: **Er wolte lieber 20. Meilweges lauffen, als eine Predigt vom Tode hören; da komm ich nicht hin, der Teufel führte mich denn hin!** Herr D. Nic. Selneccerus berichtet P. I. ſeiner Leichen-Predigten p. 10. daß ſich eine zarte Frau einſt vernehmen laſſen: **Sie wolte gern in die Kirche gehen, wann man nur nicht ſo viel und offte vom Tode predigte!** Ja eine gewiſſe von Adel, wie Bergmannus in Tremenda Mortis Hora P. I. p. 19. meldet, iſt allezeit in Ohnmacht geſuncken, wann ſie das Sterbe-Lied: **Mit Fried und Freud ich fahr dahin** rc. ſingen hören (*M. Joh. Georg. Willius* im **Expediten Leichen-Prediger** *P. I. p. 74. ſeq. B. Miſand. C. C.* P. *I. p. 1117.*) Die unvernünfftigen Thiere ſchrecket dieſes Bild, und Ariſtoteles nennets das ſchrecklichſte unter allen ſchrecklichen Dingen auf Erden; (Homini, non quatenus eſt fide Chriſtiana imbutus, ſed quatenus conſtat corpore & vita, mors omnium eſt terribiliſſimum. *D. Chriſt.* **Liebenthal** *Coll. Ethic. Exerc. VII. Q. IV. p. 72. Zeiler. Miſcell. p. 410.* Quis eſt, aut qnotusquisque, cui mors, cum appropinquet, non refugiat timido ſangvis, atque exalbeſcat metu? *Cicero l. V. de Finibus p. m. 131. b.* Conf. & P*etrarcha de R. U. F. L. II. D. CXVII. p. 626. ſeq.*) Chriſtus ſelbſt zitterte und ſchwitzte Blut, da er im Oel-

Garten

Garten mit dem Tode rang, Matth. XXVII, 37. (vid. Appar. Biblic. Tom. I. in Tit. *Christus sangvineum sudorem vere emisit p. 578. seq.* Est autem δειλία, sive timor duplex: alia *naturalis*, qua natura timet, fugitque sui destructionem, quæ fit in morte: alia *non naturalis*, quando aliquid timemus, quod tale non est, quale nobis imaginamur. Posterioris Christus expers fuit. Priorem autem suscepit propter nos voluntarie καὶ οἰκονομικῶς, non *conditionis necessitate*, sed *miserationis voluntate*, ut loquitur Augustinus sup. Psalm. LXXXVII. Non *necessitate generationis*, sed *voluntate dispensationis*, ut loquitur Bonaventura. *D. Finckius Tom. IV. Giess. Disp. XX. §. 23. p. 463. 464. & Tom. I. Disp. XIII. §. 63. p. 554. Brentius Homil. LV. in Pass. Christi secundum Lucam p. 348. b. & Hom. XXXIV. in c. IV. Joh. p. 231. Chytræus in Matth. p. 464. 466. Reneccius Panopl. T. II. c. XLIII. p. 118. 119.* Et licet Martyres nonnunquam adeo non timuisse mortem legantur, ut eam potius expetierint, attamen vix est putandum, omnem omnino in iis defuisse carnis reluctantis sensum, sed potius supprimebant eum, & viriliter resistebant 1) per efficacem Sp. S. operationem. 2) per fidelem salutaris usus considerationem, quoniam noverunt, mortem suam fore glorificationem DEI, confirmationem veritatis, & transitionem in statum æterni gaudii beatissimum. *B. Meisnerus Philos. Sobr. P. I. S. III. p. 904. seq.*

§. 3.

Was der Schreck- und Todes-Engel bey den Jüden thut (vid. Tit. *Mortis Angelus,*) das thut der Fürst des Todes und König des Schreckens, Hiob. XVIII, 13. 14. bey allen Menschen insgemein, wegen seiner Ankunfft ist Schrecken um und um, Jer. XLVI, 5. und mag dessen Bild so gar nicht lieblich angesehen werden; Weist du nicht, was für Schrecken einen Menschen betritt, sagte jener Araber, der 150. Jahr alt worden, und nunmehro sterben solte, wann ihm nur ein Zahn aus dem Munde gerissen werden soll? (*Schich. Saadi l. VI. v. 1. p. 218. ap. D.* Ernst in Gottholds zuf. Ged. *cent. I. Med. LIX. p. 227.*) Wie düncket dich denn, wann die Seele aus ihrer Vestung soll gerissen werden? O Tod, wie bitter bist du, wann an dich gedencket ein Mensch! Sir. XLI, 1. Das macht die natürliche Neigung, nach welcher wir lieber wollen leben, als sterben; Es hat GOtt der HErr den Menschen nicht zum Tode, sondern nach Ausspruch des weisen Jüden Philonis Sap. II, 23. 24. (Hic enim, non Salomo hujus libri Autor. vid. Appar. Bibl. Tom. IV. in Tit. *Sapientiæ liber p. 586. seq.*) zum Leben erschaffen, und hat ihn gemacht zum Bilde, daß er gleich seyn soll, wie er ist; So lange Adam im Stande der Unschuld lebte, wuste er von diesem Schreck-Bilde nichts, aber so bald er gesündiget, wurde aus dem Bilde GOttes ein sterbliches Adams-Bild, und der Ausspruch an ihm vollzogen: Welches

Tages du davon issest, wirst du des Todes sterben, Gen. II, 17. Gen. III, 19. (vid. Appar. Bibl. Tom. I. in Tit. *Adamus statim eadem die, qua ex arbore comedit, mortuus p. 94. seq.*) Denn was vor Zeiten die Pelagianer vorgegeben, es würde Adam dennoch gestorben seyn, wann er schon nicht gesündiget hätte, wie er denn nicht aus Verschuldung der Sünde, sondern wegen Beschaffenheit seiner Natur gestorben sey; Eben wie noch heutiges Tages die Socinianer den ersten Menschen, auch vor dem Fall, von Natur sterblich ausruffen, und keines weges bekennen wollen, daß Adam zur Unsterblichkeit von GOtt erschaffen, ja noch sagen dürffen: Er habe nicht einmahl viam immortalitatis, den Weg zur Unsterblichkeit wissen können, wie ihre eigene Worte im Rakowschen Catechismo lauten, streitet wider die heil. Schrifft; denn wäre diesem also, warum hätte GOtt der HErr den Tod, als eine Straffe der Sünden, gedreuet? warum hätte er gesagt: Welches Tages 2c. (vid. *B. D. J. B. Carpzov. Conc. Fun. T. II. p. 351. seq. D. Sal. Gesnerus Histor. Narrat. Omn. Concil. p. 204. 235. Rossæus l. c.* S. *VII. p. 272.*) Paulus nennet den Tod der Sünden Sold, einen Lohn, den der Mensch mit seinen Sünden verdienet, Rom. VI. v. ult. und wie wir alle sündigen, so müssen wir auch alle sterben; doch muß bey gläubigen Christen das **Bild des Todes** sich nicht so **schrecklich** præsentiren, als bey denen Ungläubigen, und vielen Heuchel-Christen, die erstlich im Tode mit **Schrecken** inne werden, wie sie gelebt haben, Sir. XI, 29. Denn so **lieblich** sonsten die Jüden der Gläubigen Tod *abzubilden* wissen, daß sie sagen: **Eines Gerechten Seele fähret aus dem Leibe so leicht heraus, als ein Haar aus der Milch, aber der Gottlosen stecket so fest, wie eine Klette im wollichten Fell,** wie sie denn dieses mit Mosis, Ahitophels und Judas Exempel bestätigen, indem jener durch einen **lieblichen** Kuß von GOtt abgefordert worden, diese aber des **Todes Schrecken schrecklich** gnug erfahren müssen (vid. Tit. *Mors placida per deosculationem;*) So können wir anitzo ebenfals sagen, daß, da die Gottlosen bey herannahenden Tode müssen fühlen das **Schrecken** der Finsterniß, Hiob. XXIV, 17. mit **Schrecken** geplaget werden, Thren. III, 47. und endlich ein Ende nehmen mit **Schrecken**, Psalm. LXXIII, 19. Die Gläubigen Kinder GOttes aber davon ferne seyn, Es. LIV, 14. und sich für keinen **Schrecken** fürchten, Sir. XXII. v. 20.

§. 4.

Unsern seligst Verstorbenen kunte **dis Bild** nicht **schrecken**, sondern war auch im Tode getrost, Prov. XIV, 32. traf ihn gleich, wie alle Gerechte, des Todes Anfechtung, Sap. XVIII, 20. also, daß wann es möglich, und des grossen GOttes Wille gewesen, er noch gerne länger bey den lieben Seinigen verbleiben mö-

mögen; so überwand er doch diß sich ihm præsentirende Bild nicht mit leiblicher Macht, sondern mit dem Worte GOttes warff er unter sich den Plager, Sap. XVIII, 22.

Naturæ natura, DEus bone, cum mihi posse
Vivere sustuleris, da mihi velle mori.

Owen. ap. Heidf. p. 752. Seine Erklärung war: Wie ich bishero getragen das Bild des Irdischen, also werde ich auch nunmehro tragen das Bild des Himmlischen, 1. Cor. XV, 49. es spiegelt sich allbereit in mir des HErrn Klarheit mit aufgedecktem Angesicht, und ich werde verkläret in dasselbige Bild, von einer Klarheit zu der andern, als vom Geist des HErrn, 2. Cor. III, 18. Darum, **ob mich der HErr gleich tödten wird, will ich dennoch auf ihn hoffen,** Hiob XIII. 15. (h. e. Si mihi objiciat horrorem mortis, ac vita sim spoliandus, illi tamen fidam, qui sua providentia rationem inibit, qua me servet. Dominus auxiliator meus, non timebo. *Læv. Lemnius Exhort. ad Vit. Opt. Instit. c. LVI. p. 561.*

Me Pater omnipotens dulci si lumine privet,
Aut subito coecas me fulmine mittat ad umbras,
Fixa tamen mihi semper erit spes omnis in illo.

Wenn gleich der HErr mein Leben wird verjagen,
Ja wohl mit Donner in die Erd mich schlagen,
Will ich doch stets mein Hoffnung auf ihn setzen,
Kein Noth, kein Tod kan mich in Ihm verletzen!

D. Joh. Jac. Otto **Tug. St. und Last. W.** *P. I. p. 286.* Notetur autem hæc verba: Ob mich der HErr gleich ꝛc. in versione Lutheri nuspiam extare, sed e Keri, vel saltem Vulgata esse expressa. vid. B. *D. Pfeiffer. Dub. Vex. cent. III. l. XXXVI. p. 500.* Vulgatam autem hoc in loco ex Ebræo Textu facile defendi posse habet *Röber. Arc. Triumph.* P. *III. p. 1067.* ap. *Otton. l. c.*) Mein voriges natürliches **Schrecken** hat sich gekehret, Hiob. XXX, 15. und erblicke meinen **JEsUM** und **Heiland gantz lieblich** auch mitten im Tode; Der HErr ist mein Licht und mein Heil, für wem ꝛc. Psalm. XXVII, 1. Ich liege und schlaffe, und ꝛc. Psalm. III, 6. 7. Ich schlaffe, und niemand wird mich schrecken, Lev. XXVI, 6. Du, liebster JEsU, solt seyn mein Schlaf- und Haupt-Küssen, mein Jacob-Stein, meines Hertzens Grund und Trost, auf dein Verdienst will ich einschlaffen, auf dich will ich mich zur Ruhe legen, auf dir will ich süß und sanffte schlaffen; Auf dir will ich aufwachen am jüngsten Tage, und zur ewigen Freud eingehen! (*Herberg. T. III. Magnal p. 348.* ap. *Baum. in Anal. Typ. l. XV. Punct. I. T. IV. p. 1434.*) Also nemlich muste der sonst schreckende Tod unserm Seligen ein süß und lieblicher Schlaf werden!

§. 5.

§. 5.

Ohne ist es nicht diese ins **Todten-Bild** verwandelte (si filia aut uxor fuerit defuncta) wird bey den liebsten Ihrigen nicht ein geringes **Schrecken** verursachet haben, wann sie das **liebliche Bild**, Judith. X, 5. holdselig und lieblich in ihren Leben, 2. Sam. I, 23. verlohren, aus ihren Augen weggetragen, 1. Reg. XX, 6. und zum Grab gemachet worden, Nah. I, 14. Printemps, pen de-temps! mochte der Herr Wittwer (si uxor) mit jenem Savoyschen Hertzoge ausruffen, da auch dieser seiner Liebsten, nur eine kurtze Zeit geniessen kunte, *(Eman. Thesaurus Inscript. p. 149.)* und würde es nicht so sehr zu verwundern seyn, wann er in Betrachtung der hertzlichen Liebe erstaunend sagte:

Si pensare animas sinerent crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus.
Quantulacunque meæ debentur tempora vitæ,
Pensassem pro Te, chara Sophia, libens.

Aber, wertheste Leidtragende, Sie fassen ihre Seelen in Gedult, und gönnen der seligst Verstorbenen ihr erlangtes liebliches **Freuden-Bild**; Sie ist numehro sicher für allen Geschrey des **Schreckens**, Es. XXIV, 14. Niemand kan sie mehr **schrecken**, Jer. XXX, 10. Ezech. XXXIX, 26. sondern wohnet in Häusern des Friedens, in sichern Wohnungen, und in stoltzer Ruhe, Es. XXXII, 18. (in requiebus שַׁאֲנַנּוֹת superbis, h. e. tranquillis securis;) Sie stellen ihnen vor den Willen GOttes, derjenige, der ihnen dis **edle Bild** gegeben, und zugeführet, hat auch Macht gehabt, es wiederum von ihnen auszuführen, und zum **himmlischen Bilde** zu machen; Jener Cantzler zu Epheso rühmete die Dianam, als eine Göttin des **himmlischen Bildes**, oder als ein **Bild**, das vom Himmel herab gefallen, Act. XIX, 35. (vid. Appar. Bibl. Tom. I. in Tit. *Dianæ simulachrum e cælo delapsum p. 1221. seq. D. C. F. Paullini* Zeit-kürtz. erbaul. Lust *Tom. III. c. CXXVII. p. 798. I. C. Dieteric. Lexic. Philol. Theol. in v. Ἄγαλμα p. 15.)* Wir können anitzo mit bessern Grunde von dem betrübten Herrn Wittwer sagen, daß er seine liebste N. als ein **Bild** vom Himmel ihm verordnet (Rabbini quippe & DEum vocant cœlum. vid. *B. D. Pfeiffer. in Examine Abarbanel. in Obadiam p. 15.)* angenommen, warum wolte er es denn nicht demjenigen, der es ihm auf eine Zeit lang gegönnet, willig wieder geben? Die Ephesier führeten den Nahmen ihres vermeynten **Bildes**, der Dianen her vom Lichte (Sic dicta a Die, quod Lucem diei æmulam habeat. *Crellius Prompt. Bibl. in v. Diana p. m. 185. M. Ioh. Nic. Schülinus de Diana Ephesia §. 1. M. Paulus Pater de Insignibus Turcicis S. II. §. 12. p. 62.)* Sie, Wehrteste, können vielmehr vergewissert seyn, daß defuncta, weil sie gewandelt wie ein Kind des **Lichts**, Ephes. V, 9. auch zum Erbtheil der Heiligen im **Licht** kom-

kommen, Col. I, 12. und ein **Licht** in dem HErrn worden, Ephes. V, 8. Sie ist ein Glantz des ewigen **Lichts**, und ein **Bild** seiner Gütigkeit, Sap. VII, 26 und darff dieses **Bild** keiner Hülffe, cap. XIII, 16. auch keines weitern Klagens mehr, sondern das Loos ist ihr gefallen aufs **lieblichste**, Psalm. XVI, 6. und der HErr wird ihr ewiges **Licht** seyn, Es. LX, 19. &c. Pater si adhuc viveret. *Scaligeri* verbis ad *Casaubonum* in simili casu scriptis, solari posset, ita enim ad eundem: Novi Patrum affectus. Novi etiam constantiam tuam: quæ, qvum pietatem cum maxima eruditione conjunxeris, tibi deesse non potest. Nam pietas non sinit te non velle, quæ DEus voluit; Eruditio docet ea ferenda esse æquo animo, quæ neque solis nobis accidunt, neque ut non acciderint, lachrymis nostris efficere possumus. Non exspectabis, ut hanc ægritudinem tempus tibi adimat. Hoc plebejorum ingeniorum remedium est. Sapientis est, tempus ipsum antevenire, & dolori ipsi nascenti occurrere. Jam igitur, quæ tua est sapientia, te has partes explevisse puto: quo minus & tibi molestus ero, & me labore inutili liberavero. *Epist. l. II. Ep. CXXXIX. p. m. 348.* MARITUS VERBIS SENECÆ: Quod bonam habueris uxorem, in summis bonis ponas. Non est, quod cogites, quanto diutius habere potueris, sed quamdiu habueris. DEus illam tibi non mancipio dedit, sed commodavit; cum visum deinde est, repetiit, nec tuam in eo satietatem secutus est, sed suam legem. Gaudeas itaque habuisse te tam bonam uxorem, & usumfructum ejus, qvamvis brevior voto tuo fuerit, boni consulas, *Consol. ad Polyb. cap. XXIX.* Meum postremo sit votum:

Expectata diu cum mortis venerit hora,
Da Pater, ut moriar *placide*, neque *torquear ægre*,
Judiciique diem mihi svavem redde Redemptor,
Ante tuum supplex ut stem, pie Christe, tribunal,
Et salver: satis hoc; non est, ut plura requiram.

Zeiler. Miscellan. p. 411.

Meditatio.

Maximilianus I. Imp. postremo Imperii sui quinquennio, cum palatium apud Oenipontem magno suo ære construi mandasset, & operis præfecti leviores quosdam in eo errores commisissent, secretius in aurem cuidam sibi adstanti susurrabat: Parum hi faciunt, quod me delectet, aliam domum construam mihi placituram; eoque die feretrum omni, quæ ad sepulturam necessaria forent, supellectili instructum, parari jussit, ac secum quocunque pergeret, clanculum deferri. Cumque curiosius conjectarent proceres de usu illius scrinii, Cæsar subridens ac sibi conscius, in rei, *dicebat*, mihi supra omnes alias charissimæ, usum mecum hoc defero. *Reinhard. Hadamar. in*

Instit. Princip. Idem fecisse, ejus nepotem Carolum V. Imp. *Justus Lipsius Monit. Polit. l. II. c. XIV. testatur.* Die Römischen Geschicht-Schreiber melden, daß der Käyser Severus ihm noch bey Lebens-Zeit einen Sarg zubereiten lassen, in welchen er sich öffters geleget, und selbten also angeredet: Tu locule Virum capies, quem orbis non capit. Cedrenus meldet, daß der Hochlöbl. Käyser Justinus alle Abend sein Bette mit Asche bestreuen lassen, und dabey zu den Umstehenden mit Thränen gesaget: Siehe, itzo werde ich in der Aschen schlaffen, denn ich bin Asche, und werde auch in Asche verkehret werden. *Halman. Parent. p. 174. 458.*

Omina.

Recte anima nostra sola dicitur libera, quippe quæ, nisi ipsa sit ad libidinem proclivis, nulli paret, sola invicta, cujus etiamsi corpus vinculis constringatur, ipsi tamen nullæ injicientur compedes. Tantus autem thesaurus, cum nullibi, nisi in morte, ubi corpus & anima, quæ tam amico nexu natura coagmentaverat, iterum divelluntur, tutius possit locari; pauci vero hominum ultimum hoc fatum in memoria habeant: DEus subinde signis quibusdam torpentes homines pulsari sinit, ut evigilent, seque ex voluptatibus corporeis, quibus sunt impediti, evolvant, sub ultimaque imminente hora, a qua tota pendet æternitas, talentum commissum cautius, quam hactenus, discant mercari. Inter hæc instantis mortis omina & præsagia eminent præsertim spectra morientium, quæ *sunt signa quædam, instans hominum fatum ultimum, seu mortem notantia, permittente DEO vel a spiritibus bonis, vel malis profecta.* De bonis auspicaturi sistuntur

Angeli.

§. I.

Notæ, quibus Angeli boni in tali casu, & quidem junctim sumtæ, a malis discerni possunt, cum divisarum nulla foret vis & potentia, utut simul sit difficile, genuinas quasdam discriminis notas hic adscribere, propterea quidem, quod Diabolus in Angelum lucis se plus vice simplici transformet, possunt esse sequentes. P*rimus* ergo sit character ominum a bonis Angelis profectorum, quod illa tantummodo instantia fata bonorum, piorumque hominum beate decedentium occupare soleant. *Deinde*, quod hæc signa se modeste admodum leniterque habeant, nec quenquam lædant, ominaque hæc ad unicam speciatim personam satis clare dirigantur, nec ad alios attineant. *Tertio*, apparitiones, si quæ hic obtingant, ab his dimanantes, hilari fiant albisque plerumque in vestimentis! *Quarto*, a divinorum præceptorum linea nullo modo abscedant. *Quinto*, constantissima adversus mortem parrhesia

sia animos muniant. *Sexto*, omnia, quæ sunt prædicta aut certe præfigurata, cum eventu consonent. *Septimo* denique omnia, quæ peraguntur, ad divinam gloriam, nostramque salutem vergant & dirigantur. Hæc requisita, si conjunctim semper applicantur (applicationem autem eventus docet maxime) videbimus satis clare, horum portentorum neminem, nisi bonos Angelos, caussam existere, idque eo magis, si oppositam Diaboli astutiam diligentius meditemur, qui dum sub sanctitatis pallio se uti in paradiso, provolvit, nunquam omnes omnino notas exprimit. Sanctitatem equidem & Draco infernalis fingit; cum tamen ob insitam nequitiam quotidie ebullientem, ungvem nunquam ita occulere possit, quin Pars istius emineat, atque suum morem antiquum obtineat; facile hic angvem in herba latitantem subodorari poterimus. Hypothesi huic nostræ pondus additur ab experientia illa, quam in morientibus sæpe animadvertimus, illos brevi ante suum extremum diem renidere, hilaremque frontem exporrigere, propter amœnum ipsis oblatum adspectum. Ad prius facit, quod pientissimo Imperatori Ferdinando obtigit, qui per somnium horam suam fatalem, S. Jacobi Festo adventuram, viderat; nec non illud, quod Nobili cuidam per somnium lucidissimus occurrerat fulgor, inaudita simul voce: Sey wachsam und geschickt: Dein Seelen-Bräutigam Christus wird bald kommen, und dich abholen.

§. 2.

Zum Käyser Constantino M. kam ein Engel vors Bette, und sagte: Er solte sein Testament machen, er würde sterben. Zu dem Könige in Dennemarck Christiano kam ein Engel, und sagte: Er würde mit dem neuen Jahr ein neues Leben anfangen, seine Kranckheit würde aufhören, und ewige Gesundheit erfolgen. Von Hertzog Johann Friedrichen, Churfürsten zu Sachsen, lesen wir, daß eben den Tag, da er gestorben, ihm ein Mann Vormittage um 9. Uhr erschienen, von Angesicht schön, und ehrlich gestalt, welcher sagte: Du lieber Mann! wenn du den hättest, der dich ernehret, auferzogen, und allezeit bey dir gewesen, und der deine Weise weiß, so wäre dir geholffen. Welches der Churfürst, da er aufgewacht, mit lachendem Munde erzehlet, und sich so bald zur Niessung des heil. Abendmahls geschicket, und also den Mann, den HErrn JEsum zu sich genommen, der ihn ernehret, auferzogen, und allezeit bey ihm gewesen, und seine Weise gewust. Da er denn unter dem Gebet Joh. III, 33. auf den Stuhl mit gefaltenen Händen sitzend, verschieden. Also wurde Joh. Saubertus, Prediger zu Nürnberg, kurtz für seinem Ende durch einen Engel im Schlaf ermahnet, er solte sein Hauß beschicken, denn er würde sterben. Desgleichen lieset man von Nicolao von Nostitz, Käyserlichen Raht, daß zwischen 11. und 12. Uhr des Nachts, da er gewachet, und solches vollständig vernommen, eine Stimme zu

ihm gekommen, und gesagt: Beschicke deine Sachen, denn morgen um 12. Uhr wirst du sterben, wie auch geschehen. *Dn. Christoph. Nicolai* in der Evang. JEs. Fr. P. *I. p. 428.* Plura exempla habet *Erasm. Francisci in Protheo Infernali p. 1010. seq.*

§. 3.

Eo anno, quo mortuus est Simeon Justus, prædixerat Rabbinis suis, *se* eo anno moriturum. Unde id scis, ajebant ipsi? Omni die propitiationis apparuit mihi senex quidam, vestitus albis vestibus, ingrediebatur mecum, & egrediebatur mecum. Hodie vero apparuit mihi senex vestitus nigris vestibus, ingrediebatur mecum, sed non egrediebatur mecum. Post festum ergo ægrotans septem diebus, mortuus fuit. *Buxtorff. Lex. Hebr. Chald. in v.* חוה *p. 165.*

Anus.

Cardanus *l. XVI. de V. R. c. XCIII.* refert, in urbe Parmensi nobilem quandam familiam esse, e qua si quis moriturus sit, semper ante conspicitur in domo anus quædam ignota, ad focum sedens: quod omen illis tam certum habetur, ut in eo nunquam falsi sint. *Gaffarel. Curios. Inaudit.* P. *II. c. III. §. 7. p. 66.*

Campanæ sonantes.

§. 1.

Gobelinus *in vita S. Meinulphi 5. Octobr.* narrat in monasterio Bodkensi, extructo a B. Meinulpho, miraculo olim quasi ordinario contigisse, quod sequitur: Tintinnabulum, *inquit*, quoddam magnum æneum bene sonorum, in eodem monasterio reverenter asservatur. Nam quoties aliqua ex ejus monasterii sororibus brevi abitura erat e vita, absque ullo humano ministerio, per se fortem reddebat sonum. Atque ut vetera recentioribus illustrem: Novi ego (*inquit Autor Anonymus*) Imperii Principem, qui cum lenta diu teneretur ægritudine, tandem horologiolum (quale ad collum suspendi solet) fortius audiit insonare, & repetitis identidem vicibus, nescio quid loqui velle. Igitur, quia molestiam creavit ægro frequentior pulsus, jussit Princeps silentium imponi garrulo instrumento, ratus errore rotularum, aut ponderis male librati vitio, hunc strepitum crebrius excitari; Et quanquam, qui a cubiculis erant, diligentissime per omnes angulos horologium quærerent, nullum tamen usque toto musæo repererunt. Unde conjecturam fecit Princeps, aliud mysterium sub illa sæpius continuata pulsatione latere; nempe horulam vitæ suæ ultimam in proximo sibi effluxuram. Itaque cum disposuisset domui suæ & animæ, paulo post expertus est, se verum fuisse mor-

tis

tis ſuæ vatem, ex indicio horologii. *D. J. A. Weberus Art. Converſ. Reg. XII p. 882. ſeq.*

§. 2.

Fatalis fuit illa Nola, ut loquitur *Thomas Browne Relig. Medici* P. *II. S. VI.* quæ continui infimul miraculi nomen ſortita. In Hiſpania illa eſt, & in oppido *Vililla*, de qua *Varius l. II. de Faſcinat. c. XIV.* Per aliquot menſes, anteqvam aliqvid adverſi in Chriſtiana Republ. contingat, ex ſeipſa, nemine impellente, pulſatur. vid. P. *Euſ. Nierenbergius Hiſt. Nat. de Mirac. l. I. c. VIII.* Hoc æs in turri quadam colli impoſitum pendet circuitu ad 10. ulnas complexum ſua ſponte, id eſt, nullis hominum manibus, nullo vento, nullo terræ motu, alterique ſub aſpectum cadentis rei impulſu ſonat, raro tamen; ſemper aliqvid magni portendere obſervatum. Id ajunt factum paulo anteqvam *Sebaſtianus*, Luſitaniæ Rex expeditionem in Africam ſuſcepiſſet: cum *Alphonſus* Rex Arragoniæ Neapolitanum Regnum occupaſſet: Sub *Caroli V.* exceſſum: In periculoſo *Philippi II.* Regis morbo: In morte *Annæ* Reginæ. Et anno 1610. a 13. Junii ad 24. ſonitus, de die in diem, per intervalla auditus. *Georg. Stengelius lib. de Monſtr. c. VI. §. 9.*

§. 3.

Apud Eundem *Caſpar Ens* refert de Comitibus Weſterburgicis, qui arcem non procul a Rheno habuerunt; ob peſtem alio conceſſerant, non multo poſt redierunt. Dum arcem ingrediuntur, ecce! malleolus horologii pro tertia & quarta hora pomeridiana ſponte undecim ictibus exſonat: mirantur omnes inſolitum errorem; Hoſpites cauſam ab arcis cuſtode exqvirunt, qui ait, nullam ſe ejus rei ſcire: Horologium quidem compluſculis diebus a nullis tactum. Quid fit? Recrudeſcit peſtis, & Comites una cum iis, qui redierant tot numero, quot æs campanum ſuopte ſonitu indicaverat, interemit. Omnia hæc ſunt monumenta! inquit *M. G. Michaëlis in Gaffar. p. 218.*

§. 4.

Sed non omnibus hominibus hæc prænuncia futuri obitus ſigna contingunt; non omnibus campanæ ſonant, aut horologia, proditura ſupremum imminentium jam fatorum diem; pauciſſimis conceduntur hæc ſingularisſimi favoris a DEO privilegia, ut ſecuriſſime faciant improbi, accelerando potius reſipiſcentiam, quam prorogando; ne cunctantes, & nihil adhuc pro ſalute ſua agentes, obruantur improvida morte. *Web. l. c.* Conf. omnino Appar. Noſtr. Curioſ. & Pract. Tom. I. in Tit. *Campanæ fatales & ex ſeipſis pulſantes p. 609. ſeq.*

Ciſta.

Eſt in ſtemmate Equitum Bohemorum de Longa villa donum quod-

dam divinum, plane admirabile, quod videlicet ciſtam quandam bene magnam habebant olim in caſtello Oſelez ſacris pro ſacrificio Miſſæ veſtibus aſſervandis adhiberi ſolitam; nunc in arce Rabii depoſitam, quæ a ſeculis complu-ribus mortem cujusvis ex illa familia perſonæ grandi quodam ſtrepitu præ-nuntiat: quo per totam arcem reſonat, quaſi magna aperiretur & clauderetur violentia, rebus tamen omnibus ei ſuperpoſitis, (ut qvandoqve ſtannea ſupellectile, ollis fictilibus, aut etiam lapidum ſuperingeſta congerie) illæſis, immotis; ſolentque quamprimum ciſta illa perſonuit, ab Arcis Rabii incolis admoneri perſonæ illius familiæ omnes, ut cuipiam illorum ſepulcrum, ciſtamque mortualem a DEO jam parari ſciant, ſeque ad mortem pie obeundam diſponant. *D. Weber. Art. Converſ. Reg. III. Hiſt. XLI. p. 212.*

Canes ululantes.

§. 1.

Familiaris admodum eſt hiſtoria de cane quodam, qui Geræ, urbe illu-ſtrium Comitum Ruthenicorum, præcipue fuerat, nulli Domino addictus, ſed undiquaque diſcurrens. Semper iis in ædibus ululatum ſuum tulit, quoties ibi fato aliquis erat defuncturus. Hanc ob cauſam tulit commune ex totius urbis ſuffragio nomen: **Der Leichen-Paris.** De ululatus hujus cauſa ſi quæritur, quidam dicunt canes præſagos aliquando habere Spiritus, ut quidem *Joh. Sophron. Kazack Anat. Vital. Microcoſm. c. VII p. 52.* arbitratur. Succinit huic *Naturæ Genius Th. Bartholin. cent. III. Epiſt. Med. LVIII. p. 233.* dum ſcribit: Tanta canibus odorandi vis, ut ad longius remota cadavera accurrant, & ululatu funera ſæpe præſagiant, quia cadaveroſum ægrorum odorem percipiunt, & deſiderio illius tenentur, quæ tamen ratio non cuivis forſan ſatisfaciet. Conf. *Eund. Act. Hafn. Vol. IV. Obſerv. LXXVI p. 179. & Ol. Borrich. Vol. VI. A. H. Obſ. XLVIII. p. 136. ap. L. Garman. de M. M. l. I. Tit. III. §. 12. p. 114.*

§. 2.

Omnino hæc ratio non ſatisfacit, cum fletus hos ſuos ingeminent ſæpius, ubi ne vola quidem morbi adhuc exiſtit. Imo vero ſi hoc obtineret, illi ſine dubio atroces & ominoſos hos fletus ferrent, dum exangvia ſuperſunt cadavera: quod quia factum negat experientia, videmus, quod allegatio hujus cauſæ non ſatis ſit ſolida. Illud ſatis certum eſt, canes interdum ex dolore ſuorum Dominorum non levem mœſtitiam colligere, pabulum detrectare, gemere. Sed hæc & alia ſigna triſtitiæ huc nihil vel ideo facient, cum hic peregrini, & alieni canes ſigna edant. *Lipſius centur. I. Epiſt. p. 570.* exempla aliqua profert, quod multi alii, mortuis heris, mœrore & inedia contabuerint.

Re-

Refert de quodam, qui ab ægrotantis heræ ſuæ lecto nec abſcedere, nec depel-
i potuerit; ſed cum illa exhalaret, in hortum ſe provolverit, ibique fuerit exa-
nimatus. Sed hic ululatus ex diuturna cognitione, indeque manante dolore
oritur. Quando autem peregrini admodum canes hos gemitus auſpicantur,
osque caſus aliquis mortis inſequitur (uti plures hac de re hiſtorias *Franci-
ſci in Protheo Infernali p. 1001.* refert) tunc veriſimile eſt, fieri hæc a brutis ob
nalorum Geniorum præſentiam, qui permittente DEO ducunt irrationales
as creaturas ad morientium hominum domos, ne piis quidem exceptis, iſtis
orrorem & fel inſperſuri. Hinc itaque expirat omne id, quod quidam de
Sympathia quadam finxerunt, quæ intercederet inter hominem, & ululans
orutum, cum ne levia quidem ſint argumenta, quæ illam ſvadeant; ſintque
altem ea tegumenta, quibus technas ſuas infernalis impoſtor vult involvere.
*M. Joh. Mich. Sontagius de Spectris & Ominibus Morientium Sicilimento
I. §. 17. p. 53. 54.*

Corvi & bubones.

De corvis, bubonibusque pariter jamdudum eſt res cognita, quam dira
nortalitatis omina hominibus eſſe ſoleant, hic quidam ita:

Bubulat horrendum ferali carmine bubo,
Humano generi triſtia fata ferens.

Sic memoriæ traditum eſt de fatali ejusmodi ave, quæ ante interitum Henrici
V. ante feneſtras cubilis regii plurimas noctes Regi & Reginæ inſomnes red-
lidit. Sed fruſtraneum eſſe feralis hujus avis & vocis timorem, exemplorum
oiga maxime memorabili *B. Mart. Geierus Tr. de Superſtit. c. III. §. 37.* evi-
it. Et quod non ſilendum, argumentum haud infirmum eſt, ſpectra hæc
norientium diabolos eſſe, ſi ululatus canum, directi bubonum clamores ſe of-
erunt, quod hi clamores apud infideles, imo Turcas & Gentes moventur, &
callidus ſerpens iſtos veluti aptiſſimum medium, quo viperinam ſuam foveat,
& propaget progeniem, amplectatur. Nec ab omnibus inter inauſpicatas
ves numeratur bubo. Contrarium ſentiunt Tartari, dum felices reputant
uturos, qui pernas de ea Ave ſuper galeis, vel pileis geſtent, quod *Haithon.
Armenus Hiſt. Orient. c. XVI. p. 29.* retulit, ejusque rationem ſimul ſubjun-
it, quod ſuum Imperatorem Changium Cham in fuga intra quædam arbuſtu-
a ſe occultantem, ſuper illis arbuſtulis ſedens quaſi protexerit. *Garm. l. c. §. 11.
. 113.* vid. omnino Tom. I. in Tit. *Bubo Avis funebris, & maxime abomi-
natap. 550. ſeq.*

Diaboli.

§. 1.

Diabolus ſi multorum horum ominum ſtatuitur Autor, haud imme-

rito

rito ſub quæſtionis vocamus aleam, quomodo Diaboli fixam interdum futuræ diei fatalis aſſequantur notitiam? ubi primo quidem, ſi de impiis præſertim ſit ſermo exiſtimamus, revelari ipſis quidem a DEO, veluti carnificibus, quorum opera illi, qui virtutum ſpreverunt tramitem, æternum ſuæ ſtultitiæ, ſuorumque flagitiorum ferant præmium. Apud pios vero ſemper, imo fortaſſis apud impios interdum conjiciunt ſaltem; hincque etiam evenit, ut interdum miſere decipiantur, & aperta incurrant in mendacia. Rarius autem hoc ideo fit, quia ex naturalibus cauſis ſentiunt, corporis horologium curſum ſuum confeciſſe, DEumque non facile ſolitum naturæ ordinem obturbare. His aliæ accedunt circumſtantiæ, ex quibus aliquid colligunt, jam qvidem, ſi impii ſint, ex ira DEI appropinqvante, & expoſcente ſupplicia; jam, ſi pii, ex gratia divina, decurtante, ne graviora ferant, vitæ terminum; jam ex nimia ira, quæ apud quosdam difficulter capit obſeqvium; jam ex auſtera moroſitate, qua Medico, aliisque monentibus ſaniora, non gerit ægrotus morem legitimum.

§. 2.

Porro Satanæ eſt finis illuſio & ſubſannatio morituri hominis. Homo enim *vel pius eſt*, & tunc animi ἐπι χαιρεκάκε ſigna ideo prodit, qvod in illo invidiæ ſuæ livorem eo fuderit, ut propter lapſum in peccata immortalitatis bono excuſſus, jam cum gemitu naſcatur, jam cum gemitu denaſcatur; *vel impius*, ſicque majores luſus reddit, dum animam, tanto pretio ſolutam ab æternis cruciatibus, illis iterum mancipat. Quemadmodum ergo victor captivis, aut ſuccumbentibus certe, ſolet illudere: Ita & infenſiſſimus noſter infernalis hoſtis per hæc portenta ultima, noſtra fata indicantia, triumphum, qvem in paradiſo de humano genere tulerat, iterat. Nec mirum; quandoqvidem in creaturis divinis nihil magis ad ſubſannationes & ſarcaſticos riſus, qvam infernalis ſimia, inclinat.

§. 3.

Clarius hic Diaboli finis pateſcit, ſi expendimus, rarius hæc ſigna a Diabolis moveri in generatione, frequentius autem in hominum interitu. Cum enim ex naturæ lege melius ſit naſci, quam interire, deteriorque adeo mutatio in morte, qvam generatione; non certe hic tam largam ſui gaudii invidi occaſionem, qvam ibi, nanciſcuntur. Deinde ducit ad certamen generatio, mors vero ad eventum, quem varii caſus dubium fecerunt; & cum ibi graviſſima reſtet certaminis portio, deluſoriam hanc ſuam indolem maxime etiam oſtendunt. Ut adeo dum Diabolus minus de generatione, magis de morte mortalium exultat, ſit affatim cognitum, his ſignis iſtum nihil, niſi animum

ſuum

ſuum explere, odioque impulſum noſtris lætari calamitatibus. Enumerato huic ſcopo, alius accreſcit, terror ſcilicet, quo vel morientes, vel eos, qui circumſtant, obruere, & in dubitationes de decedentis ſalute adducere, enixe mortiferi hi ſpiritus laborant. Norunt enim nænias, quas vulgus ſolet his obtingentibus ſignis ingeminare, tanquam ille, cujus extrema fata iſthæc antecesſerint, infeliciter propter injuſtitiam, rapinam, aliaque, quibus ſe innexuerat, crimina, vitam finierit, jamque factorum in inferno expendat ſupplicia; ſicque dum reliquos panico velut horrore faſcinat, illud ſimul impoſtor infernalis aſſequitur, ut debita laus gloriæ, quæ multis ob præclare geſta e ſepulchri cineribus ſpirare & efflorefcere debebat, obſcuretur. Sunt hi terrores, quibus miſeros mortales conſtringit, quique tunc demum ab ipſo maxime augentur, ſi imminentem horam notam facit mortalibus. *Sontag. l. c. Sicil. III. §. 4. p. 62. 63.*

Equi.

Svetonius nos facit certiores de equis Julii Cæſaris, qui ſenſerint quaſi Domini interitum, noluerintque admittere pabula, largiſſimam lacrymarum vim profundentes. Faciunt huc enim illa *Virgilii:*

> Poſt bellator eqvus, poſitis inſignibus Æthon
> It lachrymans, guttisque humectat grandibus ora.

Hæc omnia a dæmonibus ſua capere auſpicia, eo minus dubitari poterit, qvanto magis impietatis ethnicæ inde eluceſcunt veſtigia, dum olim per canes & equos res futuræ explorabantur; quæ multi mallent iterum in Chriſtianiſmi hortum diſſeminata.

Feretrum ante fores.

Haud infirmum ſignum credimus, quo impura dignoſcamus a bonis Spiritibus dæmonia, ſi ſigna hæc non cum eventu ſuo conſpirent. Evenit enim aliquando, ut feretrum ante ægrotantis ædes fuerit viſum, hicque tam vehementer cum morbo fuerit conflictatus, ut & Medicus & alii omnes omnem ſpem abjecerint; nihilominus tamen ille cum priſtina ſua valetudine in gratiam redierit, effundens maxime terrificorum dæmonum pudorem, craſſique ipſos arguens mendacii.

Fœmina alba Berolinenſis.

§. I.

Quemadmodum ſuperius (in Tit. *Omina Angeli §. 1.*) ſecundum requiſitum, ex quo Angelos bonos cognoſcas, modeſtiam & lenitatem diximus, quæ omnem omnino omittat læſionem: Ita e contrario haud difficulter vel conjectura leviſſima impurorum Spirituum aſſequemur præſentiam, ſi graviores

viores tumultus, turbines & concussiones oriuntur, prout tempore Henrici IV. Regis Galliæ factum est, ubi mortem Cardinalis Lotharingici tanta ventorum comitabantur prælia, præsertim adversus domum, in qua moriebatur, sævientia, quæ seculi non noverat memoria. Nota hæc larvam detegit diabolicis illis spectris, quæ hodienum in Principum, Regumque palatiis occurrunt, jam sub forma mulieris, albis indutæ vestibus, ut in familia serenissimæ Domus Brandenburgicæ obtinet; jam sub alia forma fata imminentia ostendunt. Lædunt enim non solum sæpius homines, uti de MONACHO DRESDENSIS ARCIS refertur; (vid. *Dn. Gottfr. Zenneri Novellæ Mundi Docti & Curiosi Ann. 1694. p. 7213.*) & si abstinent a læsione, quemadmodum dicitur von der weissen Frau, omnia tamen, qvæ movent, non ad certam personam sunt directa, ut ideo multi excrucientur mortis metu, qui his signis diluendus erat, non exacuendus.

§. 2.

Et quod præsertim attinet ad albam, quam vocant, mulierem, die so genannte weisse Frau, dicimus, illam verisimiliter esse album diabolum, sub specie sanctitatis, & summæ innocentiæ se venditantem; Præsertim cum nec a læsionibus hominum abstineat; (de sancto Diabolo vid. *D. J. F. Mayer. Diss. Sel. p. 464. seq.*) Novi enim puellam in Aula olim famulantem, nunc maritatam, & adhuc superstitem, quæ conclave aliqvod scopis verrens, ab hac foemina inopinato apparente, tam male tractata, verberibusque excepta fuit, ut vix amplius Spiritum traxerit; Ex his, aliisque causis fortassis non peccabimus, si omina illa omina & signa, quæ vel in Regum, Principumque domibus, vel etiam alibi, semper & constanter extrema alicujus fata nunciant, illusiones diabolicas dicamus, tum qvod, ad certas, singularesqve personas non determinatæ, plurimos alios in frustraneum terrorem conjiciant, tum etiam, quod talibus formis, talibusque circumstantiis vestiantur, qvas nemo facile in bonos Angelos contulerit. Sontag *l. c. Sicil. II. §. 15. p. 51. 52.*

§. 3.

In aliis locis illustribus ante obitum Magnatum conspiciendum se præbet niger canis, vel reperitur annulus mensæ impositus, vel sellulæ inconclavibus loco turbantur, ac ad invicem sic uniuntur, ut vix divelli possint, & quæ id generis sunt alia. Verum hæc & similia, potius dæmonum præstigiis & terriculamentis, qvam præsagiis infallibilibus annumeranda sunt, cum præscire nos vitæ terminum DEus nolit, sed una dies latet, ut omnes observentur. *D. Phil. Henr. Friedlib. Medull. Theol. de Provid. Divin. c. VI. p. 374.*

Lilium.

Monasterium Corbeiense, autore *Bucelino*, habuit signum mortis, ut quo-

qvotiescunqve aliqvis moriturus esset e fratribus, triduo ante præmoneretur lilio coronæ cujusdam aureæ in choro suspensæ, deposito & in sede morituri apparente, ita ut certissimus qvisqve esset, sese triduo post moriturum. *Andr. Caroli in Memorab. Eccles. T. II. l. VIII. p. 9. 10.*

Rosa.

§. 1.

Discimus hinc &, qvid de historia illa de Rabundo, famosa admodum, sit tenendum. Rem alias amplissimam brevibus describemus verbis *cit. D. Friedlibii l. c. p. 373.* Apud Lubecenses in Cathedrali templo, qvod seqvitur, antiqvitus obtigisse ferunt; Cujus ex Canonicis pulpito rosa de nocte super imposita in choro & mane inventa fuerat, illius mortem instare indubio concluserunt. Accidisse proinde addunt, cum quidam ex numero Canonicorum, nomine Rabundus, talem rosam mortis suæ horam præsagientem offenderat, suo pulpito impositam, removisse abinde, & alterius Collegæ pulpito imposuisse, nihilominus tamen Rabundum non longe post naturæ debitum solvisse. Dicitur ibidem, hunc Rabundum motus in choro ciere adhuc pulsando, tumultuandoqve, qvoties mortis terminus alicujus Canonici, vel Regularis adpropinqvat. Estque ibidem proverbium: *Rabundus se movit; Ergo quidam Canonicorum morietur!* Motus & tumultus hi, cum vehementiam suam ultra vastum alias templum in locos circumjectos diffundant, & interdum publica sacra interturbent, facile odorabimur hic delitescentem Diabolum, qvi tanqvam Spiritus inqvietus in sinu gaudet, dum tantopere tumultuatur. Mirandus tamen hic indicii divini cursus, qvi hucusqve, si historiæ qvidem sua constat veritas, permittit, ut ministerio malorum Spirituum Rabundi, aut alterius Canonici, votum, qvo pulsus gravior in rosæ candidæ vicem ivit, expleatur. *Sontag. & Friedlib. ll. cc.*

§. 2.

Zeilerus führet ebenfals etliche Familien an, denen durch sonderbare Anzeigungen der Tod angekündiget. Die Fürsten von Ferrara, so nunmehro abgestorben, hörten allweg vor ihren Tod in einer gewissen Begräbnis-Capell ein grosses Geräusche. Die Herren von Rosenberg in Böhmen sahen vor ihren Ende auf ihren Schlosse Crunau ein Weib in Trauer-Kleidern. Wann ein König in Ungarn sterben solte, wurde der Heil. Creutz-Brunnen, nahe bey Käysers Trajani Brücke in Blut verwandelt. Zu Weimar soll im Schloß ein Licht gesehen werden; und in Hessen soll der Fluß Fulda still stehen, ehe ein vornehmer Herr stirbet. Gedachter Zeilerus hat Cent. IV. Epist. LXXXIV. aus der Pommerischen Chronica ausgezeichnet, daß, als Hertzog Barnimus

1573. gestorben, auf seinem Schlosse Oderburg, welches er 1551. bauen lassen, alle vergüldete Knöpffe und Wetter-Hähne in einer Nacht gantz schwartz worden. Vor Augusti Tode schlug das Wetter auf seine Statuam, daß im Worte Cæsar das C. ausgelöschet ward; da sagten etliche, weil der Buchstab C. hundert bedeute, so würde er noch 100. Tage leben. Als König Johannes in Dännemarck sterben solte, that sich in der Nacht das Thor in der Schloß-Kirche von sich selbst auf; wie vorzeiten kurtz vor Käysers Trajani Tode die Thüren an dem väterlichen Begräbnis aufgesprungen. Der sel. Herr D. Maier führet in seinem Commentario de Electione Rom. Pontif. cap. I. §. 5. an, daß denen Päbsten der Tod durch das Schwitzen des Grabes Sylvestri II. und durch das Rasseln der darinnen liegenden Gebeinen vorbedeutet werde. Vid. *B. D. Nagel. Tract. de Luctu Parentum sup. Fil. l. III. c. II. p. 174. seq.*

Poma.

Sunt *Poma mortis* in provincia Peru, occidentalis Indiæ nuper inventa, inquit Cardanus ap. *Scaliger. de Subtil. Exercit. CLIII. c. I p. 508.*

Pompa terribilis, non mors ipsa.

Bene *Franciscus Baco*: Pompa mortis, *inquit*, terribilis est, non mors ipsa. Gemitus & Singultus, Oris pallor, Amici flentes, & atrata Funera Mortem ostentant terribilem. *Halm. Parent. p. 89.* Duæ sunt res, qvæ difficilem hominibus mortem efficiunt; vel amor scilicet ejus, qvod relinqvimus; vel metus ejus, qvod expectamus. At cum nihil vita hæc amabile, nihil item mors merito formidabile habeat: cum mortem formidat ullus? Panucius Secretarius ap. *Gvev. H. P. l. III. c. LIV. p. 723.* Melior mors, qvam mortis imago. *Palingen. in Virg.*

Prodromi multi, Cohel. XII, 2. seq.

§. 1.

Insigne illud caput totum Ecclesiastis duodecimum paulo est prolixius, qvare non visum est necesse hoc totum exscribere. Legatur suo loco & recte attendatur illustris illa & efficacissima descriptio, admirabimur plane eloqventiam Spiritus S. Ecqvem enim mihi dabis Rhetorem tam magnifice & exqvisite disserentem, & in non obscura sententia, tot lumina, imo flumina orationis exserentem?

§. 2.

Summa rei hæc est: Homini ad senium vergenti *obtenebrascit Sol*, i. e. visus facultas diminuitur: *revertuntur nubes post pluviam*, i. e. morbi indies ingravescunt, qvi futuræ in morte tempestatis sunt prænuncii: *commoventur custodes domus*, i. e. manus tremunt, nec faciunt officium: *incurvabunt*

se

ſe homini robuſti, i. e. renes, in qvibus robur maxime habitat, deficiunt; (crura & tibiæ non ita erectæ amplius incedent, molem ſui corporis portantes, ſed ubi poplitibus inflexis ſubinde nutabunt, onusque ferre recuſabunt, ſcipionem propterea poſcentes in ſubſidium. *B. D. Geierus in h l. p. 451.) molitrices*. i. e. dentes ceſſant: *obtenebrantur videntes per feneſtras*, i. e. oculi habetantur: *clauduntur oſtia*, i. e. labra: *ſonus molæ*, i. e. dentium ſtrepitus, edendique appetitus elangveſcit: *conſurgit ad vocem volucris*, i. e. excitatur tuſſi, pituita & cæteris motibus; propter crebram enim qvaſſationem, interruptum ſenes habent ſomnum: *humiliantur filiæ cantici*, i. e. vox obtunditur & rauceſcit: *floret amygdalus*, i. e ſenilis teſſera, canicies nimirum, ſe oſtendit; *locuſta eſt oneri*, i. e. deferveſcit Veneris uſus (vid tamen *Geier. p. 458.) redit ad domum ſeculi*, i. e. mortem: *circumeunt* &c. complorantur mortui a præficis: *prolongatur funis*, i. e. in morte laxiora fiunt membra: *confringitur urceus aureus*, i. e. cerebrum, arx vitæ, ſeu cor, ſcaturigo primogenii caloris, deficit: *conteritur hydria*, ſignificatur cava vena, ſedes ſangvinis, qvem ſpiritus vitales hauriunt ex hepate, & toti corpori diſpertiuntur: *diſſipatur rota*, i. e caput marcet. Ita nimirum uſu venit:

Singula de nobis anni prædantur euntes,
Eripuere jocos, Venerem, convivia, luſus.

Horat. II. Epiſt. II. Brevius eſt illud Epicharmeum: Concretum fuit, & diſcretum eſt, rediitque unde venerat, terra deorſum, ſpiritus ſurſum. *Heidfeld. S. T. P. c. XXXVIII. p. 729. Urſinus Quæſt. Biblic. l. I. c. XXX. p. 47. ſeq.*

Stimulus, 1. Cor. XV, 55.

Aculeus mortis peccatum eſt; Spiritus S. confert mortem truci tyranno, qui horribili & præacuto telo ſit armatus, qvo confecerit totum genus humanum: Hoc telum, quia extorſit morti Chriſtus, qui fuit peſtis mortis, idcirco inſultant pii morti: Ubi nunc eſt mors telum tuum? *D. Tileman. Heshuſius in loc. cit. p. m. 362.* Hinc ad mortem *Owenus Epigram. l. p. 144.* ita:

In cruce mors obiit: nunquam de morte reſurget:
Mortis erat ſtimulus mors tua: crux, tumulus!

Subſtitutus.

Als des Indianiſchen Königs Tunchin Sohn kranck war, riethen ihm die Medici (ſo Zauberer,) er ſolte ſich aus ſeinem Pallaſte weg, und an einen andern Orte begeben, an ſeiner Stelle aber einen gemeinen Kerl ins Bette legen laſſen, damit wann der Tod käme, er ihn nicht antreffen, ſondern den Subſtitu-

tum nehmen möge: Der Printz, so gerne leben wolte, that es, aber er muste anderswo gleich sterben. *Francisci Acerr. Exot. P. II. p. 259.*

Templum.

Spartani Templum Deæ Morti ex candido marmore exſtruxerunt, in cujus poſtibus ſcriptum erat: MORTI MATRI PERENNIS FELICITATIS! *Pauſanias ap. Rad. in Orat. Extemp. p. 314.*

Typi.

Mortis & Mortalitatis Typi ſunt Annulus, Avium volatus, Aries Dan. VIII. Crocodilus, Colocynthidis herba, Gramen, Lucerna, Vermiculus Jonæ hederam corrumpens, Lactuca Sylveſtris &c. de qvibus omnibus vid. *Bauman. in Anal. Typ. p. 1437. ſeq. & Allegor. p. 1081. ſeq.* Hortulanus, *L. Joh. Cyprian. Contin. in Hiſt. Animal. Franz. p. 545.* Vermis, *Garman. d. M. M. l. III. T. I. §. 122. p. 905.*

Et Vitæ origo griphologia ſacra expreſſa.

Qu a d tr fu ſtr
os ngvis irus iſti de nere avit.
H ſa m Chr vul l

Angvis peccatum & mortem generavit in horto,
Sangvis juſtitiam & vitam reparavit in ara.

Heidf. Sphing. Theol. Philoſ. c. XXXVIII. p. m. 728.

MORTI

Etiamſi me tradiderit Dominus &c. Hiob. XIII. v. 15.

Vid. Tit. *Mortis imago Terribilis, Amabilis* §. 4.

Vicinus impius metuit.

§. 1.

Bene *Menander:* Qui ſibimet alicujus rei eſt conſcius, ſit licet audaciſſimus, conſcientia illum maxime meticuloſum reddit. Et *Plato in primo de Republ.* Quando, *inquit*, aliquis vicinus morti videtur, invadit ipſum ſubito metus qvidam, & cura eorum, de quibus antea non cogitavit; & ſermones, qvi feruntur de inferis, nempe qvod eos, qvi hic alios læſerint, illic pœnas luere oporteat, hactenus quidem ridiculi & fabuloſi ſunt viſi, at tunc torquent animum ægrotantis. Atqui ipſe, ſive ex ſenectutis infirmitate, ſive aliunde inferis vicinior magis, qvæ illic aguntur conſiderat, ſuſpicione itaqve & metu plenus animo verſat ac penſitat, ſi quem læſerit: at ſi deprehenderit,

ſe

se multa injuste fecisse in vita, ex somnis, tanqvam pueri, crebro excitatus metuit, ac mala cum spe vivit.

§. 2.

Ovid. in Fast. Conscia mens, ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemque metumque suo.

Ipsæque, qvæ finguntur, *Erinnyes*, nihil aliud sunt, qvam animi perturbationes, ex mala conscientia, quæ perpetuo comitantur turpia facta; atque ea de causa *Erinnyes* dicuntur μνήμονες, quod poenæ insecuturæ commonefaciant. Dicitur enim Erinnys ἀπὸ τῦ ἔριδος καὶ νῦ. Sic *Hemming. lib. de Lege naturæ ap. Robert. Scharrockium de Officiis secundum Jus Naturæ c. I. N. X. p. 50. 51.*

§. 3.

Basilium reflexo proprii visus sui veneno occidi solitum hoc lemmate loqventem sistit Abbas Certanus: DUM VIDEO, PEREO. Ita prorsus peccator in vitæ suæ epilogo constitutus, dum animum suum ad pristinas vitiorum sordes advertit, mox malignis illorum radiis e conscientia, veluti e speculo, reflexis, occiditur, ac desperabundam exhalat animam: P*icin. M. S. l. VII. c. III. n. 18.* Bargalius merulæ inscriptionem, e Plinio mutuatam, subdidit: ÆSTATE CANIT, HYEME BALBUTIT. Eos emblema spectat, qui ridente fortuna lætitiam præ se ferunt, calamitatum tempore in qverelas ac gemitus effusi sunt. *Id. ib. l. IV. c. XLIII. n. 481.* Avis intra apertam caveam ob vicinum falconem territa, inscriptionem e Petrarcha habet: DUM MALA ME TORQVENT, COGOR PEJORA TIMERE. David: Circumdederunt me, *inquit*, dolores mortis, & pericula inferni invenerunt me. *Id. ib. l. IV. c. I. n. 6.*

MORTEM
Baptismus quomodo abolet?

Peccata abolentur in baptismo *non ut non sint*, sed *ut non imputentur*. Ἁμαρτία & Ἀνομία se mutuo concipiunt. Aufertur in baptismo non peccati *actus*, sed *dominium*. Aufertur non *ipsa mortalitas*, sed *mors peccati*. *D. Ægid.* Strauch *Compend. Theol. Posit. Polem. Art. XV. Aphor. VIII. §. 8. p. 437.*

Peccatum tollit baptismus sangvine CHRISTI
Non ut non adsit, verum ne præsit et obsit.

B. D. Weinrich. Post. Evang. P. ult. p. 290. Sic Christus sua morte mortem & afflictiones corporales nostras sustulit; verum qvatenus poenæ rationem habent. Mala nempe corporalia, ne pios per modum poenarum affligerent, in

in paternas castigationes; mortem in somnum & viam ad vitam Christus permutavit. Mors ergo per Christum sublata non est, qvatenus credentibus Janua ad vitaque est sublata, quatenus a DEO vindice, peccatim pœna est. *L. Otto Menckenius Exercit. Theol. s. Disp. Inaug. ad c. VIII. Ep. ad Rom. v. 31. 32. Porism. III. §. 7.*

Cain a quonam didicit, ut suum interimeret fratrem?

§. 1.

Qværit quidam *Athanasiaster ad Antiochum Quæst. LVI.* nullo hominum adhuc mortuo, a quonam Cain mortem didicit, ut suum interimeret fratrem? Et respondet: ὁ διάβολος αὐτῷ κατ' ὄναρ ὑπέδειξε, Diabolus ipsum in somnio docuit, ποίῳ τρόπῳ, quomodo fratrem occideret, *Tom. II. Opp. Athanasii p. 290.* Ignoravit enim (si Rabbinis credas) foramen illud, quo anima ejus egrederetur; Igitur multa vulnera fecit. Id nimirum voluit Dominus, dicens: דמים *sangvines* fratris tui clamant ad me, Gen. IV. v. 10, *B. D. Scherzer. Syst. Def. l. XIX. §. 3. p. 542.*

§. 2.

Paraphrasis Onkelosiana sic reddit: Vox sangvinis generationum, qvæ futuræ erant succedere de fratre tuo, clamant coram me de terra. Recte! Nam in uno Habelis sangvine, sangvis qvoqve effusus est illorum, qvi nasci & generari ex ipso potuissent. Hinc clamor invaluit ad ultionem, qvam tot sangvines instanter efflagitabant. *M. Bauman. Anal. Typ. p 373. D. Calov. Bibl. Illustr. ad Psalm. LI. v. 16. p. 1027. a.* Seu, Sangvinis injuste effusi præstantia coram DEO hoc ipso innuitur, ut significetur, nullam non illius guttam DEO curæ esse, Ps. IX. v. 3. Ps. LXXII. v. 14. *Glassius Christol. Mosaic. Diss. V. §. 39. p. 168.* Sed, qvartamne mundi partem in hoc fratre suo trucidavit Cain? Vid. *D. Gvil. Saldenus in Otiis Theol. l. II. Exercit. VI. de Fratricidio Caini §. 12. p. 339. seq.* Matth. XXIII. v. 35. singularis, αἷμα, sangvis Abelis, usurpatur. Conf. omnino *Glassius Philol. Sacr. l. V. seu Rhetor. Sacr. Tr. I. c. IX. §. 4. p. 194.*

Dic mihi quis quartam totius perdidit orbis
Partem? cujus erat tam scelerata manus?

Nic. Reusnerus in Ænigmatograph p. 91.

Circa Quomodo versatur Providentia Divina?

Non æqvalis circa nativitatem & mortem DEI est providentia. Versatur

tur enim *per se* circa nativitatem hominis; sed circa mortem tantum *per accidens*, quia homo *per se* juxta naturam institutam, & providentiam DEI effectivam in hanc lucem nascitur, sed *per accidens*, juxta naturam destitutam, & providentiam DEI vindicativam per mortem denascitur. Proinde falsum illud, quod Providentia DEI magis circa mortem, qvam circa nativitatem versetur, quod *Maccovius* (fatalem vitæ terminum propugnans) intendere videtur, quia contrarium potius est verum, & magis providentia circa illud, quod *per se* datur, nimirum circa nativitatem, qvam circa illud, quod *per accidens* infligitur, nimirum circa mortem versatur. *B. D. Joh. Deutschman. Diss. de Termino Vitæ fatali, non fatali §.20.*

Contra nulla remedia.

Cæsar Borgias (Alexandri VI. Pontif. filius) adversus omnia pericula remedia quæsivit, præterqvam adversus mortem, qvippe nunqvam cogitaverat, se tam cito moriturum. *D. Christ. Matthiæ Theat. Hist. Theor. Pract. p. 183.*

Dare potest Papa.

Clemens VIII. Pontif. vergifftete den Ort, da ein armer Mann sich setzen, und den Tod und Himmel von ihm bitten muste, also daß er nach gethanen Bitten niedergesuncken, und wegen Krafft des Giffts gleichsam schlaffend verschieden. *Heinrich Anshelm von Ziegler Tägl. Schauplatz der Zeit 3. Mart. n.3. p. 217.*

Domini commemorare quid? 1. Cor. XI, 26.

Justa ad S. S. Coenam præparatio reqvirit inter alia piam meditationem omnium beneficiorum Christi, inprimis autem sanctissimæ suæ passionis & mortis, qvam qvilibet sibi vera fide applicare, & dubitare non debet, quin hæc beneficia ad se qvoqve pertineant: pro quibus gratus esse debet Christo redemtori suo. Hoc est *mortem Domini commemorare*, quod Paulus in usurpatione Coenæ reqvirit: & hæ meditationes cor hominis a rerum terrenarum desiderio abstractas sursum elevant, omnes hujus seculi calamitates mitigant, & venturi seculi gustum præbent. Et hæc sola meditatio ita præparat animum hominis ad hanc mensam, ut fere sola ad digne percipiendum, satis idoneum reddat. Nam, ut *Chrysostomus* scribit, si diligenter didiceris, quis sit ὑποκείμενος, qui propositus est, & quis existens, cui se ipsum donet, non opus erit alia exhortatione, sed hoc sufficiet, nisi prorsus sis desperatus. *B. D. Balduin. Cas. Consc. l. II. c. XII. Cas. I. § 4. p. 433.* Coena Commemoratio Christi est, non tam *Substantiæ*, quam *passionis* respectu, quæ cum præte-

rierit, ejus jure juſto cenſetur eſſe ἀνάμνησις, ſeu recordatio, 2. Cor. XI, 26.

Ignobilem fugiunt animi generoſi.

Vid. Appar. Bibl. Tom. II. in Tit. *Elias curſugit pro Jeſabele* §. *1. p. 55.* & Appar. Curioſ. & Pract. Tom. I. in Tit. *Mors Militis ſtrenui & veterani* §. *1. ſeq. p. 1513.*

Nemo novit, niſi per triduum ſepultus.

Proverbium hoc fuit olim Germanorum, qvod eatenus verum, qvia pauci ante mortem, neque mortem, neque ſeipſos ſatis agnoſcere diſcunt. *M. Caſp. Neuman. in Parent. p. 105.*

Oppetentes cum Regibus.

Apud Æthiopes cum Regibus mortem oppetere amicos in more poſitum, eumque interitum glorioſum, & ſinceræ amicitiæ teſtem eſſe prædicant. *Diod. Siculus Biblioth. Hiſtor. l. III. c. VII p. m. 141.* Der Tartern ihre Begräbniſſe ſind aufm Gebirge, und die, welche die Königliche Leiche dahin führen, bringen alle, ſo ihnen begegnen, mit dieſen Worten um: **Fahr hin, diene unſern König in jener Welt!** Bey den Peruanern war dieſe Gewonheit, wann der Mann ſtarb, ſchlachteten und begruben ſie mit dem Manne ſeine Weiber, Töchter, Knechte, und alles was er vor andern lieb gehabt hatte, damit ſie ihm in jener Welt dienen könten. **Gottfr. Schultze** *Coſmogr. p. 125. 246. Everh. Guern. Happelius Theſaur. Exotic. p. 28. 34. 106. Alex. Roſſæus* πανσεβ. *p. 88. 92. 139. 148. Eraſm. Franciſci* **Ehre der verblichenen alten Heyden, Juden und Chriſten** *Converſ. p. 52.*

Philoſophus debet expetere.

Plato Philoſophiam ſtatuit mortis eſſe meditationem; Quin in *Phædone* ſcripſit, debere philoſophum mortem expetere. Quæ autem non ſignificant, expetendam eſſe animæ diſſolutionem a corpore; anteqvam præſtitutum a Deo tempus advenerit, quod Plato nefas eſſe dicit, ſed debere unumquemque animum ab hac mole corporea & vitiis hinc inde ſcaturientibus ſurrigere, & qvantum fieri poteſt, omni contagione carnis ſeqveſtrata, in ſola profundiſſimarum rerum contemplatione verſari. Legat qvi velit Aurelii Macrobii Commentationes in Scipionis ſomnum, & bipartitam hanc mortis diviſionem inveniet, ut altera natura accidat, altera ex virtute proficiſcatur, quam præcipi a Platone confirmat, eamque eſſe, qvum animus adhuc junctus corpori, voluptates tamen corporis deſpicit, & omnibus vitiorum vinculis ſolutus ad nobiliora erigitur, ſtudioqve ad ſupera, & naturæ ſuæ congrua ſublimis

eve-

evehitur. *Cœlius Rhodig. L. A. l. XXIX. c. VIII. p. 592. 593.* Vid. Tit. *Mors Philosophica.*

Præſcientes.

Exempla piorum, qvi ſingulari inſtinctu tempus & diem mortis ſuæ ſciverunt, & inde perpetuæ mortis commentationi ſtuduerunt, atqve aliis etiam indicarunt, hoc vel illo tempore fore, ut mortalitatem depoſituri iis cogantur valedicere, habent *B. D. Joh. Frid. Mayer. Diſſ. Th. de Præſagiis Mortis §. 4. p. 33. ſeq. Er. Franciſc. l. c. p. 88. ſeq. Laur. Beyerlinck Theat. Magn. Vit. Hum. Tom. II. l. IV. p. 248. ſeq. Gisb. Voëtius Diſp. Sel. P. II. p. 959. ſeq. D. Wilh. Saldenus in Ot. Theol. l. 1. Exercit. IX. §. 5. p. 193.* Hamburg. *curiöſer* Zeit-Vertreiber *Anni 1700. Num. I. p. 7. 8. Zwinger. Theatr. Vol. V. l. IV. p. 1408. ſeq.*

Principis immaturam publicæ ſeqvuntur calamitates.

Magnorum Virorum mortem ſeqvuntur fatales poenæ. vid. omninò *Gregor. Richterus Axiom. Polit. Reg. CLXXV. p. 386. ſeq. & B. D. Miſand. C. C. P. I. p. 549. ſeq.*

Magna ſolent magnas portendere funera clades.
Auf groſſer Herren Tod,
Folgt offtmahls groſſe Noth!

Ad MORTEM
Evitendam an alteri mors poteſt inferri?

Hoc, fateor, non paucos ſuſpenſos tenuit, an non ad vitæ ſuæ conſervationem, quidlibet damni inferre licitum ſit? Nec raro hujusmodi ſupponuntur caſus, qvamvis raro eveniant. Titius vi divina cum Mævio e naufragio in inſulam, ab omnibus deſertam, tuto devehitur; ad cibum nihil eſt inventum; uterque anthropophagus; alter, Mævius ſcil. præ Titio virium impos. Quid facient? Mors ne Titio, cum fortior ſit, expectanda? annon potius vis infirmiori inferenda? Hoc enim ſvadet natura, ne, cum vitam ulterius poſſim protrahere, complicatis, ut ajunt, ulnis in proprium velim delabi interitum. Q. igitur, an Titio natura ſvadeat, ut, ad ſuam conſervandam vitam, Mævium depaſcat? Reſp. Ad vitam tuendam mors alteri non poteſt inferri, imo neque membrum diminui. Vid. *Robertus Scharrockius de Officiis ſecundum jus Naturæ c. XII. p. 476. ſeq.*

Quando maturi?

Ad mortem maturi omnes ſumus, ex quo nati, imo etiam anteqvam nati. *Heidf. S. T. P. c. XXXVIII. p. 735.*

Naſcimur hac omnes lege, ut moriamur: ab ortu
Exitus ipſe fluit. *Marcell. Palingen. Zod. Vit. lib. V. in Leone p. 120.*

Præparatio.

Ad bene moriendum qvid eſt opus? Reſp. Bene præparatum eſſe ad inevitabilem illam horam: ut non extrudaris hinc invitus, ſed fatorum legibus parendo cedas lubens. Sapienti enim e vita honeſte ac modeſte, ut e convivio, diſcedendum eſt; nec bona mors ſperari poteſt niſi illi, cui vita bene transacta eſt. Bene velle mori, & non prius bene velle vivere, ſtultum eſt votum! Quia contra juſtitiæ leges, & in ſeipſo etiam impoſſibile. Mors proinde quia illud punctum eſt, a quo æternitas pendet, nihil tota vita diligentius agendum eſt, quam ut beatæ hinc abitioni recte præparemur. *J. A. Comenius de Uno Neceſſario c. V. §. 40. p. 35.*

MORTE
Beatus ero, Apoc. XIV, 13.

§. 1.

Me *lætum* reddit *lethum* poſt funera; namque
Morte mea veluti *ſorte* beatus ero!

Franciſcus Statius in Ot. & Luſ. Veritat. Epigr. XXXVII. p. 8. Morte beata nil beatius! Symbolum erat Friderici Auſtriaci cognomento Pulchri. *M. Frid. Hildebrand. Syn. Hiſt. Univ. Per. IX. §. 5. p. 216.*

Qui credit NIL MORTE BEATIUS eſſe BEATA,
Ille ſapit: mortem vita beata manet!

Nicol. Reuſnerus Symb. Cæſ. Rom. Germ. XXX p. 241. 242.

§. 2.

Qui in Domino moriuntur, ſunt beati! *Apoc. l. c.* non ſolum *jure ad rem*, ſed & *in re*, ἀπάρτι, a modo h. e. nunc, & in poſterum, non demum in noviſſimo die. *B. D. Frid. Rappolt.* (Præceptor olim in Alma Lipſienſi fideliſſimus) *de Filiatione Renatorum ex 1. Joh. III. 2. S. II. §. 28.* Requieſcunt a laboribus ſuis tam paſſivis, quam activis. *Danhauer. Hodoſ. Phæn. XII p. 1438.* Et opera illorum ſeqvuntur illos, non ut mercedes, ſed ut teſtes. *Joh. Jac. Otto im Tug. St. u. L. W. p. 355.* Dicuntur hinc defuncti, utpote qui vitæ officia jam compleverint. *Thom. Gataker. Annot. in l. X. M. Anton. Imp p. 370. a.* Quaſi vitæ miſeriis defuncti, μακαρῖται hinc olim vocati, annotante *Budæo ap. Brochmand. Comment. in c. I. Jacob. v. 12. p. m. 23. a.* Item ἅγιοι, ἅγιος autem a nonnullis derivatur ab α privat, & γῆ, quaſi a terrenis rebus ſegregatus. *Tungerl. P. E. P. III. p. 343.* Quo & Judæi reſpiciunt, cum mortuum

tuum נִפְטָר a curis (terrenis) ſolutum vocant. *B. D. J. G. Baier. Diſſ. Th. de ſtatu pie defunct. pacifico ex Eſ. XXVI. 20. c. I. §. 5.*

§. 3.

Hæc particula ἀπάρτι, vel ut alibi Matth. XXIII, 39. XXVI, 29. ἀπ' ἄρτι ſcribitur, ſive cum LXX. Interpretibus communiter exponatur *ab hoc tempore*, ἐκ τῶ νῦν, *ex nunc*, vel *hoc momento*, ſtatim, von nun an, ſive cum *Svida p. 555.* aliisque reddatur *plane, omnino & explete*, ut idem ſit, quod ἀπηρτισμένως *perfecte, expleto* numero, *ita ut nihil deſit*, nihil *ſuperſit*, planus eſt ſenſus, morientes in Domino ſtatim a morte ſua, & quidem perfecte, numerisque omnibus abſolute beatos eſſe. *M. Joh. Georg. Willius* im *expediten* Leichen-Prediger *P. I. p. 323. 324.*

Delicta extingvuntur.

L defuncto 6. ff. de public. judic. l. I & ult. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. vid. omnino *Carpzov.* P. *III. Quæſt. Crimin. CXXXI n. 27.* Nam mors extingvit accuſationem, ac proinde mortuo accuſatore judicium accuſationis aboletur, & mortuus non poteſt effici habilis, vel inhabilis ad aliquid, *Bald. conſ. 57. n. 2. l. 5.* & ideo poſt mortem nemo poteſt incipere eſſe aliquid, idem *Bald. conſ. 394.* nec contra mortuum inqviri, formataque inquiſitio circumduci poteſt, *Gail. l. 1. de* P. P. *c. 2. n. 2.* Huc facit illud *Lucan. l. VIII. Bell. Civ.* Mors ultima pœna eſt. Excipiuntur tamen 1) Crimen perduellionis, *l. ult. ad l. Jul. Majeſt.* 2) Repetundarum, *l. 5. c. l. 2. ff. ad l. Jul. repet. l. 20. ff. de accuſat.* 3) Peculatus, *l. ult. ff. ad l. Jul. pecul.* vid. *Auguſt. Barboſa in Theſauro LL. CC. Jurisprud. l. XI. c. LI. Axiom. XI p. 482. a.*

Immatura abreptos Sol non debuit aſpicere.

Apud majores, qui juvenes immaturam, ut videbantur, mortem obierant, albeſcente cœlo ante Solis exortum, a propinquis efferri ſolebant, quod nefas opinarentur, tanti mali, tantæque calamitatis ſpectatorem ac teſtem eſſe Solem; Atque eam ob cauſam dies ipſa eos auferre ac rapere dicebatur, quod, ut primum dies apparere cœperat, auferebantur. Ideo etiam boni ominis gratia ἡμέρας ἁρπαγὴν (*Diei raptum*) vocabant hujusmodi matutinam funeris elationem, tanquam non expiraſſet, ſed amoris deſiderio raptus eſſet. *Joh. Kirchmannus de Funeribus Romanorum l. II c. II. p. 81.*

Improviſa extincti.

Plurimos improviſa & ſubitanea morte extinctos, inter alios exhibent *Drexelius in Tribunali Chriſti l. I. c. III. §. 4. p. 137. ſeq. Andr. Caroli in Memorab. Eccleſ. T. II. l. VIII. p. 216. 217.*

Morieris, Gen. II, 17.

§. 1.

מוֹת תָּמוּת *Morte morieris*, i. e. certiſſime, & in totum morieris, ita ut nihil vitæ tibi ſit reliqvum futurum. *D. Chriſt. Chemnitius de Arb. Scient. Bon.& Mal. §.17.* Significat certe mori, ut Exod. XXII. v. 19. Levit. XX. v.2, atque adeo absque ulla ſpe veniæ impetrandæ morte multari, 1.Sam. XIV. v. 29. Matth. XV. v. 4. Marc. VII. v. 10. *B. D. Scherzer. de Offic. Min. Eccleſ. Elencht. ex Ezech. III. S. I. §. 10. D. Seiffart. Bibl. in Imaginibus p. 143.*

§. 2.

Sed quomodo comminationi huic veritas ſua conſtat? Dixerat enim Dominus ad Adamum: *Quocunque die comederis ex arbore, morte morieris: Atqui factum eſt omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt*, Gen. V, 5. Juſtinus Martyr *in Dialogo cum Tryphone* confugit ad menſuram diei DEI, de qua Pſalm. XC. v. 4. & 2. Petr. III. v. 8. dicatur: Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit. Secundum hanc menſuram igitur dicit eadem die Adamum mortuum fuiſſe, qua comederit ex arbore ſcientiæ boni & mali. Nec ipſe enim, nec quisquam alius Patriarcharum millenarium annorum numerum ſupergreſſus eſt. Sed hæc ſententia Juſtini longius petita, & allegorica potius quam hiſtorica; vid. *Raymundus Martini* Pug. Fid. P. *III. Diſt. II. c. IV. §. 2. p 562.* Sicut etiam illa, quando apud *Mercerum p. 50.* Ebræi putarunt: Moriturum fuiſſe illo die, niſi egiſſet pœnitentiam, non eſt multi momenti.

§. 3.

Mortuus igitur ſtatim eſt eadem die Adam, qua ex arbore comedit, *morte ſpirituali*, dum per transgreſſionem, gratiam DEI & omnem ſpiritualem vitam amiſit. *Morte corporali* autem *quoad imperium*, quod mors in ipſum poſt eſum de arbore vetita obtinuit, ſeu *quoad moriendi neceſſitatem & debitum*, quod per peccatum ſibi contraxit; *Morte æterna* autem mortuus eſt eadem die, *quoad reatum*, quoniam ei propter transgreſſionem factus fuit obnoxius. Vid. omnino Appar. Noſt. Nom. Propr. Biblicus Tom. I. in Tit. *Adam mortuus ſtatim eadem die, qua ex arbore comedit p. 95. ſeq.*

Placida tres obiere Tyranni.

Politici monent, tres tantum tyrannos nominari in Veterum hiſtoriis, quorum mors placida fuit, nempe Dionyſium Majorem, Syllam & Tiberium Imp. ſub quo Chriſtus crucifixus eſt. At hæc exempla neminem turbent. Nam licet non tragica morte ſint extincti in hoc mundo, tamen in altero ſeculo dignam impietatis mercedem reportant. *D. Chriſt. Matthiæ Theatr. Hiſt. Theor. Pract. p. 108. 182.*

Seri-

Serimur ad Reſurrectionem.

In Ægypto Pyramis obſervata nonnullis, cui hæc literis Ægyptiis verba inſcripta erant: Qui hoc loco ſeminatus ſum, lætam expecto reſurrectionem. D. Olearius *in deſcript. Itin. Perſici p. 288.* teſtis eſt, ſe vidiſſe quandam in ſepulchro barbaro inſcriptionem, per hæc verba: O Domine, aperi huic januam! *D. Botſac. Mor. Ged. in v. Reſurrectio p. 915.*

Violenta affecti an ſalvi?

Peccata gravia committentibus, ſi morte violenta tollantur, vel a Carnifice jugulentur ſalutem denegant Sociniani. Talibus enim ex ipſorum ſententia tempus, quo minus pietatis habitum contra here poſſint, decurtatur. *Smalzius Diſp. de Pœnit. th. 441. ap. Kromayer. in Scrutin. Relig. Diſp. VII. §. 45. p. 167. & §. 57. p. 181.* Vid. Tit. Mors violenta.

Per Anagr. Tremo.

Morte tremo, timidi dum ſentio vulnera cordis;
Aſt facilem reddit mors Tua, Chriſte, meam!

M. Joh. Käyſer *in Parnaſſo Clivenſi p. 64.*

Tria quærunt ſuam ſortem.

I. *Vermis* quærit carnem, ut eam tanquam gratum cibum conſumat. II. *Poſteritas* rem, ut lautam inde & ſplendidam vitam agat. III. *Chriſtus* quærit animam, ut eam habeat gaudii & gloriæ ſociam. *Joh. Möller. in Numero Sacro p. 175.* Joh. Pontan. *in V. Dial. Charontis,* Mortem ſibi, *inquit,* videri lætiſſimam, unde quatuor genera viventium lætentur: I. Amici de hæreditate. II. Sacerdotes de Beneficio. III. Vermes de Cadavere. IV. Dæmon de Anima. vid. omnino *Appar. Curioſ. & Pract.* Tom. II. in Tit. *Avarus cum moritur dives incipit eſſe aliis §. 2. p. 96.*

In MORTE Amicos noſtros videbimus.

§. I.

Cercidas ex Arcadia Megalopolites, quum jam conclamatus, ac in Proſerpinæ peculio adnumeratus, decumberet, ad ſuos converſus jucunde ſe e vita demigrare pronunciavit, quod animo concepiſſet, mox paulo ex ſapientibus quidem cum Pythagora congreſſurum ſe, ex Hiſtoricis cum Hecatæo, ex Muſicis cum Olympo, ex Poëtis cum Homero, inter hæc autem animam egiſſe proditur memoriæ. *Cœlius Rhodig. Lect. Antiq. l. XXI. c. XLIV. p. m. 81. Ælianus Var. Hiſt. l. XIII. c. X.*

§. 2.

§. 2.

Bene *Mantuanus*: Eſt requies illic, illic æterna voluptas,
Perpetuus ſplendor, gaudia, riſus, amor.
Quotquot erunt, animas, & quot nos ante fuerunt,
Accipiens læto magna theatra ſinu.
Fas erit hic noſtræ vultus agnoſcere gentis,
Atque dare alternis mutua verba ſonis.
Hic cum Fratre Soror, nati cum Patribus ibunt,
Veſpera nec feſtos finiet ulla dies.
Præmia terrenas mentes terrena ſequentur,
Regna manent, alio nos meliora loco.

Illa hora, cum homo moritur, ſocios ſuos videt & cognatos, dicunt RR. ap. *B. D.* Chr*iſt. Nagel LL.* CC. *Hebr. Rabbin. Talm. in v. Mors.* Hi ita nobiscum conferent, ut de labiis ſingulorum ſtillatura ſint melle dulciora colloqvia. *D. a Beuſt in de Art. ben. Mor. P. II. p. 83.*

Anima DEO commendetur, Luc. XXIII, 46. Pſ. XXXI, 6.

O quam pretioſus theſaurus eſt anima! Videte ante omnia, ut illi recte proſpiciatis. Multi quidem magis curant ſuas tunicas, qvam animas (Vid. Appar. Curioſ. Tom. I. in Tit. *Anima non curatur, corpus æſtimatur p. 129. ſeq.*) Sed qui ſapit, animæ ſuæ curam omnibus anteferat, ſemperque cogitet illud Angeli, quod dicebatur Lotho: Salva animam tuam, Gen. XIX. v. 17. DEus illam velut depoſuit in corporibus noſtris: Quare, qvum emigrat, eam rurſus deponamus in manibus DEI. Ita cuſtodietur potenter, & reſtituetur fideliter. *D B. Meiſner. in Medit. Feſtival. p 302.* Militi cuidam Hiſpano hoc poſitum Epitaphium: Hic jacet miles Campuzanus, jam mortuus, olim ſanus. Animam reliquit dæmonio: Peculium Domino Antonio. *Gvevar. Ep. ac Diſſ. p. 99.*

Non eſt Cruciatus, ſed in via, quæ ducit ad mortem.

Cn. Carbo, Marianarum partium Dux haud ignobilis, in Sicilia captus, cum ad ſupplicium traheretur, tempus petiit ad ventrem exonerandum, moram ſupplicio quærens: ignarus ſcil. non in morte eſſe cruciatum, ſed in via, quæ ducit ad mortem. *Sabell. l. IV. c. VII. ap. Zwinger. Vol. VIII. lib. III. p. 2058. b.*

Divelli moleſtum.

Es gehet ſchwer her, wann zwey gute Freunde von einander ſcheiden ſollen, daß ſie einander entweder gar nicht, oder doch ſehr ſpäte wieder ſehen ſollen. Als die Türcken des Conſtantinopolitaniſchen Käyſers Michaelis Palæologi

Kriegs-

Kriegs-Heer geschlagen, und so wohl an Menschen, als Gütern, grosse Beute gemachet hatten, waren unter dem Raube auch zwo Jungfrauen, leibliche Schwestern; dieselbige, als sie bey Abtheilung der Gefangenen von einander scheiden solten, haben sie mit grossen Weinen und Heulen einander umfangen, und sind vor grosser Bekümmernis unter den Letzen einander in den Armen gestorben. Niceph. Gregor. Hist. Rom. lib. V. p. 18. Diese Schwestern betrübten sich über dem Scheiden dermassen, daß sie plötzlich sturben. Noch viel weher thut, wann Ehegatten, so einander hertzlich geliebet, durch den bittern Tod getrennet werden. Wer kan dieselbige Schmertzen ausreden? Wer kan es glauben, als wer sie selbst gefühlet? *D.* **Ernst Bild. Hauß.** *P. III. p. 241.* Mors Viri inducit honestis matrimoniis tristitiam, *l. cum quidam 31. in fin. pr. ibi tristitiæ sunt. C. de jur. dot.* sed uxoribus meretricibus gaudium. *Barbosa l. c. p. 480.* Conf. Appar. Nostr. Curios. Tom. I. in Tit. *Mors Conjugis p. 1448. seq. Mariti p. 1477. seq.*

§. 2.

De Admeto Chorus ap. Euripidem in Alcest. ait, illum hac extincta in posterum victurum vitam *ἀβίωτον*, h. e. minime vitalem, ut *Ennius* loquitur. Et pulchre idem Chorus ibi concinit: Quod enim homini majus malum accidere potest, quam amittere caram Conjugem. *Joach. Camerarius Symb. & Emblem. cent. IV. Embl. LXXXIX.* ita habet:

- - Nec mors, nec vita relicta,
Parte mei supero, pars est mihi demta vel ergo
Cum cara præstat conjuge posse mori?

Dolor.

Cur non vis, Epicharme, mori, sed mortuus esse?
Vis Epicharme mori; sed sine morte mori.
Fert mortem dolor: aufert mors optata dolorem,
Est igitur pejor morte, Epicharme, dolor.

Joh. Owenus Epigr. XCVII. l. I. p. 9.

Perpetuum Ver.

Ausonius in tumulum hominis felicis tale epigramma scripsit:

Sparge mero cineres & odora perlue nardo
Hospes, & adde rosis balsama puniceis.
Perpetuum mihi ver agit illachrymabilis urna,
Et commutavi secula, non obii.

B. D. Calovius Diss. de Baptismo pro Mortuis ex 1. Cor. XV. 29. c. I. §. 9. justi omnes moriuntur in Vere, quocunque demum anni tempore moriantur,

Nam DEus illos velut vernantes rosas colligit, hinc Christus Matth. XXIV. v.20. Orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme. Probæ enim mentis homo prævidet mortem, mors illum non invenit dormientem, aut exitioso torpentem frigore. *Drexelius in Josepho c. XIX. §. 2. p. 766.*

Tatari quam maximè timendi.

Tatari in præliis fugam simulantes tela sua a tergo perite mittunt, & expiraturi calcibus & dentibus pugnant, & tum maxime timendi, quum moriuntur. *Joh. Buno Not. in Introd. Geogr. Phil. Cluveri l. IV. c. XX. §. 5. p. 475.*

A MORTE
Lacedæmonii fiebant Divi.

Hoc persvasum erat Lacedæmoniis, qui hic pie vixissent, eos ab obitu fieri divos. *Erasm. Apopht. l. I. §. 38. p. 82.* Applicetur &

MORTES

Non vulgares exhibet *Val. Max. l. IX. c. XII. p. 319. seq.*

In MORTIBUS frequenter, 2. Cor. XI, 23.

§. 1.

Ἐν θανάτοις πολλάκις. Mors in Scripturis ingentes calamitates indigitat, Exod. X, 17. Psalm. XLIV, 23. Rom. VII, 24. 1. Cor. XV, 30. 31. 2. Cor. I, 9. 10. cap. IV, 11. 12. Moritur enim homo quasi cum mortem ob oculos, veluti palam astare videt, quam se effugere posse minime sperat. Rursum liberatus a calamitate vivere perhibetur, Gen. XLV, 26. Quemadmodum & Hebr. קוּם est resurgere, non ex ipsa solum morte, sed ex calamitate quadam ut Prov. XXVI, 16. *Hackspan in Ef. XXVI, 19 p. 597. B. D. Joh. Olear. Pos. Philol. in Ep. Domin. Ex. XIV. Pos. VII. p. 127. D. Deutschman. de Sepultura JEsu §. 10. Tungerl. P. E.* P. *III. p. 1034. seq.* De morte afflictionis *R. Maimonides in More Nevochim*, P. *I. c. XLII.* exponit locum 1. Sam. XXV, 37. cum dicitur Nabalis cor emortuum in interioribus ejus. *D Bebelius de Bis-Mortuis §. 2.* Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam, usque ad hesternum, quicquid transit temporis, perit; hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte dividimus. *Seneca Epist. XXIV.*

§. 2.

Quotidie morior per gloriationem quam habeo in C. *I. D. N.* inquit iterum Paulus 1. Cor. XV, 31. Hoc fit 1) cum leviora mala, ut morbos, pauperiem, calamitates, amissionem opum & honorum contemnimus: qui enim hoc

hoc facit, is sibi in dies moriendum esse recordatur. 2) cum in omnibus vitæ nostræ actionibus mortem, tanquam perpetuam nostram pedissequam, ante oculos nobis ponimus. Vere enim cum Davide nobis omnibus dicendum est, *uno tantum gradu, ego morsque dividimur*, 1. Sam. XX, 3. Usque adeo tam multis undiqvaque periculis circumvallati sumus, & ut Ecclesia canit, *media vita in morte sumus. Balduin. cas. consc. l. III. c. IV. cas. VII. p. 673.*

MORTIBUS vivimus.

Inquit Musa Rhetor, referente *M. Senec. præfat. controv. l. V. Th. Gatakerus Annot. in l. II. Anton. Imp. p. 67.* Quicquid avium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus. Quære nunc, cur subito moriamur? Mortibus vivimus. *Sen. Rhetor. in proœm. l. X. Controv.* Sicut autem de nobis dicitur: Mortibus vivimus; ita mortibus mundus renovatur, vigetque, ut habet *M. Antoninus Imp.* Fluxus & mutationes mundum perpetim renovant, sicut temporis successio nunquam intermissa ævum interminatum exhibet novum subinde &c. *Vit. Propr. l. VI. §. 15. p. m. 48.*

MORIOR

Non totus.

Einer rauchenden Kertze, die der Tod ausbläset, setzet ein gelehrter Mann diesen Sinnspruch bey:

NON TOTUS MORIOR.

Der Tod nimmt Leute hin, die nach vollbrachtem Leben
Ein rühmliches Gerücht und guten Nachschall geben,
Theils wegen Frömmigkeit, theils wegen Kunst-Verstand;
Theils daß sie meyneten mit Treu das Vaterland.

M. Mich. Schirmer in *Emblematibus.*

Invitus.

Jener ließ auf sein Grab schreiben:

INVITUS MORIOR.

Ich sterbe nicht gerne.

Wuste denn der Alberne nicht, daß er ein sterblicher Mensch sey? Ohne Zweifel wuste er es sehr wohl, aber er wolte nicht gerne dran. *B. D. Misand* in d. Cr. d. Fl. *p. 1478.* Damascenus refert, Indiæ Principem, qui cum audivisset sese mori debere, in lachrymas versum esse, & dixisse: Num ego quoque moriar? *Mayer.* im betr. und getr. B. G. *p. 1448.* In monasterio Gantereano in Hispania Nobilis cujusdam Lusitani hoc legitur Epitaphium:

Hic ſitus eſt Vaſcus Figueira
Prorſus præter ſuam voluntatem!

Gvevar. Epiſt. ad Fridericum Thalaſſiarchum p. 100. b. Hieronymus Aloander plurimarum lingvarum peritus Romæ moriens A. C. 1542. ſequens Epitaphium paulo ante mortem ſuam ſibi ipſi Græce ſcripſit:

Κάτθανον ἐκ ἀέκων, ὅτι παύσομαι, ὧν ἐπιμάρτυς
Πολλῶν, ὧνπερ ἰδεῖν ἄλγιον ἦν θανάτε.

H. e. *Moriar non invitus*, quia requieſcam teſtis exiſtens
Multorum, quæ videre morte mihi gravius fuit.

D. Joach. a Beuſt in de Arte bene moriendi P. *II. p. 72.*

MORIAR
Nusquam honeſtius, quam hic.

§. 1.

Albertus, Marchio Brandenburgenſis (quem Teutonicum Achillem non abs re vocarunt) cum accepiſſet Norinbergenſes octingentos equites, ac ſex millia peditum in agrum ejus prædatum miſiſſe, apud fluvium, quem illi transmiſſuri erant, equitibus atque peditibus uno duntaxat loco vadabilem, ſagittarios inter arbuſta ducentos collocat, qui equitatu prætermiſſo pedites vado arcerent. Ipſe cum ſexcentis equitibus proximo in nemore latens, hoſtium equitibus ſeſe oſtendit. Steterunt utrinque acies medio trecentorum ferme paſſuum intervallo non ſine trepidatione. Tum Marchio cum duobus Comitibus apprehenſa lancea in hoſtem advolat. Occurrunt totidem illi ex hoſtibus viri fortes. Marchio equitem eum, qui ſibi obvius fit, medium transfodit, ſternitque. At comitibus ſuis, ab iis, cum quibus congreſſi fuerant, proſtratis, ipſe hoſtium turmam ſolus invadit, ſtragemque non parvam efficit, donec ad ſigna pervadat. Illic centum in eum gladii nudantur. Ille amplexatus utroque brachio vexillum, *Nusquam honeſtius, quam hic moriar*, inquit. Interea reliqvus exercitus accurrit, & verſis in fugam hoſtibus ſemianimem Ducem apud vexillum reperit. Hoſtes aut cæſi, aut capti. *Æneas Sylvius l. II. Comment. in Panormit. ap. Zwinger. Vol. VIII. l. IV. p. 2150. a.*

§. 2.

Fortes quippe Viri in acie occumbere ſemper optarunt. Alexander Severus cum ab hariolo quodam audiviſſet, gladio barbarico illum occubiturum, & inde putaret, ſe in acie moriturum, quam maxime eapropter gaudebat, & Diis ſe ſimilem fore dicebat, ſi hoc beneficium ei contingeret. Sed res eum fefellit. Nam gladio quidem barbarico concidit, at ſuo in tentorio,

ab impura imbecillique barbari scurræ manu. *Lamprid. in Alex. Sev.* ita ut illud *Chori Troad. Capt.* in illum quadret: Heu miser, imbelli vero manu relinqves vitam, *in Eurip. Hec. v.1033.*

§. 3.

Numantini a Scipione obsessi prælium orabant, ut tanquam viros occideret. *L. An. Sen. Florus Rerum Roman. l. II. c. XVIII.* Et Alexander obscura & ignobili morte in tabernaculo suo extingvi qui se querebatur. *Curtius l. III. c. V.* Cimbri & Celtiberi in acie exultabant, tanquam gloriose & feliciter vita excessuri: lamentabantur in morbo, quasi turpiter & miserabiliter perituri. *Val. Max. l. II. c. VI. Cic. Tusc. Quæst. l. II. p. m. 189.* Vid. & *Th. Lansius Orat. pro Hispan. p. 226.*

§. 4.

Apud Hibernos puerpera, si quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inque os parvuli summo mucrone auspicium alimentorum leviter infert, & gentilibus votis optat, non aliter quam in bello, & inter arma mortem oppetat. *Solinus Polyhist. c. XXXV. p. 252.* Apud Scythas & Alanos judicatur beatus, qui in prælio profuderit animam: Senescentes enim & fortuitis mortibus mundo digressis, ut degeneres & ignavos convitiis atrocibus insectantur. *Ammian. Marcell. Hist. l. XXXI. ap. D. Becman. H. O. T.* P. *II. c. X. p. 746.*

§. 5.

Turcæ felices beatosque eos appellant, qui non domi inter Conjugum, filiorumque lamentationes obierunt, sed foris inter hostium fremitus, hastarumque fragorem. *I. Boëmus Aubanus de Mor. Leg. & Rit. omn. gent. l. II. c. XI. p. 148. & l. III. c. XXI. p. 334. D. Joh. Phil. Pfeiffer. Antiq. Græc. Gentil. l. II. c. XXIII. p. 226.* Felicior a Sapientibus cunctis omni ævo semper est existimatus, qui fortiter in prælio cadit, dum pro justa causa pugnat, quam si quis in lectulo svaviter obdormiscens emittat animam, inquit *Thomas Bozius Eugubinus de Ruinis Gentium & Regnorum adversus impios Politicos l. I. c. VII. p. 35.*

§. 6.

Sub Eduardo III. Anglorum Rege Suardus Comes Northumbriæ bellicis artibus clarus, cum profluvio ventris laboraret, ac sensim deficientibus viribus, haud dubiam mortem præsentiret, seipsum armavit, stetitque acer in armis, ac si cum hoste esset congressurus, dictitans: Non decere hominem fortem jacendo jumentorum ritu mori: atque sic e vita migravit. Imitatus in hac parte Nasamonum Lybiæ populorum institutum. *Polydorus l. VIII. ap. Zwinger. Vol. VIII. l. V. p. 2164.* Rex Spartanorum Leonida nusquam vi-

ctores honestius, quam in castris hostium perituros dixit. *Justinus l. II. c. XI. n. 13.* Ibi pugnando vitam perdere, est bis vivere. *Eman. Thesaurus Inscript. p. 270.* Epaminondas, Dux Thebanus, dicere solebat pulcherrimum esse genus mortis, in bello mori, quod hæc mors primum cum laude fortitudinis conjuncta sit, modo bellum geratur pro patria: deinde brevis, non diu crucians hominem, aut paulatim extabefaciens, *Erasm. Apopht. l. V. in Epaminonda §. 2. p. 413.*

§. 7.

Callacritidas percontanti, quam ob causam fortes viri gloriosam mortem ingloriæ vitæ anteponant? Quoniam, *inquit*, alterum naturæ proprium, alterum peculiariter suum esse ducunt. Nam naturæ beneficio vivunt & ignavissimi: at honeste mori non contingit nisi virtute præditis. *Plutarch. in Lacon.* Mors omnibus mortalibus est fatalis, ignavis æque a fortibus: sed præclara & gloriosa mors solis viris fortibus contingit, dicente Posthumio Dictatore ap. *Dion. Halic. Antiq. Rom. l. VI c. I. p. m. 519.* Viris ignobile lethum belligeris in pace mori. *Sil. l. II. Tob. Magir. Polymnem. p. 1630. seq.* Chytræus Neapoli tale Epitaphium invenit: Hic tantum mortem doluit, quod in acie non cecidisset, *in Delic. Itin. p. 57.*

Hæc sunt fata Ducum, pulchrum est cecidisse sub armis:
Mors bellatori convenit ista viro.

Phil. Beroaldus in Epitaphio Roberti Sancto-Severinatis.

Et *Virgil.* - - pulchrumque mori succurrit in armis. *Æn. l. II.*
- - pulchramque petunt per vulnera mortem. *Æn. l. XI.*

§. 8.

Aliter *Isocrates*: χρὴ δὲ μὴ καλὰς ἁπάσας ὑπολαμβάνειν τὰς ἐν τοῖς πολέμοις τελευτάς: Neque vero semper præclarum habendum est, in bellis occumbere, *Epist. II. ad Philippum p. m. 975.*

Ah! quot mille dic victor sub tartara mittit. *Virg. Æn. l. XI.*
Quot tulerat fortuna Duces, hos obruit omnis
Armorum strue diversa feralis Enyo;
Armaque congesta strue deplorata jacebant.

Petron. Arbiter. Sat. p. 172. 181. Erat autem Enyo Dea belli & Martis aurigatrix. Hujus Sacerdotes suo sangvine, non victimis cæsis illi sacrificabant, furentesque vaticinabantur. *Gyraldus Synt. X. Pontanus Prog. l. IV. p. 942.*

§. 9.

Chytræus *loco antea citato* tale etiam invenit Epitaphium: Tu, quisquis es, miles, fato meo ne terrere, sed cogita, summos etiam

Duces

Duces extra bellum occumbere! Ethnici in genere si a Diis suis impetrabant, ut animam in suorum amplexibus exhalarent, illud summum existimabant bonum. Exsertim de Pindaro *Hesychius Milesius*: Pindarus Lyricus precatus Deos, ut quod in vita optandum maxime sit, sibi darent, in theatro repentina morte extinctus est, reclivi capite super amasii Theogeni genua. *Simon Abbes Gabbema Not. in Petron Arbit. p. 153.* Si cui contingit, ut illum senectus leniter emitteret, non repente avulsum vitæ, sed minutatim subductum, næ ille gratias agere Diis omnibus debet, quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam, perductus est. *Seneca Ep. XXX.*

O me felicem, si, cum mea fata vocabunt,
In gremio dulcique sinu, niveisque lacertis
Saltem anima caput hoc langvens abeunte jaceret:
Illa sua nobis morientia lumina dextra
Clauderet. *Amyntas ap. Bapt. Mantuan. Eclog. III.*

MORITUR

Æquo animo, qui filium relinquit.

Antonius Pius Imp. biduo priusquam moreretur, admissis amicis aperuit sententiam suam de filio, eandem, quam Philippus de Alexandro, dicens: Se æquo animo mori, qvum filium relinqueret. *Erasm. Apophth. l. VI. p. 495.* Non totus interiisse videberis, in illorum vultibus, inque actibus te sibi redditum amici credent, & gaudebunt. *Fr. Petrarcha de R. U. F.* P. *I. p. 671.*

Non MORITUR

Justus, antequam alius natus.

Ita habent Rabbini: Eo ipso die, quo Adha bar Ahaba recubuit in sinum Abrahæ, natus fuit in Babel Raf jehudha, cognominatus Mar, ut primum mortuus esset R. Akifa, natus fuit Rabbi, mortuo Rabbi natus fuit Raf Jehudha, etiam hoc defuncto natus fuit Rabba, & cum hic diem clausisset, natus fuit Raf Asai, ut hinc discas (quod est *in Mass. Joma f. 38.*) non discedere justum ex hac vita, quin sub mortem ejus alter justus editus sit in vitam, q. d. (Eccles. I, 5.) Oritur Sol & occidit Sol. Imo nondum extinctus fuerat Sol Eli, & oriebatur Sol Samuelis Ramatheiensis, q. d. (1. Sam. III, 3.) Lucerna DEI antequam extingueretur, dormivit Samuel &c. *D. Joh. Saubertus Exercit. ad Luc. XVI. v. 22. §. 12. D. Sam. Lange in Jurisprudentia Cœlesti & vere Benedicta p. 4. Lightfoot Hor. Hebr. in Luc. c. XVI. v. 22. p. 547.*

MO-

MORI
In Christo.

Symbolum Friderici III. Electoris Sapientis dicti, Ernesti Elect. Sax. Filii fuit:

Qui in Christum credit, felix in pace recedit!

* * *

Maxima nosse mori vitæ est sapientia, vivit
Qui moritur, si vis vincere, disce mori.
Vive pius, moriere pius, pietatis amanti
Dulce est in Christo vivere, dulce mori!

Laurent. Peccensteinius *in Symbolis & Dicteriis propriis & genuinis.*

Si morimur; Domino morimur: si vivimus; ipsi
Vivimus, & Domini sorte in utraque sumus.

Bis non est datum.

Improbis ἅπαξ ἀποθανεῖν ἀπόκειται, Hebr. IX, 27. semel tantum mortem obire licet, quod *Sophocl. ap. Stob. Tom. II. Tit. CXX.*

θανεῖν γὰρ οὐκ ἔξεςι τοῖς αὐτοῖσι δὶς
Namque homini eidem bis datum non est mori.

Post mortem semel obitam in morte secunda, quæ sic dicitur Apoc. XX. v. 14. qua ζῶντες ἐβλήθησαν εἰς λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν θείῳ, ibid. c. XIX. v. 20. iterato mori non datur. *Bernh. ad Eugen. de Consider. L. V.* alludens ad illud Es. c. LXVI. v. 24. & Marc. IX. v. 44. ubi vermis nunquam moritur, nec ignis unquam extingvitur. Horreo vermem mordacem, & ignem vivacem. Horreo incidere in manus mortis viventis, & vitæ morientis. Hæc est secunda mors, quæ semper occidit, nunquam peroccidit; quis det illis semel mori, ut non moriantur in æternum? qui dicunt montibus: cadite super nos, & collibus: operite nos, Luc. XXIII, 30. Apoc. VI, 16. quid nisi mortem mortis beneficio, aut finire, aut evadere volunt? denique invocabunt mortem, ait, & non veniet, Apoc. IX, 6. Quam miserum est autem, ut Adrianus Imp. olim, mortem optare, & mori non posse? sive, ut chorus ap. *Sen. Agamem. 3. 2.* O quam miserum est nescire mori! *Gataker. in Anton. l. VIII. §. 58. p. 319.* De Adriano quippe Imper. *Svetonius* & *Dio* referunt, quod cum Severianus quidam nonagenarius senex, cum ejus jussu præter meritum jugulandus esset, ignem poposcerit, incensoque thure dixerit: Vos, Dii, testor, me nihil sceleris commisisse. Nec aliud imprecor Adriano, nisi, ut cum volet, mori non possit; Id quod etiam evenerit, siquidem & barbarus conductus, qui ferro mortem pro beneficio daret, aufugerit.

Malo

Malo, quam turpiter vivere.

Plus tot mourir! Erat Symbolum Comitis Nassovii in Cattimeliboco

Malo MORI POTIUS, quam vivere turpiter hosti;
Mors bona sic vitæ est anteferenda malæ.

Seu ut habet Symbolum Ottonis Magni Imp. AUT MORS, AUT VITA DECORA!

Sis bonus ut Princeps: AUT MORS, AUT VITA DECORA
Sit tibi: mors bona plus, quam mala vita placet.

*

AUT MORS, AUT sit HONESTA VITA: pulchre
Præstat nempe mori, quam male vivere.

Nic. Reusnerus Symb. Heroic. p. 166. & Class. III. Symb. XI. Cæs. Rom. German. p. 75. Sic Philemon ap. *Stob. Tom. II. Tit. CXXII.*

Θανεῖν ἄριςόν ἐςιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.
Satius mori, quam vivere infeliciter.

Et *Claudianus:* Nempe mori satius, vitæ quam ferre pudorem. *Gatak. l. c. p. 320. a.*

Memento.

§. 1.

Mors incertarum rerum certissima; cunctis
Incertum quando, certum aliquando mori.
Nullus ab occasu procul est homo, nullus ab ortu:
Nec tamen illius, nec memor hujus homo.

Joh. Owenus l. III. Epigr. LXVIII. p. 57.

Esto memor mortis vivens, & sic bene vives:
Esto memor vitæ moriens, bene sic morieris!

Eleonoræ, Eduardi I. Conjugis, quæ An. 1298. obiit epitaphium fuit: DISCE MORI. Philippæ, Eduardi III. Conjugis, quæ An. 1369. obiit; DISCE VIVERE. *Chytr. Delic. Itin. p. 762.*

Vive memor mortis, memor ut sis vive salutis.

Ausonius in Chilon. sent.

Pange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo,
Ipse jubet mortis te meminisse DEus.

Mart. l. II. Epigr.

Maxima, nosse mori, vitæ est sapientia, vivit
Qui moritur, si vis vivere, disce mori.

Joach. a Beust Enarr. Evang. P. II. p. 228.

§. 2.

Vive pie, quicunque mori feliciter optas:
Utque pie poſſis vivere, diſce mori.
Nobile vincendi genus eſt patientia; vincit
Qui patitur, ſi vis vincere, diſce pati.

* * *

Diſce mori vivens, moriens ut vivere poſſis.

* * *

Vita una eſt, ſunt mille neces & mille ſepulcra,
Ergo ſatur vitæ ante omnia diſce mori.

* * *

θυμὲ βλέψον ἄνω.

O mea mens ſurſum mortalem dirige curſum:
Mens oblita ſoli, ſuſpice regna poli.

* * *

Conceſſi vitæ morti donabimur omnes;
Cum diſcas igitur vivere, diſce mori.

* * *

Si CHRISTO moreris, mors eſt ſubito obvia vitæ
Janua; diſce igitur, ne moriare, mori.

Peccato, Rom. VI, 2. 7. 11.

Credentes dicuntur *mori peccato l. c.* h. e. renunciare, & velut infrugiferi ac otioſi ipſi fieri, ſicut mortuus naturaliter non agit, vel operatur. (Aliud autem eſt, *mortuum eſſe in delictis ac peccatis*, Epheſ. II, 1. 5. quæ mors ſpiritualis, & ſeparatio a gratia DEI, atque ſpe vitæ æternæ eſt, ob peccata non remiſſa. Quo ſenſu *mortuorum* etiam vox Matth. VIII, 22. Joh. V, 25. 1. Tim. V, 6. accipitur.) *Legi ſe mortuum eſſe per legem*, Paulus aſſerit Gal. II, 19. h. e. per legis accuſationem maledictumque eo adductum, ut fiduciam in lege collocare deſierit, adeoque ex ipſa ſe lege didiciſſe, quod vires eam perfecte implendi non habeat (ſicut mortuus non habet vim operandi) & per conſequens nec juſtificari ex ea poſſit. *B. Glaſſius Rhetor. Sacr. Tr. I. cap. XII. p. 355.*

Sapiens debet in actu.

Callimachum præſtantiſſimum Athenienſium Ducem ad Marathonem dimicantem, *Herodot. l. VI. p. 584.* egregia in ipſo prælio navata opera, interfectum aſſeruit. *Plutarchus* autem ſtrenue dimicantem plurimis haſtilibus confoſſum, & in ipſo eorum pondere libratum mortuum inter cadavera ſtetiſſe

tiſſe fidem fecit, *in Parallel. p. 173. a.* adeoque Veſpaſiani ſcitum (ap. *Sveton. in Veſpaſ. c. XXIV. p. 266.*) quod etiam Sixtus V. Papa nunquam decumbens, licet ægritudine debilitatus *teſte Piaſecio Chron. Geſt. in Europ. Singul. p. 87.*) in ore frequenter habuiſſe fertur: Imperatorem non decere, niſi ſtantem mori, adimpleſſe ſcribitur. Vid. *Gregor. Lædi l. IV. de Vit. Sixt. V. edit. Germ. p. 686.* Idem febre detentus, ut poſthabitis negotiis publicis reſpiraret paululum a Cardinali Nepote monitus, reſpondiſſe fertur, *Ejusdem teſtimonio l. XI. p. 408.* Ihr ſollet wiſſen, Vetter, daß gleich wie die Nachtigal mitten im Singen ſtirbt, alſo ein Fürſt mitten im Befehlen ſeinen Geiſt aufgeben muß. Sapientem in actu mori debere, Stoicorum erat ſententia, quod *in Svet. Veſp. c. l. p. 558.* notat *Iſaac Caſaubon. ap. L. Chriſt. Frid. Garman. de Mirac. Mort. l. II. Tit. IV. §. 14. p. 432. 433.*

Nec, nec Vivere timeo.

Ambroſius moriturus ad circumſtantes Sacerdotes dixit: Non ſic vixi, ut me pudeat inter vos vivere: nec mori timeo, quia bonum habemus Dominum. Id nos aliquando in votum deflleximus:

Tu da gnate DEI, vitæ nos neve pudere,
Neve etiam mortis pœnituiſſe queat.

Abrahamus Bucholcerus Chronol. ad A. C. 398.

Suſpicioſum.

Chytræus p. 51. ſequentem Græcam inſcriptionem in Urna quadam invenit: Vita dulcis, vivere ſvave, mori ſuſpicioſum.

MORIENS
Ambulat ad Patres ſuos, Num. XX, 24.

§. 1.

Colligatur Aaron ad populum ſuum, inquit DEus *l. c.* i. e. moriatur. Addi enim vel adjungi, aut congregari ad populum ſuum pro mori Ebræis uſurpatur. Cauſam talem aſſignant, quod is, qui moritur quaſi ad totam ſtirpem, ſuosque majores proficiſcitur, ad eos coadunatur, cum eis commoratur, & inter defunctos cenſetur. Hebraice ſic efferunt: Qui moritur ambulat per viam, per quam ambularunt patres ejus, quaſi colligatur ad eos. *Fagius ad Num. l. c. in Op. Anglic. p. 1034.* Penetravit ſe ad plures, i. e. mortuus eſt. *Plautus.* Nam plures mortui, quam viventes. Quanquam ille dicebat, plures vivos eſſe, & cauſam addebat, eo quod mortui non *eſſent*, ludens in ambiguo verbi *eſſe*. Nam eſſe dicitur, qui eſt in vivis, & qui eſt in rerum natura. *Druſius ad Joſ. c. XXIII. v. 14. in Op. cit. p. 1923.*

§. 2.

Gen. XV, 15. DEus ad Abraham: *Et tu vades ad Patres, ſepelierisque*

que in canicie bona. Sed quomodo ivit ad Patres ſuos, qui impii & idololatræ fuerunt, ſicut patet ex Joſ. XXIV, 2. Reſp. Eſt ire ad Patres, ut Ebræi ſcribunt, periphraſis mortis, quæ communis eſt univerſæ terræ, h. e. omnibus populis & hominibus terræ. *Fagius l. c.*

Jocari non poteſt.

Ita dicunt RR. *in Bavakama* ap. *B. D. Pfeiffer. in Nuptial. ſeu* Hauß- und Ehe-Schule P. *III. Conc. VIII. p. 245.*

Regi ſe commendans.

Nobilis quidam Italus in bello ſclopeto trajectus ſe Regi commendavit (pro eo quod alii moribundi DEO ſe commendant) & voluit ut illi dicerent, ipſum jacturam facere fidelis miniſtri. *Gisb. Voëtius Select. Diſp.* P. *I. p. 152.*

Sollicitus de Liberis.

§. 1.

Ne dicas, moriens, quid facient filii? (vid. *D. Chriſtoph. Nicolai* Evangel. JEſ. Fr. P. *I. p. 28. 29.*) A terreno Patre deſertos in ſuam curam cœleſtis Pater accipiet, non relicturus, ut tu, neque orphanos facturus: ille eos nutriet & docebit a juventute eorum, modo dociles ſe præbeant, & usque in ſenectam, & ſenium, usque ad mortem & ſepulchrum non deſtituet. Spes naſcentis hominis DEus eſt, non genitor, quamvis dives, quamvis ille Rex ſit. Non eſt ædificandum in arena, ſed in petra. Omnis ſpes de homine brevis & caduca eſt. Filii igitur tua ſpe deluſi, ponent in DEO ſpem ſuam, & cantabunt cum David: Pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumſit me. Pſalm. XXVII, 10. Multorum indolem filiorum, & virtutum ſemen mentibus inſitum parentum blanditiæ extinxerunt, ſicut ex adverſo, molliciem ſæpe diſcuſſit orbitas ac paupertas. *Fr. Petrarcha de R. U. F.* P. *II. Dial. CXXVII. p. 669. 670.*

§. 2.

Socrates, Critoni vehementi ſtudio ſvadenti: ut ſi vitam ipſe ſuam negligeret, certe liberis, etiamnum parvulis, & amicis ab ipſo pendentibus ſe ſervaret incolumem: Liberi, *inquit*, DEO, qui mihi eos dedit, curæ erunt: amicos hinc diſcedens inveniam, vobis aut ſimiles, aut etiam meliores, ne veſtra quidem conſvetudine diu cariturus: quandoquidem vos brevi eodem eſtis commigraturi. *Eraſm. Apopht. l. III. in Socrat. §. 77. p. 186.*

§. 3.

Es war einmahl ein Jude kranck, und wolte ſterben, zu dem kam auch ein ander Jude, und beſuchte denſelben; Als nun der Sterbende ſtets ſein Weib und

und Kinder beklagte, wie sie in der Welt fortkommen würden? tröstete ihn der anwesende Jude mit diesen Worten: Der GOtt, der die Väter hat ernähret, wird die Kinder auch ernähren! War Christlich geredet. *B. D. Misand.* Priester-Feinde und Freunde *p 41.* Dominus providebit, qui credit, videbit! Origenes Patrem in custodia detentum ad martyrium hortatur *in Epist. exhort.* his verbis: Cave tibi, ne propter nos (tuos liberos) aliud quid cogites, ap. *Euseb. Pamphilum H. E l. V. c. II. p. m. 72.*

§. 4.

Quod liberos a te relinqui doles, & angeris, non video, cur id facias. Nam si tibi, quod moriendum sit, dolet; magis illis, quod vivebas, dolebat. Quod Phoenix inter aves, hoc filius est, qui patris mortem non exoptat: si pauper ille est, ne alendus sit: sin dives, ut tanto citius hæreditatem adeat. Quod cum ita sit, non mihi prudentis videtur, cum illi rideant, canant, te plorare. Panucius Secretarius ad morituros ap. *Gvev. H. P. l. III. c. LIV. §. 672. p. 722.*

Opibus.

Quo devenient opes? Unde venerunt, revertentur, h. e. ad fortunæ manus. Inde rursus ad alios, atque alios abituræ, apud neminem diu mansuræ. Vagæ sunt enim, stare nesciunt. Neque sine mysterio, rotundam nummi formam opinati sunt, quod volubilitatis indicium esse dixerunt quidam (facete non inficior) sed non minus triangularis, aut quadra volubilis haberetur: quod attinet ad divitiarum fluxum, quarum natura est labi assidue, ac volvi: odisse unius seras arculæ, crebris ac variis possessoribus delectari: sive ut rubiginem motu vitent, sive ut fallant circuitione quamplurimos, sive ut cum dominis suis de instabilitate contendant; hanc tu igitur moriens, vel viventi supervacuam curam pone: quin si locuples moreris, agnosce fortunæ fidem raram, usque ad exitum e vita, divitiasque jam tibi non necessarias aliis linque. At si pauper, expeditus proficiscere: seu ingentes, seu exiguæ, seu nullæ opes tibi fuerint, modicum ad te olim, posthac vero nil ad te pertinet, nisi quod inopem vixisse securius, quando laboriosa hæc vitæ vel præsidia, vel tormenta mortem quoque sollicitant. *Petrarcha l. c.*

Nil te sollicitent morientem commoda rerum,
Nil feret e mundo, qui nihil intulerit.

Joh. Textor in Sylloge Varior. Ænigmat. p. 93.

Uxore.

§. 1.

Ne quæras post te tua quid factura sit uxor,
Discessu namque est libera facta tuo.

Tert. l. c. Nubet forſitan, quid ad te? Tuo jugo abſoluta, vel ſubibit aliud, vel libera cervice vagabitur, vel jam feſſa ſubſiſtet, & quietem ſola meditabitur. Quid, cum te evaſerit, actura ſit cogitas? cum tibi ſubjecta, quid egerit, neſcias. Magna pars mortalium, quid domi ſuæ fiat, neſcia, quid in cœlo agatur, quidve in terris ſit agendum, quærit. Sane, quid deinceps agat uxor, ipſa eadem vel maritus alter viderit, ad te amplius cura iſta non pertinet. Si meliori nupſerit, gratulare proſperitati ejus, quam amaſti; Sin pejori, gaude ſaltem, quod tu illi jam notior, cariorque futurus ſis. Multæ primos viros noſſe, ac diligere, ſecundo demum matrimonio didicerunt. *Petrarch. l. c. p. 672. 674.*

§. 2.

Si uxoris gratia, quoniam juvenis eſt, doles, non eſt quod angaris. Fœminæ juvenes, qualis ipſa eſt, ſenibus nuptæ, qualis tu es, morientibus maritis, in id, quod furaturæ ſunt, oculos; & in eum, cui nupturæ ſunt, animos defigunt; & quod cum debita dictum velim obſervantia, cum maxime oculis fletum præ ſe ferunt, tum maxime riſu pectora ſubſiliunt. Nec vero illis te cogitationibus excrucies, quod non inventura ſit quempiam in eodem tecum honoris gradu conſtitutum, cui nubat. Tales enim, & ſimiles, pro veſte Attalica detrita ſagum villoſum mutarent, hoc eſt, paſtorem juvenem Imperatori decrepito præferunt. *Gvev. l. c.*

Vivens.

Cajetæ, Italiæ urbe hoc legitur Epitaphium:

Sylvius Palladius
Ut moriens viveret,
Vixit ut moriturus. *Gvev. Epiſt. p. 99.*

MORIENTIS
Hominis Judicia ſeptem.

Sic enim in *Sohar, paraſcha* ויקרא *col. 350.* Septem judicia transeunt ſuper hominem, quando egreditur ex hoc mundo. *Primum* eſt judicium ſummum, quando emigrat Spiritus ex corpore. *Secundum*, quando opera & verba ejus prodeunt in conſpectum ejus, & contra eum clamant. *Tertium*, quando abit in ſepulchrum. *Quartum* eſt judicium ſepulchri. *Quintum* judicium vermium (& hoc Judæi referunt inter maximas plagas.) *Sextum* Judicium gehennæ. *Septimum*, quando Spiritus abit & diſcurrit in mundo, neque invenit locum quietis, donec defatigetur. R. Iſaac dicit: moleſtus eſt vermis mortuo, ſicut acus in carne viva. *M. Chriſtian.* Gödick *Diſſ. Hiſt. Phil. loſ. de Hominibus a brutis enecatis c. I. §. 1.* Hy-

Hypotyposis.

Solvitur omne decus leto, niveosque per artus
It ſtygius color, & formæ populantur honores:
Ambroſiæ cecidere comæ, violataqve cervix
Marmoreum in jugulum collo labente recumbit:
Haud ſecus oceano rediens cytharejus ignis
Qvum ſe venari jactat ſplendore reſecto:
Si ſubita invadat nubes, hebetatur, in atris
Decreſcens tenebris langventia lumina condit.

Silius Italicus l. XII. Bell. Pun. ap. Oct. Mirandulam in Flor. Poët. p. 419.

Suſpirium & votum ad DEum.

Naturæ natura, DEus bone, cum mihi poſſe
Vivere ſuſtuleris, da mihi velle mori.

MORIENTEM

Liberi, cognati, aurum &c. deſerunt, bona autem opera eundem ſeqvuntur, imo præcedunt.

In der Stunde, da der Menſch ſtirbet, ſo gehet weder Gold noch Silber, noch Edelgeſteine, noch Perlen mit ihm, ſondern allein das Geſetz, und gute Wercke, ſagt R. Simeon c. VI. §. 9. Hieher gehöret, was R. Eliezer in Pirke c. XXXIV. p. 29. col. 4. ed. Ebr. anführet: Es hat ein Menſch, ſagt er, drey gute Freunde bey ſeinem Leben, und dieſe ſind es: **Seine Kinder und Kindes Kinder; Sein Geld und Reichthum und ſeine gute Wercke.** In der Stunde ſeiner Auflöſung von der Welt läſſet er ſeine Kinder und Kindes Kinder zu ſich, und ſpricht zu ihnen: Kommet mit euren Gebet, und helffet mir von dem Gerichte dieſes Todes; Aber ſie antworten ihm und ſagen: Haſt du nicht gehöret, daß kein Herſcher ſey am Tage des Todes, iſt nicht geſchrieben (Pſalm. XLIX. v. 8.) Kan ein Bruder niemand erlöſen. Auch werden dem Menſchen ſeine Schätze, die er liebet, nicht erlöſen können, denn am angezogenen Orte ſtehet: Er wird auch keine Verſöhnung (oder Löſe-Geld) GOtt geben können; Warum? Denn es koſtet zu viel ꝛc. Aber gehe du in Friede, und ruhe in deine Kammer: Am Ende der Tage ſolt du zu deinem Theil aufſtehen, und dein Stück ſoll bey den Gerechten im Lande ſeyn. Wann nun dieſes der Menſch vernimmt, ſo verſammlet er ſeinen Reichthum und ſpricht: Ich habe groſſe Mühe mit dir Tag und Nacht gehabt, errette mich durch dein Gebet von dieſem Tode, und erlöſe mich; Aber es wird ihm mit wenigen und kurtz geantwortet: Haſt du nicht gehöret; Gut hilfft nicht am Tage des Zorns, Prov. XI, 4. Nach dieſen verſammlet

let er seine gute Wercke, und spricht zu ihnen: Kommet, und errettet mich von diesen Tode, und stärcket euch mit mir, und lasset mich nicht aus dieser Welt gehen, denn vielleicht habt ihr noch Hoffnung, daß ich errettet werde; Da sagen sie zu ihm: Gehe hin im Friede, denn ehe du dahin gelangest, wollen wir dir vorkommen, wie geschrieben stehet Es. LVIII, 8. Deine Gerechtigkeit wird für dir hergehen, und die Herrlichkeit des HErrn wird dich zu sich nehmen. *Georg. Heinr. Lehman. in* פרקי אבות *c. VI. §. 9. 10. p. 474. 475.*

Non Morientes.

§. 1.

Petrus Comestor *Hist. Scholast. in c. XXIV. Gen.* meminit Insularum, in quibus nullus viventium moritur. Insulam quandam Syriam nullus morbus ingreditur, sed quando mortales consenuerunt, Apollo simul cum Diana eos sagittis interficiunt. *Homer. Odyss. l. XV. p. m. 119. a.* Sed narravere Patres &c. Frustra sane sunt, qui vitam producendam promittunt ad mille sexcentos annos, ut *Paracelsus*, vel plane immortalitatem, ut olim Philosophus quidam Ægyptius referente Galeno, & nostris temporibus Rogerius Baco Arnoldus Villanovus, Fratres Roseæ Crucis, & alii, per nescio quam medicinam universalem hominem mortalitati eripere volunt. *Voëtius Disp. Sel. P. I. p. 759.*

§. 2.

Sinenses credunt, non esse extra humanæ industriæ, facultatisque limites corpus cum anima simul in hoc mundo immortale reddere. *Trigautius l. I. de Expedit. Christ. apud Sinas c. IX. Martin. Martini l. VIII. Hist. Sin. p. 290. M. Joh. Lud.* Hilscher *de Persecutionibus Christianorum in Japan §. 7.* In Regia Requinensi paucos fuisse magistratus ac proceres, qui non illo insaniæ morbo laborarint, addit idem *Trigaut l. c.* Levin. *Nic. Molkenius ad Relig. Medici S. XLIII. p. 251. Pfanner. Theol. Gentil. Purior. cap. XVII. §. 1. p. 394. Francisci* im Geschicht-Kunst- und Sitten-Spiegel *l. I. c. XVI. p. 97. 99. & l. II. c. XXX. p. 698. 699.* Alchimiæ igitur ad insaniam usque operam dant, vel favent, putantque illius beneficio IMMORTALITATIS POCULUM parari posse. *Dn. Andr. Mullerus in Disquis. Geogr. & Hist. de Chataia p. 76.*

§. 3.

Isis IMMORTALITATIS PHARMACUM invenisse dicitur, quo filium Orum, Titanum insidiis oppressum, & mortuum in aquis inventum, non tantum reddita anima in vitam reduxit, sed etiam immortalitatis partici-

pem

pem fecit. *Diod. Sic. l. I. Biblioth. c. XXV. in fin.* Tribonianus olim Justiniano Imp. fertur persvadere voluisse, non moriturum ipsum, sed cum carne in cœlos assumtum iri, si vera Svidas refert ap. *D. Hildebrand. de Vet. arte bene moriendi c. II. §. 26. p. 20. 21.*

§. 4.

Sed! Kein Unsterblichkeit
Ist hier in der Zeit!

Oliva diuturnis annis stare solita, tandem & ipsa fato inevitabili succumbit, ruitque. Unde arida & senio deficiens epigraphen recepit:

Nihil immortale tenemus!

Picin. M. S. l. IX. c. XXV. §. 335. p. 581.

MORIENTIUM Legata.

§. 1.

Abubeker socer Mahomedis dicitur ex ærario accepisse tres stateres in mercedem, & Prophetissam Ajisiam ita allocutus ante obitum: Vide o Prophetissa, quid accesserit opibus Abubekeris, ex quo huic Imperio profuit, idque redde Musulmannis. Atque cum ipsa abiret & inspiceret thesaurum ejus, omnisque ejus substantia computaretur, valor omnium ejus opum deprehendebatur esse quinque staterum, quod cum Successori ejus Omari annunciaretur, dixisse eum tradunt: Misereatur DEus Abubekris, compulit successores suos ad subeundum laborem. *Elmacinus Hist. Sarac. l. I. p. 18. Henningius Henningi Muhamed. Precante p. 225. 226.*

§. 2.

Hilarion der Abt, schrieb an Hesychium, einen Mönch: Omnium divitiarum mearum hæres esto! Du solt Erbe alles meines Reichthums seyn; Als man aber nach seinem Tode inventirte, befand sich mehr nicht in der Erbschafft als Evangelium, tunica saccea, cuculla, palliolum, **ein Evangelien-Buch, ein alter Rock von Sack-Leinwand, eine Kutte und ein Mantel.** Hieronymus in ejus vita & ex eodem Marulus lib. V. cap. X. *B. D. Carpz. Conc. Fun.* P. *II. p. 531. Drexel. Prodr. Æternit. cap. III. §. 10. p. 100.*

§. 3.

Jucundum est, quod S. Antonius de re sua vestiaria, quasi testamentum condidit, ut est *in ejus vita ap. S. Athanas.* non *procul a fine.* Vestimentorum meorum sit ista divisio: Melotem & pallium tritum, cui superjaceo, Athanasio Episcopo date; Serapion Episcopus aliam accipiat melotem, vos cilici-

num habetote vestimentum; & valete viscera mea. *B.D.Joh. Frid. Mayerus Eclog. Th. de Pœnitentia Bestiarum Niniviticain præf.p.5.* B.Maria Virgo duas tunicas vicinis viduis, quæ præter cæteras propensione erga eam amore atque pietate fuissent, Testamento legat, ap. *eund. Diss. Hist. de Conventu Apostolorum ad mortem Mariæ c. II. Lemm. XVIII. p. 25.* Magdalenæ Christi præputium legavit, *ibid. §. 25. p. 28.*

§. 4.

Plato præter pateram, qua Diis supplicabat, tantum auri reliquit, quantum puer nobilitatis insigne in auriculam gestarit. *Apulejus in ejus vita. Beyerl. Tom. II. l. IV. p. 395.* Astæ militis cujusdam epitaphium legitur h.m: Hic jacet Billandrandus, Qui, quæ habuit, ludendo absumsit; Quæ non habuit, testamento legavit. *Gvev. Epist. ad Fridericum Thalassiarchum p. 100.* Ex Sylla quæsitum olim: Quomodo vir bonus esse potes, qui tantas opes possideas, cum a Patre nihil tibi sit relictum? *D. Joh. Meisnerus in Vitæ Salomonis Curriculo c. II. §. 81.*

MORTUA

Abbatissa mensæ assidet, eidemque famulatur.

Eine Abtißin wurde nach ihrem Tode am Tische gesetzet, ihr Fürstlich Essen und Trincken fürgetragen, als wann sie noch lebte. *Lutherus in Colloq. Mensal. c. XXXIII. p. 312. b.* Idem sibi fieri mandavit Maria, Regina Hungariæ & Caroli V. Imp. Soror. *B. Misand. C.C. P. I. p. 532.*

Maria cum risu.

Ut enim *Damascenus Serm. 2. de Dormit. Mariæ,* neque partus pœnam sentit, nec item obitus, adeo ut riserit, ita enim *Ferdinandus Qvirinus de Salazar in Prov. c. III 25. n. 156. p. 1218. B.* Virgo in morte sua risit, quam non morbi aliqua vis, sed amoris svavissimi afflictio extinxit. Vide & *Adrichomium Th. Terræ S. p. 180. B. D. Joh. Frid. Mayer. Diss. Histor. de Conventu Apostolorum ad Mortem Mariæ c. II. Lemm. I. p. 22.*

Regis Filia in lignea bove sepulta.

Mycerinus, Cheopis F. Ægyptiorum Rex, cum filiam unicam excellentiori aliquo genere sepeliret, quam cæteri, fecit ligneam bovem vacuam, quam cum inaurasset, in ea filiam sepelivit defunctam. Hæc bos in conclavi quodam posita, & quotannis elata, quoniam Patrem orasse dicitur, ut defuncta quotannis solem semel intueretur. *L. Beyerlinck Th. M. V. H. Tom. II. l. III. p. 16.* In Domino defuncti justitiæ Solem non quotannis semel, sed semper aspiciunt &c. Strigenitius gedencket einer Adel. Frauen, die hat ihren

Herrn

Herrn gebeten, er solle sie doch nach dem Tode nicht in die Erde begraben, sondern backen, und in einen Kasten schliessen lassen, damit sie nicht in die Erde liegen und faulen müste. *Misand. l. c.*

MORTUUS

Depositus.

Depositio, dies obitus, quo mortuus terræ mandatur, in terram deponitur, vel quo quis vitam deponit, cujus appellationis causam fuse explicat *Ambrosius Serm. LXX.* Depositus i. e. mortuus, vel certe humo mandatus. *Carol. du Fresne Glossar. Tom. II. p. 60.*

A Diabolo abreptus.

Die Chilenser achten dis Leben vor ihr höchstes Gut, die Auferstehung der Todten ist ihnen gantz unbekandt, darum, wann iemand gestorben, pflegen sie zu sagen: Alverey, d. i. Der Teufel hat ihn weggeholet! Da sich denn unter den Bluts-Verwandten und Freunden ein erschreckliches Heulen erhebt. *Everh. Guera. Happelius Thesaur. Exotic. p. 110.*

Est?

In sepulchris juvenum ac puerorum apud Germanos erat olim hæc inscriptio per interrogationem & admirationem: *Et mortuus est?* In Senum vero Epitaphiis erat eadem cum periodo seu puncto: *Et mortuus est. Drexel. in Prodom. Æternit.* Adolescentes mori sic mihi videntur, ut cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senes autem, sicut sua sponte nulla adhibita vi consumtus ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur, si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. *Aphthon. Progymnasm. p. 307.*

Fridericus Imp. nondum.

§. 1.

Judæi cum veteribus & novis Enthusiastis adhuc sperant Johannem Evangelistam cum Enocho & Elia ex occulto quodam angulo, in quo nunc lateat, ante finem mundi proditurum, & aureum illud seculum instauraturum. *R. Elias Levita in* תשבי voce תשבי. *R. David Kimchi Comment. ad Malach. IV.* Adde *Nicolaum* Möller *a* Möllenberg *in Epistola ad Rever. & Illustr. Archiepiscopum Magdeburg. Dn. Joach. Frid. March. Brandeb.* qui mira aliquoties repetit de Mose, Elia, Enocho, Daniele, Johanne Evangelista, & de Imperatore Friderico, quem universalem mundi Reformatorem vocat, nec mortuum credit, sed in montem aliquem prope Goslariam concessisse dicit, unde una cum B. Johanne, sub initium aurei seculi illum rediturum sperat *p. 33. 38. 41. 46. 49. 50.* Idem Autor Johannem Evangelist. Papam

 & sum-

& summum Episcopum ante extremum diem fore pronunciat *p. 51.* Sic Lutetiæ Parisiorum quidam Atheorum discipulus se venditavit pro Johanne Evang. referente *Beza in Not. ad Joh. XXI.* Conf. omnino de Henocho Apparat. Nost. Nom. Propr. Bibl. Tom. II. in Tit. *Henoch Mortuus, non Mortuus p. 607. seq.* de Mose Tom. III. in Tit. *Moses mortuus? & paulo post in cœlum translatus? p. 442. seq.* de Elia ibid. in Tit. *Eliæ reditus ante diem judicii p. 76. seq.* de Johanne Evangelista ibid. in Tit. *Johannes vivit adhuc p. 887. seq. & B. D. Joh. Ben. Carpzov. Conc. Funeb. Tom. I. p. 1299. seq.*

§. 2.

Multi etiam ex Patribus Jeremiam Prophetam cum Elia supremis mundi temporibus apparriturum fore arbitrati sunt, ap. *Huetium Demonstr. Evang. Prop. IV. p. 376. D. Henr. Jon. Werenberg Disp. Inaug. de Jugo Jeremiæ ex c. XXVII. & XXVIII. §. 7. Voët. Disp. Sel.* P. *II. p. 141. 142.* Et Hamiræus Arabs credidit Mahomedem in monte Radwa vivere, & certo aliquando appariturum, terramque repleturum justitia, haud aliter atque iniquitate repleta est. *Hottinger. Hist. Orient. l. II. c. VII. p. 599.* Sicuti & Sinenses quosdam hominum vita functos non esse tradunt, sed mortalium consortio se abdicantes etiam alicubi terrarum vivere. Hoc de *Hoangtio* dicunt. Tradunt item: frequentare hos immortales montes *Xintang* & *Cingching. Dn. Andr. Müllerus Disquis. Geogr. & Histor. de Chataia p. 77.*

Herba ad vitam revocatus.

Xanthus historiarum autor, in prima earum tradit, occisum draconis catulum revocatum ad vitam a parente herba, quam *balin* nominat, eademque Thylonem, quem draco occiderat, restitutum saluti. Et juba in Arabia herba revocatum ad vitam hominem tradit. *Plinius Nat. Hist. l. XXV. c. I. p. 454.* Die Jüden fabuliren in ihren Talmud, daß Salomo einen Garten-Schlüssel gehabt, den hat er einsten seinem getreuen Mund-Schencken, als er einen Todes-Engel hinter ihm stehen sehen, gegeben, mit dem Befehl, seinen geheimen Garten zu eröffnen, und darinnen ein sonderbares Kraut abzubrechen, welches die Krafft, den Tod entweder aufzuhalten, oder gar zu vertreiben, haben solte. Dis ist zwar ein Gedicht, allein es ist ein solches Kräutlein, welches die Krafft hat den Tod zu vertreiben, das heist Fides, das wächst in GOttes Garten, dazu hat die Christliche Kirche den Schlüssel. *L. Joh. Walther. Hist. Spazierg. Ausgang P. I. c. XCIX. p. 237.* Alias

Defunctum vitæ; defuncto reddere vitam
Non est cujus vis: hic labor, hoc opus est.

Owen. l. II. Epigr. XXVI. p. 26.

An

An Homo?

An mortuus homo s. cadaver sit verus homo, apud Philosophos controvertitur? Mortuus homo, quanquam figuræ formam habet eandem, tamen homo non est, inquit *Aristoteles de Partibus Animalium l. I. c. I. p. 478.* Cadaver hominem mortuum dixeris, simpliciter hominem appellare non possis. *Severin. Boëth. de Consol. Philos. l. IV. Pros. II. p. 103.* Æquivoce hominem proclamavit diversis in locis *l. IV. Meteor. c. XII. l. I. Polit. c. II.* Aristoteles. Adstipulatur *Andr. Libavius de Cruentat. Cadav. p. 339. Danhauer. Colleg. Psychol. Disp. VI. Theor. II. p. 168.* corpus ἄψυχον corpus humanum metaphorice exprimere docuit. Inde etiam partes cadaveris partes æquivoce dici concludunt v. g. carnem *Arist. Animal. l. c.* manum amputatam, *Joh. Marc. Marci P. I. Phil. Vet. Restit. S. V. p. 41.* Ossa, *Scaliger. de Subtil. Exercit. VI. S. XII. p. 38.* Oculum, *Joh. Fernel. l. I. de Abd. Rer. caus. c. IV. p. 20.* Et quis quæso cadaver hominem declararet, cum sit altera pars hominis essentialis tantum, adeoque non totus homo. *Garm. de M. M. Diss. Prælim. S. I. §. 130 p. 85.* Sed an corpus hominis demortui simpliciter cadaver dici debeat, de hoc adhuc quis dubitare posset, vid. omnino *Appar. Nostr. Curios. & Pract. Tom. I. p. 559.* Owenus tale hominis posuit Epitaphium:

Quis jacet hic? nemo: vacuum sine nomine corpus
Hic jacet: ex solo corpore non fit Homo. *Epigr. L. p. 87.*

In Hospitali.

§. I.

Conradus fossor metallicus primum in Schnebergi fodinis cum sua omnia consumsisset, pauperis cognomen meruit: mox una cum loco mutata fortuna, ex metallis Firsti, quod est oppidum in Lotharingia, dives factus, nomen ex fortuna invenit adhuc celebre Kůnz vom Glück. In Comitum quoque ordinem a Maximiliano I. Imp. cooptatus, uti *Georgius Agricola l. I. de Re Metall.* scribit. Illud de eodem refertur: quod integro biennio & ultra, in singulas septimanas M.D. aureorum lucrum ex fodinis illis perceperit. Cæterum quia fortunam minime reverenter haberet, facile parta profunderet, dilapidaret, affinium & cognatorum pauperum nullam penitus rationem duceret, nobilium quin etiam artibus, ut formidolosissimus erat, assidue deplumaretur: qui quinque equis comitatus oberrare solebat, in Xenodochio publico aliena pietate infelicem deposuit spiritum, & ita de illo dici potest, quod de alio, cujus inter Epitaphia fit mentio: De gratia speciali mortuus est in hospitali! *D. J. A. Weber Art. Convers. Reg. III. Hist. XXV. p. 176.*

§. 2.

Sic ambitio servis suis imponit. Docet id porro exemplum cujusdam Germani artium Doctoris & Jurisconsulti, qui his facultatibus fidens cum brevi se Romæ in amplissimum virum evasurum speraret securius, contra egestate confectus, in publica hospitali domo diem obiit, conscripto suis manibus hoc epitaphio:

Hic jacet Jacobus,
Qui fuit Romæ coqvus,
Doctor in partibus,
Magister in artibus,
De gratia speciali,
Mortuus in hospitali.

M. Tympius in Mensa Theolo-Philos. c. III. Q. IX. p. 12. 13.

Laudari volo.

Pescennini Nigri Imp. Symbolum erat: Placere vivus, laudari mortuus volo!

Darum bemüh ich mich itzt sehr
Daß nach den Tod erfolg mein Ehr!

Happelius Thes. Exot. in descript. Hungar. p. 154.

Liber a peccatis, Rom. VI, 7.

§. 1.

In Gemara dixit R. Johannes & Jannæus: Scriptum est Ps. LXXXIII. v. 6. inter mortuos liber. Quamprimum homo mortuus est, liber factus est ab observatione legis. Lucem hæc aliquam afferunt Rom. VI. v. 7. nam nititur illa Apostoli propositio hac Judaica Juris Regula: Simulac homo mortuus est, legis præceptis est solutus. *D. M. Zimmerman Anal. Menstr. Mens. V. c. IV. p. 247. 248.* Liberantur credentes a peccati reatu *per justificationem:* a Dominio *per renovationem & sanctificationem:* ab inhærentia denique & sensu *per cinefactionem & glorificationem. B. D. Kunadus de Incarnat. Fil. DEI ad Loc. Class. Hebr. II, 14. §. 270. Chemnit. Exam. Concil. Trid.* P. *I. de Reliq. Pecc. Orig. post Bapt. p. m. 181. D. Gottfr. Olearius Isag. Anti-Papist. Part. Spec. Art. I. §. 5. p. 45. M. Sigism. Richterus Disp. Inaug. de Homine per mortem a peccatis justificato ex Rom. VI. 7. sub Præsid. D. Casp. Læscheri. Angelus Paciuchellius Politianus in h. l. p. 343. seq.* Mortem, ut peccati præcisionem homo elucratur, ne malum immortale esset. Ita pœna ipsi in misericordiam cessit. *Nazianz. Orat. XXXVIII. ap. Lang. in Florileg. in h. v.*

§. 2.

§. 2.

Judæi in *Midras Tillim*, Pſ. XVI, 2. 3. DEus Sanctus benedictus juſtos non vocat ſanctos, donec terræ tradantur, usque ad diem mortis eorum. Quia concupiſcentia mala urget hominem, ut non ſit ſecurus ab ea, usque ad diem mortis. Ideo dixit Salomo Cohel. VII, 21. Non eſt juſtus in terra &c. Quinimo etiam Patriarchæ non ſunt vocati ſancti antequam terræ mandati fuerint. *D. Helvicus Tom. IV. Gieſſ. Diſp. VIII. p. 172. Raymund. Martini Pug. Fid.* P. *III. Diſt. II c. VI. §. 3. p. 585.* In Maſſech Joma cap. VIII. Talmudici ita: In cujus manu eſt violatio nominis divini, pœnitentia & dies expiationis & caſtigationis ſuſpendunt quidem peccatum, mors autem expurgat, ſecundum id, quod dicitur: Non expiabitur hæc iniquitas, donec moriamini. *Paul. Slevogt Diſp. Acad.* P. *III. Diſp. I. de Metempſychoſi Jud.* §. *35. p. 911.* Poſt mortem enim non peccatis, ſed peccatorum ſuppliciis eſt locus. *B. Scherzer. Syſt. Def. l. XXIV. §. 9. p. 652.*

§. 3.

Peccatum & mors ſunt mala ſeparabilia. *Luther. in c. XXXVIII. Gen.* Nec in inferno peccare licebit, termino peccati abſoluto, Sir. XVIII, 22. termino μακροθυμίας conſummato. An enim perpetuis ſe blaſphemiis inceſtari ſuſtinebit divina Majeſtas? *Danhauer. Hodoſoph. Phæn. XII. p. 1498.* Conf. omnino *Act. Erud. Lipſ. An. 1685. m. Apr. p. 181. ſeq. D. Oſiand. Th. caſ. P. VI. c. X. p. 516.* Contrarium aſſerit *Gerhard. T. IX. L. Th. p. 674.* ἐπέχειν amat *D. Dorſcheus Theol. Zachar.* P. *I. Diſſ. VIII. §. 194. 195. 196.*

§. 4.

D. Pelargus quærit: An ipſo hominis cadavere ſuperſit peccati quædam radix? & affirmat *Diſp. IX. ζητημ. 10.* Siquidem hæc etiam eſt cauſa, cur illa phyſica corruptio adhuc dominatur in defunctorum fidelium corpora: quæ alias deſtructio, ſi omni prorſus modo, ratione & reſpectu ipſa peccati radix ab iis revulſa, & perfecte extirpata eſſet, non certe amplius ullum jus in ea haberet. Atqui iſtud exempla confirmant eorum, qui per miracula reſuſcitati ex mortuis leguntur ab Elia, Eliſæo, Chriſto &c. Qui poſtquam revixerunt, cum ipſum corpus naturale emortuum quidem vere, nondum autem in terram verſum aut immutatum reciperent, (cujus antea temperamentum veneno peccati plane depravatum, peccatique organon fuerat) certe mori eos denuo, propter peccati nimirum reliquias, neceſſe fuit. *Reneccius Panopl. Tom. III. c. XXII. p. 180.* Vid. & *B. D. D. Joh. Olearius Poſ. Philol. in Ep. Dom. p. 303. D. Kromaierus Th. Poſ. Pol. Art. XXII. p. 1181. D. Balth. Meiſnerus Anthrop. Sacr. Diſp. II. Q. II. n. 2.* §. *22. ſeq.* ubi & animas reſuſcitatorum, per ſingularem DEI ordinationem, a radice peccati liberatas

ratas non fuiſſe &c. invenies. Conf. & omnino *Oſiand. l. c. cap. VI. p. 372. ſeq.*

§. 5.

Quia igitur cinefactio peccati pœna, eſtne licita pollinctura? Reſp. Certe ea a Sanctis fuit frequentata. Præcepit enim Joſeph Medicis, ut Patris ſui cadaver aromatibus condirent, Gen. L. v. 3. (Cauſas vide ap. *Franciſci* in der Ehre der verblichenen Alten *&c. Converſ. II. p. 417.* Modum ap. *M. Andr. Chriſt. Eſchenbach de Unctionibus Gentilium c. III. M. Chriſt. Heinr.* Brömeln *de Thuris Uſu in Funeribus §. 14. p. 13. ſeq.*) Et ap. Joh. c. XIX. v. 40. legimus, quod acceperint corpus JESU, & involverint illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire. Nos niſi neceſſitas transferendi cadavera imperet, pollincturam omittendam cenſemus. Ad cinefactionem enim ex edicto Domini, non ad conſervationem a putredine, cadavera relinqvuntur. Accedit occaſio ſuperſtitionis circa hujusmodi cadavera, ſi tanto tempore ſuperſint, committendæ, ut in Papatu videmus. Quæ cauſa etiam redditur, cur DEus ipſe Moſen ſepelire voluerit, ne ſcil. populus, ad idololatriam alias pronus, peccaret. *Scherz. l. c. l. XIX. §. 12. p. 555.* Cæterum Balſami uſus præcipuus erat in condiendis corporibus mortuis, quod ita dictum videtur, quaſi בעל בשמים i. e. Dominus aromatum. *Druſius ad Gen. L. in Op. Angl. T. I. p. 430.*

Non redit.

Ut Cato in obſcenam ſcenam, ſed ut exeat, intrat:
Ingreditur mundum ſic abiturus homo.
Nec rediturus in hunc, bene ſeu male ceſſerit, orbem;
Fertur ut in ſcenam non rediiſſe Cato.

Owen. Epigr. Libr. p. 87.

Reſpondet.

Stultas parentum voces, ad quas mortuus ipſe reſponſurus ſit, ſi contingat vocem recipere, commemorat *Lucianus de Luctu p. 768.* ait pater, flebili quadam voce, verbum unumquodque producens in longum: Fili jucundiſſime, periſti mihi, mortuus es, ante diem præreptus es me ſuper hoc miſero ſolo relicto. Non duxiſti uxorem, non paraſti liberos, non militaſti, non coluiſti agros, non ad ſenectum perveniſti. Non comeſſaberis poſthac, non amabis fili, neque cum æqualibus in compotatione inebriaberis &c. His ipſis querelis ſatisfacientem paulo poſt inducit filium defunctum h. m. Homo infelix quid clamas? cur mihi convicium facis, ac miſerum appellas & infortunatum, qui jam ſim te multo tum melior, tum felicior? aut quid acerbe mihi

hi putas accidisse? an quia non sim factus senex talis, qualis es tu, capite calvo, facie rugosa &c. Non cogitas autem longe bellius esse, non sitire, quam bibere? non esurire, quam edere? *Geierus de Ebr. Luctu c. XII. §. 8. p. 279.*

In Rogo reviviscens.

Aciolus Aviola, Consul Rom. cum mortuus exportaretur, in rogo revixit, & quoniam subveniri non poterat, praevalente flamma, vivus crematus est. *Plinius N. H. l. VII. c. LII. p. 123. Joh. Cluverus Epit. Hist. Tot. Mund. l. VIII. p. 255.*

Terræ partem minimam occupat.

Philippus Macedo cum palæstram, in qua Græci luctabantur, ingressus esset, & inter luctandum ad terram prolaberetur, jacentis sui corporis imaginem in arena expressam videns, & quam parum loci occuparet, considerans, jocando incepit dicere: O quam minimam terræ partem natura sortiti, orbem appetimus universum. *Rad. O. E p. 331.* De Alexandro M. & Pompejo vid. omnino *Appar. Curios. & Pract. Tom. II. p. 55. seq.*

Meminisse convenit.

§. 1.

De Germanis *Tacitus:* Lamenta ac lachrymas cito, dolorem & tristitiam tarde ponunt. Fœminis lugere honestum est: Viris meminisse. Hoc animorum robur in iis laudat *Plutarchus*, ubi *in consolatione ad Apolloniam* scribit: Ex ipsis vero barbaris, si qui luctum exercent, non animosissimi Germani, non Galli, aut si qui alio generoso pleni sunt spiritu, id faciunt: sed Ægyptii, Syri, Lydii, aliique horum similes. Itaque honestum viris erat meminisse tantum defuncti, cujus memoriam animis inscribebant, & ad præclaræ mentis virtutisque nomen, se vitamque suam componebant: quod profecto pulcherrimum monumenti genus est. Sed & perpetuis carminibus celebrabant extinctos. *Paulus Hachenberg de German. Med. Diss. XII. §. 8. p. 418.*

§. 2.

Epaminondas, Dux Thebanus, accepto lethali vulnere, cum universa civitas ad corpus ejus afflueret, de præmio laborum rogatus dixit: Nullum aliud volo, quam memoriam mei. Macrobii Æthiopiæ populi defunctorum statuas ex auro vel argento, vel ligno erigere solebant, ut ita memoria defunctorum in animis conservaretur. His vero statuis excavatis includebantur cineres defunctorum. Is autem qui sangvine proximus defuncto fuit, eam statuam domum deferebat, & vitro pellucido includebat: Cæ-

teri vero adfines primitias frugum suarum, & alia plurima singulis annis offerebant. *Ctesias ap. Diod. Siculum.*

§. 3.

Johannes I. Rex Portugalliæ ob multa mirabiliter ab eo gesta Rex BONÆ MEMORIÆ cognominatus est. Jacobus, Expugnator dictus, Rex Angliæ, FELICIS MEMORIÆ. *Excell. D. J. C. Becman. Diss. de Cognom. Principum c. II. § 1. p. 141. & c. V. §. 1. p. 141. Beyerl. T. V. l. XII. p. 48.* Papa singulare quid in hoc passu habet, mortuus enim etiam malæ vitæ & morum, non tamen recordatur *malæ*, sed BONÆ dicitur MEMORIÆ. *Wolff. Lect. Mem. cent. XV. p. 876. b.*

Tumulandus in Corde.

Nil sanctius habet reverentia superstitum, quam ut amissos venerabiliter recordetur. *Auson præf. Parent. ap. Joh. Wanckel. in Guev. p. 698.* Dem berühmten Cardinal, Petro Aldobrandino, wird diese Rede zugeschrieben: Denn als ein vertrauter Freund nunmehro so weit kommen war, daß er in den letzten Zügen, und also besser zu reden, dem Tod schon in seiner Gewalt lag, so bekümmerten sich die Leute schon, in welcher Kirche, und auf welchem Gottes-Acker der liebe Mensch am füglichsten möchte beygesetzet werden; Als nun die Vota fast alle herum waren, so sagte der Cardinal: Optimum amici sepulchrum cor amici! Ein Freund kan nicht besser begraben werden, als in dem Hertzen seines hinterbliebenen Freundes. *B. D. Misand.* C. C. *P. I. p. 528. 529.*

In Capite.

Die Aegyptier haben einen Menschen, dessen Gedächtnis sofort mit dem Tode abstirbet, mit einem todten Aal verglichen, denn der schwimmet nicht empor, wie die andern todten Fische, sondern bleibet im Grunde liegen und vermodert (Causam exhibet *Pier. Valerian. Hierogl. l. XXIX. c. XXX. p. 352.*) Undanckbare lassen ihre Eltern (Freunde) ohn eintziges Zeichen kindlicher (gebührender) Schuldigkeit vermodern; (Vivis annexus amor meminisse sepultos. *Claud. 2. Stilic. 50.*) Gottselige aber machens wie jener Indianer, der seines Vaters Asche in seinem Haupte, nachdem er eine Wunde darinnen gemachet, begraben, damit er dessen stets eingedenck seyn möchte. *Caussinus Polyhist. Symbol. l. III. c. XXXIIX. p. 322.* Und die Issionier, ein Volck unter den Scythen, vergülden ihres Vaters Haupt, beten es an, und verehren es mit jährlichen Opffern, dessen Gedächtnis stets beyzubehalten. *Id. ib. l. VI. c. LXIV. p. 386.* Vita mortuorum in memoria vivorum est posita. *Cic. Philip. IX.* Corydalus seu corydus, avis est, quam priorem terra enatam fabulantur; unde moriente Patre,

tre, qvum ubi ſepeliretur, non extaret, nondum producta terra, illum in capite contumulaſſe dicitur. *Cœl. Rhodig. L. A. lib. XXVII. c. XXV. p. m. 474.*

In Corpore.

Artemiſia Regina, *Mauſolo* marito celeberrimum monumentum extruxit, & a nomine viri *Mauſoleum* vocavit; Cineres vero viri cum vino mixtos ebibit, ipſa vivum Mariti ſui ſepulchrum facta.

Non meminiſſe convenit.

§. 1.

Heliogabali (de cujus nomine *Seldenus de Diis Syris Synt. II. c. I. p. 223. Nic. Fullerus Miſcell. Sacr. l. I. c. XIV. p. 84.*) memoria publice Senatus decreto fuit extincta, & ne quis unqvam ejus recordaretur. *Joh. Baptiſta Egnatius Rom. Princip. l. I. c. XXIV. p. 475.* Sicuti & Tabula, in qua Nero depictus, Senatus decreto combuſta fuit, quod tam flagitioſæ vitæ hominem tam bella pictura indignum dicerent. *Gvev. H. P. l. I. c. III. p. 14.* Neronis & Caligulæ ſupellectilem atque utenſilia, nemo bonorum, vel attingere ſuſtinebat adeo, ut etiam pretioſiſſima, quibus illi uſi fuerant, in cloacas abjecta, & tanquam luce indigna, defoſſa ſint. *Id. Epiſt. ac Diſſ. p. 45. Merula Coſmogr.* P. *II. l. II. c. XXVI. p. 208.* Vid. Morem hunc & obtinuiſſe ap. Græcos, Romanos, imo ad hæc quo tempora prorogatum ap. *Gerh. Feltman de Tit. Honorum c. LXX. §. 2. p. 291. ſeq.*

§. 2.

Dicunt RR. decurtatum a DEO fuiſſe diem iſtum, quo mortuus eſt Rex neqviſſimus Achab, idque decem horis, ne luctu iſte cohoneſtaretur. *Lightfoot H. H. & Talm. in Matth. c. XXII. XXIV. p. 365.* Judæi in Feſto Purim in more habent, ut quotiescunque *Haman* nominatur, auditores dicant: Deleatur nomen ejus! Vel; Nomen impiorum putreſcet! *Buxt. Syn. Jud. c. XXIX. p. 556.* Hiſpaniæ Regi Roderico, qui ob vitiatam Cavam Comitis Juliani filiam Hiſpanias perdidit, tale Epitaphium ſcriptum: Hic jacet ultimus Rex Gothorum. Memoria ejus in omni ore amareſcat, & nomen ejus in æternum putreſcat. *Drexelius in Joſepho c. V. §. 1. p. 709.*

MORTUI

Allocuti.

Feria I. Paſchæ Presbyter Kiovienſis Sacris antelucanis peractis, cum aliquot Fratribus in Cryptam deſcendere, defunctorum Patrum corpora inviſere, eaque ſacro thure ſuffumigando preculas aliquot ex more recitare ſo-

let. Quo facto mortuos alloquitur exultabundus hisce verbis: *Sancti Patres & Fratres, hodie CHRISTUS fracto mortis jaculo a mortuis resurrexit!* Cui Comites Fratres respondent: *Vere surrexit* CHRISTUS DOMINUS! quibus dictis, corpora denuo infumantes, abeunt *D. D. Becman H. O. T.* P. *I. c. VIII. S. I. §. 8. p. 323. 324. M. Christ.* Bodick *Exerc. Philos. de Prærogativa Angeli & Animæ rationalis in* Coroll. *Quæst. IV.*

§. 2.

Apud Judæos a demortuo veniam petunt ii, qui deprecari in vita forte nequiverunt, prehenso scilicet majori pedis defuncti digito, cum mortuos cuncta credant audire, teste *Gersone* P. *I.* Jüd. *Talm. c. XXXVI. p. 329. 330. Geier. de Ebræor. Luct. c. V. §. 12. p. 69. 70.* Die Mohren in Congo kommen offt an den Ort der Grabstellen der Verstorbenen, und fragen: Ob er Mangel habe? auch wie es ihm gehe? ob es ihnen, wie bey ihnen, gehe? oder ihm nicht besser gehe, als vor diesem? Sie gehen nachdem nach Hauß, essen, trincken, seyn frölich, und vertrincken dem Todten seine Verlassenschafft. *Happel. Thes. Exot. p. 76.*

Angelis sunt similes, Matth. XXII, 30.

§. 1.

Ludovicus Capellus negat extendendam esse similitudinem & æqualitatem ultra tertium generationis & nuptiarum, ac mortalitatis, quia Rabbini כשם המלאכים ita intelligant, ut in eo tantum pii sint Angelis æquales & similes futuri, quod nec manducaturi, nec bibituri, nec generaturi in futura vita sint, sicut nec Angeli, cum quo consentit *Voëtius D. S.* P. *V. p. 205.* Verum nimis stricta est hæc æqualitas vel similitudo, & latius omnino videtur extendenda. Novimus enim ex multis locis Scripturæ hanc æqualitatem latius se porrigere. Ita in V. T. 1. Sam. XXIX. v. 9. ait Achis ad David: Novi, quod bonus sis, sicut Angelus DEI, ubi nulla mentio manducationis &c.

§. 2.

Dist. inter ea, quæ sunt Angelis *essentialia*, & in iis æqualitatem consistere negamus, & inter ea, quæ sunt *accidentalia*, in quibus æqualitas locum habere potest. 2) dici potest, institui hic comparationem non *rerum* inter se, sed *statuum*. Qualis scil. status est Angelorum, talis etiam est futurus status piorum in futura vita, ut recte observavit *D. Keslerus in Exam. Physicæ Photinianæ. Hackspan in h. l. p. 156. seq.* Erunt ἰσάγγελοι non ratione ὀσίας, seu quoad substantiæ identitatem, sed ratione ποιότητος, seu per qualitatum convenientiam. *D. Joh. Meisnerus Exercit. Theol. in h. l.*

§. 3.

§. 3.

Angeli ſunt immortales: ita & pii, qui a mortuis reſurgent. Angeli non generant, nec edunt, nec bibunt, nec algent, nec ſudant, ita nec pii &c. Angeli ita agiles ſunt, ut poſſint uno momento ibi eſſe, quo cogitant; ita & pii. Angeli ſemper laudant DEum ita & pii &c. *Brentius Hom.* XXXV. *in cap.* XX. *Luc. p. 297. ſeq.* Erunt beati etiam qua corpora, tanquam Angeli, ſed tanquam. Non dixit Dominus: Erunt Angeli, ne homines negaret: ſed tanquam Angeli, ut homines conſervaret. *Tertull. de Reſurr. Carn. ap. Urſin. Quæſt. Bibl. l. V. c. XVIII. S. V. p. 412. D. Quenſted Diſſ. de Imagine DEI §. 8. Brochmand S. T. Tom. II. p. 608. 637. Peraldum Summ. Virt. & Vit.* P. *I. p. 113. ſeq.* Non abſtulit ſubſtantiam, cui ſimilitudinem attribuit. Similitudo permittitur, non natura mutatur, inquit Hieronymus ad Euſtochium ap. *D. a Beuſt in de Art. ben. Mor.* P. *II. p 95.*

§. 4.

Spiritualia erunt juſtorum corpora, non quia corpora eſſe deſiſtent, ſed quia ſpiritu vivificante ſubſiſtent. *Cæleſtia* erunt corpora, non quia corpus, quod de terra factum eſt, non ipſum erit; ſed quia domo cœleſti jam tale erit, ut etiam coelo incolendo non amiſſa natura, ſed mutata qualitate conveniat. Erit corpus velocitate, levitate, perſpicuitate Spiritibus æquale, & omne ei ſolidum penetrabile, ſicut & corpus Domini, lapide clauſo, ſurrexit, & januis clauſis intravit. *Auguſtin.* ap. *D. Joh. Laſſenium in Atheiſmo devicto p. 881. D.* Seb. Schmid *Myſter. Gratiæ Divinæ p. 702. ſeq. 705. ſeq.* Rabbinorum quidam dixere Enochum in Angelum eſſe transmutatum, ut homo eſſe diſierit, ap. *Cregutum in Revelat. Arcanor. c. IV. p. 237.* Papa Clemens totum mundum contra Cæſarem Ann. 1527. arma capere jubet: & illos, qui in hoc bello moriuntur, *Angelis ſimiles* & beatos facit. *Wolff. Lect. Mem. T. II. cent. XVI. p. 310. a.*

Arreſtari an poſſunt?

Reſp. Nequaquam. Placet judicium Jurisconſulti *Mynſingeri Inſtit. Comment. I. p. 21. n. 10.* Improbanda eſt conſvetudo in quibusdam locis, ubi poſt mortem debitoris, permittitur creditoribus, ut faciant cadaver debitoris arreſtari, h. e. Daß man den todten Leichnam auf der Baare verkümmert, ut impediatur ſepultura, quæ tamen memoria humanæ conditionis dicitur, *in l. cum quidam in ſuo principio ff. de Condit. Inſtit.* quod etiam jura noſtra ſub pœna infamiæ & confiſcationis tertiæ partis bonorum, amiſſionis debiti & etiam reſtitutionis ſimilis ſummæ debitæ fieri prohibent. *D. Arnold Mengering Informat. Conſc. Evangel. Dom. XVI. p. Trin. Q. VIII.* p. 818.

Boni omnes.

§. 1.

Cum exacto post bella Syllana Mariano Biennio Censor annuus Nolam venisset, quod oppidum est Campaniæ, regionem illam pro more visitaturus, & quod æstas esset, regioque ipsa æstuosissima, in publicum nemo prodiret, hospiti, apud quem diverterat, Amice, *inquit*, ego sum Censor, a Senatu Romano ad regionem hanc visitandam missus; Itaque festinus abito, *omnesque populo bonos* huc ad me vocato. Hospes, ut erat forte prudentior & minus opulentus Censore Romano, ad sepulchra abit mortuorum, qui illic erant humati, & clara voce: Heus, *inquit*, boni viri venite mecum! Vocat enim vos Censor Romanus. Censor neminem venire videns, iterum jubet hospitem illos accersere: Is ad sepulchra denuo reversus, mortuis ait: *Adeste viri boni!* Vocat enim vos Censor Romanus. In hunc modum & iisdem verbis tertium quoque fuere vocati. Cum autem (iterum ac) tertium accersiti non venirent; indignatus Censor inquit hospiti: Quandoquidem jussu meo boni viri nolunt venire, illuc ibo: Itaque mecum progressus mihi illos monstra. Gravem enim meretur animadversionem, quicunque Senatus dicto non est audiens.

§. 2.

Hospes pauperculus Censorem manu prehensum ad sepulcra ducit, ad quæ dudum abierat, & mortuos denuo, clara voce, compellans; Ecce, *inquit*, boni viri, adest Censor Romanus, vos allocuturus. Censor indignatus, & excandescens, Quid agis, *inquit*, hospes? Ego te vivos accitum misi, tu vero mortuos vocas! Cui hospes: Si prudens es, Censor Romane, haud mirum tibi videbitur, quod feci. Omnes quippe boni Viri hujus regionis jam olim sunt mortui, & in his monumentis sepulti. Neque te responso meo commoveri decet; sed ego petitione tua potius offendi possum, qui viros requiras bonos, cum in tot nusquam non viros incurras improbos. Scire enim te velim, si forte nescis, si cum viro bono loqui velis, te nusquam terrarum illum inventurum, ut vel in vitam illum ex morte revocari, vel de integro creari a diis necesse sit.

§. 3.

Sylla Consul, Imperator vester, quinque menses in hac Campaniæ Civitate, quæ Nola dicitur, sementem fecit, cujus fructum ex ipsius manibus Romæ collegistis; quod nimirum parentes liberis, nepotes avis, filias matribus, maritos uxoribus, uxores maritis, patruos nepotibus, clientes patronis, heros ministris, deos templis, templa sacerdotibus, montes gregibus, campos fru-

frugibus orbos reliquit: & quod pessimum, detestandus iste regionem hanc viris bonis privavit & vitiis, vitiosisque replevit. Etenim nulla unqvam (ruina tantam muri stragem edidit, nulla) teredo ita lignum corrosit, nulla vestem tinea ita consumsit, nullus vermis poma ita corrupit, nulla spicas locusta sic detondit, ut strages a Sylla Consule edita Campaniam pessundedit.

§. 4.

Sed cum grave sit damnum hominibus hic allatum, infinities gravius est, quod moribus attulit. Nam BONI ab illo interemti cum mortuis jam qviescunt: at flagitia, quæ nobis reliquit, vivos nunc sepeliunt. In hac regione jam tantum superbi & feroces sunt, quin imperare volunt; lividi, nihil nisi male velle docti; malitiosi, nihil scientes nisi maledicere; otiosi, qui tantum tempus perdere norunt; helluones, fruges modo consumere nati; fures, nihil nisi furta meditantes; seditiosi, qui aliud agere nesciunt, præterqvam mentiri: Hos situ, & Romani tui in bonis numeratis, expecta paulum, & omnes huc convocabo. Nam *si mali mactarentur, & vitulinæ* (aut cujuscunqve carnis) *instar in macello ad pondus venderentur; abunde essent carnis omnes (vicini) & Italiæ incolæ ad vescendum habituri.*

§. 5.

En Censor in Campania nostra non appellantur boni, nisi pacifici, sobrii, prudentes, tolerantes, honesti, sapientes, virtute præstantes: denique non appellantur boni, nisi qui male agere nolunt, & bene tantum agendo sunt occupati. Quod dicturus sum, non absque lachrymis dico; nempe si quos hujusmodi quæramus, nusquam illos nisi in sepulchris istis inventum iri. Justo quippe DEI judicio factum est, ut intra terræ sinum quiescant illi, quorum commercio non digna erat, ut frueretur Respublica. Tu visitatum hanc terram venis, ubi mox tibi nequam homines ministrabunt, & ad tegenda vitia sua certatim negotium facient. Sed mihi crede, nisi te ipse vis ire perditum, tutius ossibus istis putrefactis, quam malignis istorum animis te credas. Nam plus exempla mortuorum, qui boni fuere, quam vivorum, qvi improbi sunt, consilia prosunt. *Gvev. H. P. l. I. c. II. p. 11. 12.*

§. 6.

Romani Genetæ Manæ (quæ puerperiis præest) canem immolabant, & precabantur, ne ullus dominatus fieret *bonus*, h. e. *moreretur;* Boni enim h. e. placidi appellantur mortui. *Plut. in Quæst. Rom. ap. L. Beyerlinck Theatr. M. V. H.* Tom. V. *l. XIII. p. 82.* Ego postulatis tuis offendi deberem, qui hoc deplorato seculo viros bonos requiras, scito namque, si vel unico viro bono loqui velis, necesse esse, ut aut mortui in vitam revocentur, aut a

DEO

DEO is de novo creetur. *Rossæus de Instit. Princip. p. 293. ap. D. Christian.* Krumbholtz *Post. Evang.* P. *I. p. 59.*

Coronati.

§. 1.

Coronarum de floribus ad capitia præprimis Virginum meminit *Casalius de Vet. Christ. Rit. c. LXVI. p. 265.* cui addi etiam potest *Lucian. de Luctu T. I. p. 767.* producens gentiles στεφανώσαντας τὸ σῶμα τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι, coronantes defunctos pulcherrimis floribus. *B. Geier. de Ebr. Luct. c. V. p. 60.*

§. 2.

Frustra subtiles autem sunt, qui ex eo, quod Christiani pie defuncti in scriptura dicuntur *coronari*, ita disputant: Corona est merces certaminis. Vita æterna est corona. Ergo. Nam Major Propositio etiam in terrestri agone fallit. Fit enim ut & victi aliquando coronentur cum victoribus, non ex debito, sed favore vulgi. *Ambros. de Pœnit. l. I. c. III.* Sic apud Poëtarum Principem: Tutatur favor Euryalum. Adhæc non est invidus agonotheta noster, nec alterius palma alteri parat ignominiam, omnes athletas suos desiderat coronari. *Hieron. Epist. XXVIII.* ap. *Ursin. Anal. Sacr. l. VI. c. ult. p. 391.*

§. 3.

B. Höpfnerus *Disp. II. de Justif. Aphor. X. p. 162. seq.* producit Casaubonum *in notis ad VIII. Epist. l. I. Plin.* observantem, verbum *mereri* communiter usurpari a Patribus pro τυγχάνειν, *obtinere, consequi,* & sic *factum*, non *jus* innui. Facit huc *Jus Canon. C. Quia corpus Dist. II.* dicitur de filio perditionis, adoptivus DEI filius fieri *meruisti*, ubi glossa habet: *obtinuisti.* Profanis quoque scriptoribus ex Latinis veteribus vocabula *merere, mereri, consequi, consecutio*, idem significare Grotius ad Matth. VI. 1. p. 138. adnotavit. Vid. *D. Henric.* Freiesleben *Disquis. Synod. IV. in Form. Conc. Th. VIII.* ℵ. *M. Imman. Weber ad ῥῆσιν Grammat. Ebr. XIII. v. 16. §. 8. seq.*

§. 4.

Merces quandoque gratis datur, ceu patet ex Psalm. CXXVII, 3. ubi dicitur, liberos esse שכר mercedem DEI, hic sane merces gratis datur, cum parentes etiam pessimi, quorum nulla sunt merita, liberos habeant. *Dn. D. Fridem. Bechmannus. Colleg. Privat. ad Gen. XV, 1. §. 11. Fesselius Advers. Sacr. l. IV. c. III. p. 321. 322. Meisner. Anthrop. Disp. XXIIX. Class VIII. §. 41. Theod Hackspan. Not. Philol. Theol. in Gen. IV, 13. p. 115. seq. Danh. Hodos. Phæn. IX. p. 919. & Phæn. XI. p. 1401. seq. Affelman. in Append. Synt. l. VII. p. 259.*

p. 259. Chemnit. Exam. Concil. Trit. P. *I. de bonis Oper. Q. IV. p. m. 355. seq. Jos. Arndius Lex. Antiq. Eccles. p. 623. seq. Gerh. Titius Tract. de Phrasibus s. Locut. Veterum Ecclesiæ Doctorum c. X. §. 4 p. 110. seq.*

§. 5.

Bene *Marius Victorin. l. III. in Gen.* de Abrahamo:

Credidit & nudæ fidei consensio sola
Plenam ad justitiæ & meriti reputata *coronam* est.

Observant tamen Theologi in Loc. Commun. & nominatim *D. Hülsem.* pluſculis locis *Brev. Ext. c. XII. §. 10, 11. c. XII. Supplem. §. 12, 14. c. XVI. §. 5. 6. & Suppl. §. ult.* cum Scriptura dicat, DEum etiam fidelibus olim retributurum esse *secundum opera* ipsorum, quod hoc non intelligendum sit de ipsa gloria vitæ æternæ quoad *substantiam suam* spectata, quasi hæc reddenda sit bonis operibus nostris; sed de *Accidentalibus præmiis & gradibus* gloriæ cœlestis, quia bona opera majorem gradum gloriæ non *mereantur*, sed *assequantur*: unde idem *alleg. Suppl. c. XII. §. 14.* directam intentionem consequendi per bona opera *majores gloriæ gradus* laudabilem esse dicit, modo ne quis intuitu mercedis condignæ operandum esse putaverit cum Pontificiis. Non tantum ad impetrandos majores gradus gloriæ in vita æterna, sed ad acquirenda bona spiritualia & temporalia in statu viæ utilia sunt bona opera; Sicuti & in hac vita bona opera habere remunerationem certum est. Vid. *Consil. Theol. Witteb. Vol. I. p. 79. b. D. S. Stryke in Brunnem. Jus Eccles. l. I. c. VI. Membr. I. ad §. 28. p. 152.*

§. 6.

Dantur gradus gloriæ *secundum* & *post*, non vero *per* & *propter* ἔργα ϗ παθήματα beatorum; sunt opera nostra imperfecte bona *antecedens* tantum & *conditio ordinis*, non vero *causalis* & *meritoria* graduum gloriæ. D. *Joh. Meisner. in Astrosophia Mystica ex 1. Cor. XV, 41. 42. S. III. Porism. II. §. 4. D. Kromayerus in Loc. Anti-Syncretist. l. VIII. th. 3. p. 297. seq. D. Joh. Ad. Osiander Theol. Casualis* P. *VI. c. XI. p. 560. seq.*

§. 7.

Coronarunt veteres suos mortuos, ut significarent ex victoria seculi ἀόχλητον ἀμεριμνίαν, unde *Clemens Alexandr. l. II.* στρωματ. *c. VIII.* Ἀοχλήτου δ' ἀμεριμνίας ὁ στέφανος σύμβολον ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς κατα στεφανοῦσιν. A turba & negotio remotæ securitatis signum est corona; quare ea & mortuos coronat. *Joh. Kirchman. de Fun. Rom. l. I. c. XI. p. 60.* Vis tu, o homo, coronari tandem corona gloriæ, Jac. I, 12. pulchra, Es. LXII, 3. immarcescibili, 1. Pet. V, 4. aurea, Psalm. XXI, 4. electorum, Apoc. III, 11. legitime certes & in certamine ad finem usque perseveres, Apoc. II, 10.

§. 8.

Peritus gubernator navis non in principio & in medio ambulat, sed in fine, i. e. in puppi sedet, ex quo loco totam navem regit: eamque parvo clavo moderatur, & ita ad optatum portum pervenit. Vis totam tuam vitam ita gubernare, ut salutis portum consequaris? Non quiescas in mediis solum considerandis, sed respice finem, & ita transibis mare mundi, gubernans ac moderans vitæ navem clavo rationis, donec ad portum beatitudinis pervenias, & patriam obtineas. *Hector Pintus in c. XLVII. Es. ap. Reneccium Panopl. s. Armat. Theol. Tom. III. p. 159.* Τοῖς ἄθλοις καὶ τὰ ἔπαθλα εἰκότως ἀκολουθεῖ, certaminibus merito consequentia sunt præmia. *Isidor. l. IV. Epist. CCIV.* οὐδεὶς στεφανοῦται, εἰ μὴ νομίμως ἀθλήσει, Nemo coronatur, si non legitime certaverit. *Id. l. IV. Epist. CXXII.* Non potest esse corona sine certamine, *Ambros. l. I. de Cain & Abel c. V.* Majora certamina majora seqvuntur præmia. *Tertull. ad Scapulam c. IV. Tob. Magir. Polymnem. p. 521.*

§. 9.

Perseverantia coronatur, Patavii legitur in palatio Francisci Frontini ap. *Chytræum Delic. Itin. p. 203.* Perseverantia est Filia summi Regis. *Gvil. Peraldus in Summa Virt. & Vit. Tom. I. p. 278.* & donum Electorum proprium, *M. Christ. David Funccius de Tergemino Victoriæ Spiritualis Præmio ex Apoc. II, 17. sub* Præsid. *D.* Alberti *c. IV.* Porism. *III.* FUGITIVO NULLA CORONA! erat Symbolum Q. Herennii Hetr. Imp.

Halt aus bis auf den letzten Mann,
Wer läufft bringt keinen Krantz davon!

Everh. Guern. Happelius Thesaur. Exotic. P. III. p. 156.

LEGITIME CERTANTIBUS! erat Symb. Ferdinandi II.

Wer ritterlich gekämpffet, wird erlangen
Die Cron, und mit viel Palmen-Zweigen prangen!

Id. ibid. p. 167.

§. 10.

Coronam lemmate, ni fallor, opportuno legendam propones: CURSU COMPLETO! *Picinell. M. S. T.* II. *l.* XXV. *c.* VIII. *n. 36. p. 261.* Justi sedent, & coronæ ipsorum super capita eorum, *Scholiastes libri, qui dicitur Aboth,* ubi scilicet juxta *Sedulium l. XI.*

Continuus sine nocte dies, ubi Principe Christo
Nobile perpetua caput amplectente corona,
Victor opima, ferens gaudebit præmia miles.

C. Barthius Advers. *l. II. c. II. p. 51.*

Non

Non nisi per magnos voluit DEus esse labores
Ad sua regna viam, nec sidera segnibus offert.

Stat. ap. Wanck. in Guev. p. 678.

Cubant velut in strato suo, Job. III, 13.

§. 1.

Nunc etenim velut in strato meo cubarem, inquit Jobus l. c. Nam Somnus ut est mortis, sic lectus imago sepulchri, Et qui moriuntur, cubitum eunt, non occubitum (hoc significat vocabulum *Schachabh*, unde *Mischcabh* cubile.) Deinde sub scuto quodam (quod a *Schakath* nomen habet) tutus & securus quiescerem. Ita enim mors, quos Mundus, Caro & Diabolus persequvuntur, in suam protectionem recipit, & scuto suo obtegit, ut post diuturna quasi prælia in pace quiescant, (qualem quietem verbum modo dictum importat Jos. XI, 23. Judic. V, 32. Jer. XLVI, 27. Ezech. XVI, 41. Zach. I, 11. & cognationem habet cum *Schatak*, placidum stetit, mare scilicet). Vita hæc mare æstuosum, & instabilis quidam Euripus est, sed mors mare placidum, receptus tutissimus, & quasi portus, ad quem in his mundi calamitatibus miseri navigamus omnes. *Idiota de* Con*templ. Mort.* §. 8.

§. 2.

Præterea dormirem nunc, inquit Jobus porro, & quidem placido somno compositus in gremio Patris mei Abrahæ, ut ii, qui neque cruce animum, neque corpus crapula oppressum habeat. Nam impios

- - - - ferreus urget
Somnus, & æterna clauduntur lumina nocte.

Exagitant eos scelerum suorum formæ & somnia, ut per quietem

Qui coinquinatum
Vitiis cor impiavit,
Lusus pavore multo
Species videt tremendas.

Prudent. hymn. Denique tali fruerer quiete, qua aliquid sensim ac placide repostum jacere finitur, uti columba Noëtica, cum locus quietis pedi ejus nuspiam reperiretur, ad arcam rediit, uti arca fœderis in templo tandem Salomonis reqvievit. *Ursinus Quæst. Bibl. l. IV. c.* XXI. §. *13. p. 315. 316.*

DEum non laudant Psalm. CXV, 17.

Hoc ipso vero non stabilitur animarum post mortem sive interitus epicuræus, sive somnus anabaptisticus &c. A dicto enim secundum quid

(*laudare inter vivos*, in ecclesia militante, laudare *lingva sonora*) non V.C. ad dictum simpliciter; *(plane non laudare;)* quod posterius de animabus suo modo DEum celebrantibus, satis planum ex Psalm. CXVI, 7.9. CXVIII, 17. Apoc. IV, 8. seq. Hinc *Campensis* addit: non poterunt, qui mortui sunt, apud vivos laudare Servatorem omnium. Conf. *Gerhard. T. VIII. de Mort. §. 151. Thumm. Imp. Photin. p. 195. Meyfart.* P. *I. Melet. Theol. p. 248. seq. Brochm. L. de Mort. c.* II. *Q.* XI. *Geier. Prælect. in h. l. p. m. 789.*

Diabolo dicati.

Wann ein Bramine, oder Pfaffe zu Pegu in Ost-Indien stirbet, wird sein Leib dem Teufel zum Opffer verbrandt, die Asche begraben sie in einem Topff, weil das Feuer brennet, werffen sie Aloen, Myrrhen, Corallen und Gewürtz hinein, und unterdeß gehen Paucken und Trummeln, darbey finden sich 20. 30. in Teufels-Larven angethan, die springen lustig um den Holtz-Hauffen, des Verstorbenen Weib aber führet eine traurige Klage, und dieses alles geschicht um Mitternacht. **Gottfr. Schultz** *Cosmogr. p. 259. Al. Rossæus T. O. R. p. 133.*

A Diabolo iterum præsentati.

Curiosorum horum, qui hoc desiderarunt, exempla habet *B. Misand.* in d. Cr. d. Gl. *p. 910. seq.*

Dormiunt.

§. 1.

Κοιμᾶσθαι proprie est *cubare, accumbere*; metonymice *dormire*, quia dormientibus situs cubandi commodissimus; metaphorice *mortuum esse*, quia dormientibus atque defunctis quædam similitudo intercedit; vel quia post mortem reponimur in sepulchro, quasi in lecto, ex quo tandem expergiscentes excitabimur. Huc pertinet eorum sententia, qui inter κοιμᾶσθαι & καθεύδειν hoc discrimen ponunt, ut καθεύδειν dicatur de mortuis simpliciter, quomodo filiola Jairi, mortua quidem, nondum tamen sepulturæ tradita, καθεύδει. Luc. IIX, 52. κοιμᾶσθαι autem de mortuis sepulturæ traditis, aut alias eo redactis, ut corpore eorum non amplius sint in nostra potestate. Vid. *Er. Schmid. Not. ad Matth. XXVII 52. p. 371.* Obtinet autem hanc postremam significationem verbum κοιμᾶσθαι ad exemplum Ebræi שָׁכַב quod & *cubandi*, Ruth. III, 4. 7. 8. 13. 14. & *dormiendi*, 1. Sam. III, 2. 3. 6. & *moriendi*, 2. Paral. XII, 16. XIV, 1. significationem in omni sermone habet, *D. Joh. Olearius Post. Philol. in Ep. Dom. Ep. LII. Post.* I. p. *457. 458.*

§. 2.

Nihil frequentius in Regum Historiis, quam ad hunc modum concepta

for-

formula: וישכב עם אבותיו וגו & *dormivit cum Patribus suis &c.* In illo Pentateuchi *Targum*, quod *Jonathani* tribuitur, & Hierosolymitana dialecto conscriptum est, unico v. 50. Deut. XXXII. talis hujus vocabuli notio bis invenitur, nempe pro eo, quod in Ebræo dicitur מֻת בָּהָר *morere in monte*, & מֵת אַהֲרֹן *mortuus est Aaron*, Chaldæus ille transtulit: שכוב בטורא *dormi in monte*, & שְׁכַב אַהֲרֹן *dormivit Aaron*. Vulgatissimum & apud Talmudicos erat mortem cujusvis voce דמך exprimere, quæ proprie *dormire* significat. כד דמך eum dormiret N. i. e. cummoreretur, occurrit apud Talmudicos sexcenties. *Joh. Lightfoot Hor. Ebr. & Talm. in Matth. c. V, 24. p. 511. Andr. Sennertus Exercit. Philol. in Psalm. XC, 5. p. 10.* Mortuos dormientes appellat scriptura, ut eum dormientes audimus, evigilaturos minime desperemus, inquit alicubi *Augustin. ap. B. D. B. Bebel. de Bis Mortuis §. 32. p. 28.*

Usurpatur etiam de Impiis.

§. 1.

Dormire etiam de morte impiorum occurrit, ut 1. Reg. XIV, 20. 31. ubi de Jerobeamo & Rechabeamo; cap. XVI, 6. ubi de Baësa usurpatur. De Achabo 1. Reg. XXII, 40. Joramo 2. Reg. IIX, 24. Jerobeamo 1. Reg. XIV, 12. de Assa 1. Reg. XV, 24. 2. Par. XVI, 13. de Amri 1. Reg. XVI, 28. Nec dubitat scriptura sacra eos appellare dormientes, qui maximi fuerunt peccatores. Vid. *D. Casp. Löscheri Scylla & Charybdis §. 20. p. 27.* Conf. Rom. XIII, 11. 12. 13.. Eph. V, 14. 1. Thess. V, 6. 7. Jerem. LI, 39. 57. Sic Dan. XII, 2. multi qui dormiunt - - alii ad opprobrium sempiternum. *L. Joh. Thilo in Medulla Theologiæ p. 393.* In Libris N. T. verbum κοιμᾶσθαι usurpatur de morte tum *quorumvis hominum*, 1. Cor. VII, 39. 2. Pet. III, 4. etiam *impiorum*, 1. Cor. XI, 30. tum inprimis *fidelium* Matth. XXVII, 52. Joh. XI, 11. 12. Act. VII, 60. 1. Cor. XV, 6. 18. *Olear. l. c.* Damnati dormiunt quidem (quoad corpus) sed non sunt dormientes in CHRISTO. *D. Phil. Müllerus Diss. Th. de Immutatione Superstitum in fine mundi ex 1. Cor. XV, 51. seq.*

§. 2.

In seiner Masse zwar kan aller Menschen Tod, sie seyn Gläubige oder Ungläubige, ein Schlaf heissen, um der allgemeinen Auferstehung willen, da alle Todten ohn Unterscheid, wie die Schlaffende von dem Schlaf werden erwecket werden, dahero die Schrifft auch wohl von den Gottlosen, wenn sie gestorben sind, saget, daß sie entschlaffen seyn, gleichwohl wird dieses insonderheit gesaget vom Tode der Gläubigen, die entschlaffen durch JEsum, der aus dem Tod einen Schlaf machet, und schaffet, daß, wie ein Mensch, wenn er sich in den Schlaf niederleget, erqvicket wird, und frisch wieder auffstehet, also, ein Christ

ſtirbet, daß er hernach deſto herrlicher und frölicher wieder aus dem Grabe herfür gehe. *D.* Sandhagen im wehrten Tod der Heiligen *citat. a B. Dn. Dan. Bandeco Paſt. olim Berol. merit. in Conc. Fun. Dn.* Gottlob Hackern *ex Pſalm. XVII, 15. hab. p. 51.*

§. 3.

Inſignis autem error eſt *Anabaptiſtarum* & *Socinianorum*, dicentium, fato functorum animas dormire, nec ante diem judicii DEum videre. *D. Frid. Rappolt de Filiatione Renatorum ex 1. Joh III, 2. S. II. §. 19. ſeq. D. J. F. Mayer Eclog. Evang. ad Dom I p. Trin. Q. III. D. Fr. Burmannus Syn. Theol. T. I. l. III. c. IV. §. 31. p. 542. Voët. D. S. P. I. p. 832. ſeq.* Quemadmodum & Johannes XXII. P. M. docuit animas DEum non viſuras, niſi poſt reſurrectionem. *Joh. Dallæus de Vero Uſu Patrum l. 1. c. IX. p. 181.* Expreſſe & omnibus credendum mandavit, & præcipue Sorbonam eo adegit, ut neminem in Doctorem Theologiæ promoveret, niſi prius hoc dogma ſe defenſurum, eique perpetuo adhæſurum obſtrinxiſſet, ut teſtatur ex *Adriano Alphonſus a Caſtro l. III. adv. hæreſ. ap D. Paul. Pomianum Peſarovium Diſſ. Inaug. de Paradiſo Infernali* P. *I. §. 3. p. 15.*

§. 4.

Tertullianus cum cæteris illius ævi putavit, fato functos non prius frui beatitudine, quam ſeculum finitum eſſet. *Gabr. Albaſpinæus in Tertull. de Orat. p. m. 442.* Videntur quoque *Calixtus* & *Hornejus* ab hac opinione non alienos fuiſſe. *Ille* namque in *Annot. ad Concil Trid. Seſſ. XXV. §. ult. & in Tract. de Pactis Divinis* §. *17.* expreſſe negat animas ante diem extremi judicii DEum videre; An animæ a corporibus ſuis ſeparatæ etiam ante iterandam cum illis unionem, eſſentiali beatitudine, & perfecta DEI viſione, quæ fit a facie ad faciem, gaudeant, ſi non falſum, minimum incertum eſt, inquit *D. Frid. Ulric. Calixtus Epilog. in obitum Filii §. 7. Hic* (*Hornejus*) *Part. II. Diſp. Theol. Diſp. VI. de quat. Nov. §. 24.* beatis animabus ante judicii diem, non niſi *πρόγνωσιν* quandam cœleſtis beatitudinis tribuit. *D. Laſſen. Atheiſm. Devict. p. 578. Quenſted S. T.* P. *IV. c. XVII. Q. V. p. 569. 570. Cregutus R. A. c. XXVIII. p. 985. Conrad. Aſlacus Phyſ. Moſaic. in Gen. II, 7. Probl. XIII. & XIV. p. 346. 347. D. Caſp. Löſcher de Secta Mennonitarum Phantaſm. VIII. Excell. D. Joh. Olearius Syn. Error. Armin. Diſp. XVI. §. 90. p. 94.*

§. 5.

Idem error Moſcovitarum, *D. Joh. Ern. Gerhardus Diſſ. Th. de Rel. Rit. Ecclef. Moſcovit. c. XXI.* Optime *Cicero l. V. de Fin.* Si quispiam ita nonaginta annos velit vivere, ut cum ſexaginta vixerit, reliquos dormiat, ne

ſues

ſues quidem id velint. vid. & *D. J. G. Baierus Diſp. Th. de ſtatu pie def. pacifico ex Eſ. XXVI,20. c. III. Q. IV.* B. Lutherum noſtrum Papicolæ in Pſychopannychitarum erroris ſocietatem trahere conantur, ſed eundem defenſum vide ap. *Quenſted. l. c. Laſſen. l. c. Hackſpan in Eccleſ. IX,9. p. 500. D. Reinhold Derſchow Diſp. Sol. de Statu Animarum ſeparatarum* §. 10. Reſpectu *Objecti* perfectam beatitudinem anima poſſidet, in reſurrectione clarius in toto hominis compoſito manifeſtandam, quæ imperfectio accidentalis ſtatui animæ nihil derogat. *D. Peſaronius l. c. P. II. §. 3. p. 26. D. Joh. Tob. Major Diſſ. de Orat pro Defunctis Hug. Grot. Oppoſ. §. 66. ſeq. D. Calovius Bibl. Illuſtr. ad Ebr. c. XII, 23. p. 1375.*

§. 6.

Anima non dormit, ſed ſemper operationes ſuas exercet, quia immortalis, non quidem ex *natura per ſe perennatrice*, ſed ex *gratia creatrice & conſervatrice. D. Scherzer in Nucleo Philoſ. p. 385. D. Joh. Meiſner Diſp. Th. de Immortalitate c. II. §. 14. ſeq.* Quod ſi enim DEus influxum conſervativum vel ad ictum oculi ſubtraheret, ad nihilum repente abiret anima. Hinc ſolus DEus ἀθανασίαν habere dicitur, 1. Tim. VI, 16. intellige ἐσιωδῶς, eſſentialiter, independenter, immutabiliter. *D. Meiſner. Anthrop. Decad. I. p. 28. Kesler. Exam. Phyſ. Photin. p. 9. D. Baierus in Radice Immortalitatis ex Joh. XVII, 3. S. I. §. 3. p. 6. Timplerus Met. p. 609. Voët. D. S. P. V. p. 261.* Solus enim nulla vi, nullo caſu, nulla ratione diſſolvi poteſt, cum ſit ipſum eſſe, ipſa vita, & fons eſſendi & vitæ. *Bellarminus de Aſcenſione mentis in DEum Grad. VIII. c. II. p. 113.* Nonnulli ex Ebræis vocem נשמה animæ Gen. II, 7. a שמים quod cœlum ſignificat, ideo derivatam eſſe volunt, quod anima hominis divinum quiddam ſit cœlitus profectum, atque adeo immortalis. *D. B. Bebelius de Clamore ſangvinis Habelis & Chriſti ad Ebr. XII, 24. §. 25. p. 23.*

§. 7.

Thnetopſychitarum ſeculo VII. & Arabum ſub Imp. Philippo An. 217. error erat, τὰς ψυχὰς συνδιαφθείρεσθαι τοῖς σώμασι καὶ ἀναβιώσεσθαι σὺν αὐτοῖς, cum corporibus animas ſimul mori, & cum iisdem iterum reſurgere. *D. Sal. Geſnerus de Concil. l. II. c. III. p. 62. D. Bebel. de bis mortuis §. 44. Quenſted l. c. p. 551. Roſſæus T. O. R. S. VII. p. 270. D. G. Mœbius Theol. Canon. Diſp. XIV. Can.* CCVIII, *p. 349. Dn. G. C. Kirchmaier de* Campis *Elyſiis §. 15. ſeq.* Sed velle putare animam una cum corpore interire, ſtolidum eſt, hominisque vere carnalis, & poſt hanc vitam nihil eſſe cupientis. *Iſidor. Peluſ. l. III. Epiſt. Ep.* CCXXXV. *p. 599.*

Ec-

Ecclesias intra non sepeliendi.

Antiquitus prohibitum erat mortuos intra Ecclesias sepelire; Chrysostomus tamen refert Constantinum M. honore fuisse affectum, cum ejus corpus fuerit sepultum ante Ecclesiam S. Petri Constantinopolis, quasi post obitum Ostiarius & Cubicularius Piscatoris effectus, inquit *Joh. Baptista Casalius de Veter. Sacr. Christ. Rit.* P. *III. c. LXVI. p. 341.*

Exercitus terræ.

Exercitus ille matris Terræ, inquit *Livius l. VIII. c. VI. p. 600.* quod de mortuis dici poterit.

Expergefacti.

Animam ponere & sumere pro libitu Aristæum solitum veteres commenti sunt. Exempla alia habet *Petr. Dan. Huetius Demonstrat. Evang.* *Propos. IV. c. III. §. 3. p. 103. c. VIII. §. 17. p. 182. & Tom. II.* Prop. *IX. c.* CXLII. §. *6. p. 951. §. 7. p. 954. seq.* Æsculapium a Diis consecutum ἀνιςάναι μὲν τεθνεῶτας ut mortuos suscitaret, scribit Xenophon de Venat. ap. *Tob. Pfanner. Syst. Theologiæ Gentilis purioris c. XIX. §. 3. p. 431.* Asclepiadem hominem e funere retulisse & servasse, scribit *Plinius N. H. l.* VII. *c.* XXXVII. & Apollonium puellam ipso nuptiarum die mortuam vitæ reddidisse dicit *Philostratus l.* IV. *c.* XVI. *Salm. in Panciroll.* P. *II. Tit. I. p. 46. b.* De illis, quos Pontificii jactitant a mortuis resuscitatos, vid. *L. Beyerlinck M. T.* V. *H. Tom.* VI. *l.* XVI. *p. 320. 321. 322. Reneccius Panopl. Tom.* IV. *c.* IX. *p. 99. b.* Quid sentiendum sit de re productione vitæ, quam aliqui putant quotannis in quibusdam populis Russiæ contingere, quos ajunt tempore hyberno mori, verno reviviscere, habet *D. J. A. Weber. in Art. Disc. Font.* XVI. *Ex.* VIII. *p. 139. 140.*

Facie ad ortum conversa sepulti.

Mos ille orandi ad ortum adeo sacer in Veteri Ecclesia fuit, ut non vivi tantum ejusdem tenacissimi fuerint; sed & post obitum facie ad ortum conversa sepeliri voluerint, qua de re *Paulus Aringus in Roma subterranea l. I. c. XXI.* Cunctarum, ait, gentium conspiratione ad hunc usque diem usus merito observandus invaluit, ut nationes quæque mortuos vultu in cœlum supino ad orientalem plagam spectante sepeliant. ad quoquomodo protestandum Resurrectionis mysterium, fore scilicet, ut quemadmodum Sol post occasum denuo oritur, ita defuncti olim reviviscant. *D. Joach. Hildebrand. in Rituali Orantium, vel Compendio veterum orandi rituum c. XIX. p. 17.*

Fe-

Felices.

Mortuorum mentionem facientes boni ominis causa dicebant: μακάριοι, FELICES. *Jos. Laurentius Polymath. l. VI. p. 491. Horat. Sat. XIX. l. I.* Haud mihi quisquam omnes composui *felices*, nunc ego resto. Et *Lucianus*, finitos quiescere felicis (i. e. mortui) Genios. *Laur. l. c. l. II. Diss. XLVII. p. 176. Barthius Advers. l. XIII. c. XV. p. 738. & l. XVII. c. XVI. p. 882.*

Glacie obruti.

In monte quodam non procul a Berna in Helvetia mortui obteguntur glacie perpetua, non terra. Violaturne hic sacræ scripturæ auctoritas? *D. Valent. Arithmæus Feudal. Velitat. Disp. II. Coroll. VI.*

Impii, 1. Tim. V, 6.

§. 1.

Judæi non raro inculcant hanc sententiam: Impii dum vivunt adhuc, mortui vocantur: Justi autem mortui quoque vivere dicuntur. *Hackspan. in Eccles. IX, 5. p. 498. Eduard. Pocockius in Porta Mosis p. 157. Theod. Dassovius Diatr. de Res. Mort. Jud. c. V. §. 1. p. 125. Pfeiff. Ex. Phil. de Henoch c. III. §. 3. Drusius ad Gen. XXXVII, 30. in Op. Angl. p. 336. & ad Gen. XLIX, p. 420. D. Joh. Olearius Diss. Th. Inaug. de Stylo N. T. M. II. §. 10. p. 16. Lightfoot H. H. & T. in Matth. XXII, 32. p. 355. 356.* Galli sapienter ex veritate: Autans & momens, que l'on perd mal a propos, c'est autant de tems, que l'on retrenche a sa vie, h e. vita abrumpitur, quota temporis pars malo loco reponitur. *M. Christoph. Christ. Hændelius de Vana sciendi gloria §. 9.* Et præclare Historicus ille *de Conjur. Catilin.* vivere demum, atque frui anima videntur, qui bonis negotiis intenti, virtutis veram gloriam quærunt. Quibus vero corpus voluptati, anima oneri fuit; eorum vitam, mortemque juxta æstimare debemus: nam æque de utraque siletur.

§. 2.

Etliche Ausleger wollen beybringen, Saul werde filius unius anni, eines Jahres alt genennet (quomodo? Vid. *B. Pfeiffer. Dub. Vex. p. 369. D. Waltherus Harmon. Script. l. I. c. IV. Art. III. §. 73. p. 70. Clarius ad h. l. in O. A. p. 2265. seq. Lightfoot in h. l. p. 55. 73.*) da er zu regieren angefangen, 1. Sam. XIII, 1. darum, weil die Jahre, welche er in Sünden zugebracht, bey GOTT nicht gerechnet, und in H. Schrifft für nichts geachtet werden. Scite hoc observavit Gregorius, dicens: Licet multis annis regnaverit Saul, illis solis regnasse dicitur, in quibus innocens ac humilis fuisse perhibetur; (Sed vid. *D. Joh. Meisner. de Vita Salomonis Curriculo c. VI. §. 151.*) Unde sic ad mores excurrit: Illo ergo solum tempore nos vixisse gaudeamus, quo innocen-

ter & humiliter viximus; Nam illa tempora, quæ in seculi vanitate, & fluxa carnis vita consumsimus, quasi perdita, minime memorantur. Vid. omnino *Engelgrav. Cæl. Empyr.* P. *I. p. 21. seq.* Cum respicimus quam inutilibus vitam rebus impendamus, dicere possumus, illo nos tantum vixisse tempore, quod cultui divino tribuimus, dicebat *Bruxillus Romanus Philosophus ap. Guev. H.* P. *l. I. c. V. p. 21.*

§. 3.

Können gleich die Welt-Menschen, Mundiales Homines, S*alvian. l. I. contr. Avarit. p. 6.* als Knaben von 100. Jahren, Es. LXV, 20. (Sic Esaias nominat impios & stolidos senes, qui multos quidem possunt retro annumerare annos, sed quantum ad Sapientiæ initium attinet, h. e. veri DEI cognitionem, & rerum prudentiam mente puerili sunt præditi, aut grandibus flagitiis nobilitati. *Heidf.* S. T. P. *c. XXXVI. p. 717.* *Crellius* P. *B. in v.* Knabe. Paulus vocat παιδία ταῖς φρεσὶν I. Cor. XIV, 20. *Flacius in v. Puer p. 984. Barthius* Advers. *l. XX. c. XXI p. 1007.*) eine geraume Zeit, und mit jenem Indianer in Bengala wohl 380. Jahre rechnen (*Acta Erudit. Lips.* Ann. *1684. m. Nov. p. 527.*) so können doch ihre Lebens-Tage sich nicht unter den Tagen des Jahres freuen, noch in die Zahl der Monden kommen, Job. III, 6. Die Tage, welche wir mit Unwissenheit oder mit Boßheit zubringen, müssen von der Rechnung unserer Jahre abgezogen werden. Die vier Tage, die Lazarus unter den Todten geblieben, kunten nicht mit unter seine Lebens-Tage gerechnet werden, (*Jean d' Espagne Not. LXII. in Decal. p. 103. 104.*) denn wie der Scholasticorum ihre Regul lautet: Dies unus bene impensus obsequio DEI plus valet, quam milliones annorum ad obtinendum universum mundum, ap. *Engelgrav. l. c. p. 24.*

§. 4.

Dieses haben auch die Heyden erkannt, wann jener Kriegs-Oberster Käysers Adriani, Similis genannt, nach Ablegung seines beschwerlichen Amts 7. Jahre in Ruhe auf seinem Bauer-Gute zugebracht hatte, ihm diese Grabschrifft liesse setzen: **Hier liegt begraben** *Similis*, **der lange in der Welt gewesen, und doch nur 7. Jahr gelebet.** *Nicol. Caussinus Polyhist. Symbol. l. VIII. Symb. XX. p. 493.* Cato Censorius in prædium suum inter Nolam & Cajetam jam senex abiit, ibique procul ab omni turba & negotiis tranquille vixit, quod transeuntes Romani dicere solebant: Iste solus scit vivere. *Guev. Epist. ac Diss. p. 63.*

§. 5.

Oder wie jener Indianische Einsiedler Barlaam, dem Josaphat, des Königs Sohn, als er nach seinen Alter fragte, antwortete: Er wäre 45. Jahr alt denn

denn als Josaphat sich dessen verwunderte, und sprach: Er hätte ihn aus den Runtzeln seines Gesichts über 70. Jahr geschätzet, da antwortete der Barlaam sehr herrlich und nachdencklich: Ja, ich bin auch älter, denn 45. Jahr, wann ich die Jahre mit rechne, welche ich (mit den Fliegen) der Welt gelebet habe; wann ich aber die Jahre rechne, darinnen ich GOtt gedienet habe, so sind derer nur 45. und diese allein zehle ich unter die Tage meines Lebens, jene aber, so ich in der Eitelkeit zugebracht, halte ich für Tage des Todes. *(Drexel. Prodr. Ætern. c. I. §. 23. p. 57. & Tribunal. Christi l. II. c. VI. p. 193. D. Hildebrand de Arte bene moriendi c. VIII. §. 29. p. 138.)* Illi non in codicem vitæ, sed in tabulas mortis referendi, Aurelius Imp. ad Cincinnatum ap. *Gvev. H. P. l. III. c. XXVII. p. 600.* Sic & Poëta quidam Arabs: Si quando præterierit mihi dies, quo non fecerim boni quid, & non profecerim sapientia, certe is non est accensendus vitæ meæ. *Ludov. Mich. Crocius Not. Philol. in Commentaria Rabbinorum sup. Prophetiam Obadiæ p. 37.*

§. 6.

Von Salomo sagt die Schrifft: Die Zeit aber, die Salomo König war zu Jerusalem über gantz Israel, ist 40. Jahr, 1. Reg. XI, 42. Josephus aber *(l. VIII. Antiq. c. III.)* sagt: Salomo starb im hohen Alter, nachdem er 80. Jahr regieret hatte; Dieses conciliiret *Theodoretus Q.* XXXVII. *in h. l.* und sagt: Ich halte dafür, daß Josephus alle Jahr des Salomonis gezehlet habe, die Schrifft aber nur allein diejenige, welche er in der wahren Religion und Gottesfurcht zugebracht, denn die übrigen sind für nichts geachtet, und in GOttes Calender nicht gefunden worden. *(Engelgrav. l. c.)*

§. 7.

Non est, sagt Seneca *de brevit. Vit. c. VIII.* quod quenquam propter canos putes diu vixisse, non ille diu vixit, sed diu fuit; Und also sind die Sünden-Jahre für kein Leben zu achten, die Sünde hat sie verschlungen, wie etwan Tertullianus *(lib. de Idol. c. I.)* die Sünde nennet Devoratorium salutis (vitæ;) Des Leibes Leben ist die Seele, der Seelen Leben ist Christus, scheidet die Seele vom Leibe, so stirbet er, weichet Christus aus der Seelen, so lebet dieselbe nicht mehr, sondern ist todt, denn **Christus ist dein Leben.**

Vita animæ DEUS est, hæc corporis, hac fugiente
Solvitur hoc, perit hæc destituente DEO.

Joh. Saresberiensis Policrat. l. III. c. I. p. 127. Cregut. Revel. Arcan. c. I. p. 73. Isidorus Hispal. de S. B. l. I. c. XIV. p. m. 9. Cassiodorus *l.* X. *Epist.* XXIX. nennet das Podagra (quæ ditiores ac lautas plerumque domos incolit, quasi dedignans tugaria, & sobrias pauperum tabernas, *Lansi contr. Hungar. p. 631.*) vivam mortem, einen **lebendigen Tod**; und Seneca nannte den Hof des Ser-

vuli Vacciæ, eines nichts-wehrten Menschens, vivi hominis ſepulchrum, ein Grab eines lebendigen Menschens, und ſo offt er vorüber gieng, ſagte er: Vaccia hic ſitus eſt. *(Epiſt. LV.)* Hier liegt Vaccia begraben.

§. 8.

Von dir, o du Sünden-Knecht, kan dis ebenfals geſagt werden, vivere quidem videris in corpore, ſed mortuus probaris in corde, Auguſt. de decem plagis ap. *Engelgr. Luc. Evang. p. 560. Perald. Summ. Virt. & Vit. T. II. p. 286.* Drum reinige dein Gewiſſen von den todten Wercken, zu dienen dem lebendigen GOtt, Hebr. IX, 14.

Vivere, precor, ſed vive DEO, nam vivere mundo,
Mortis opus, una eſt, vivere, vita, DEO!

D. Joh. Affelmannus Synt. Exercit. Acad. Part. II. Exeget. Ex. III. §. 33. p. 80. &c.

Impii theſaurus orcivus.

Nævius Poëta mortuos (nos impios) theſaurum vocat orcivum, ap. *A. Gell. N. A. l. I. c.* XXIV. *Joh. Kirchman. de Funer. Rom. l. III. c.* X. *p. 257.*

Non lugendi.

§. 1.

In Concilio Toletano luctus omnis prohibitus; Si poteſt hoc Epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere agere non moretur. *Decret.* P. *II. Cauſſ.* XIII. *Q. II. Can.* XXVIII. Cum autem objiceretur exemplum Chriſti, Lazarum (Sole jam quarto carentem, jam ſepulchro abſconditum, *Prudentius in hymno omnis horæ v. 46.* τεταρταῖον, Joh. XI, 39.) flentis regerebant: Dominum non fleviſſe Lazarum mortuum, ſed ad vitæ hujus ærumnas reſuſcitandum. *Decret. l. c.* Sed quam male vid. in *B. D. Chriſtoph. Nagelii Tract. de Luctu Parentum ſup. Fil. demort. p. 7. ſeq. D. J. A. Oſiand. Theol. Caſual.* P. VI. *c.* VI. *p. 390. D. Joh. Gvil. Bajer. Ventilat.* τȣ πȣ *& Status animarum ſeparatarum ad vitam naturalem ordinatarum §. 13. & 22.*

§. 2.

In Principatu Tiberii ſub pœna capitali interdictum erat mortuos deflere, ipſæ matres flentes ſuper mortuis filiis convictæ necabantur. *Tacitus l. V. Annal.* Ludovicus Cortuſius juriſconſultus Patavinus ad funus ſuum muſicos 50. omnis generis conduxit: feretrum juſſit ferri a 12. Virginibus viridi veſte ornatis cum cantu læto & triumphali; centum funalibus ſtipantibus comitante toto urbis clero, & monachis omnibus, exceptis nigris, ne triſtitiæ color lætitiam funeris funeſtaret, lachrymari teſtamento prohibuit. *Drexel. in Prodrom. Æternit.* Bar Kippuki in funere Rabbenu ita leſſus erat: Si cedros

flamma

flamma corripuit, quid fiet de hyſſopo, prodeunte de pariete? Si Leviathan hamo captus eſt, quid facient piſces in paludibus? Si in torrentem inundantem cecidit hamus, quid facient aquæ lacunarum? Aſt Bar Abbin ita parentabat: Deflete lugentes, non vero defunctum, ipſe enim eſt in requie, & nos in gemitu. *B. Pfeiffer. Antiq. Sacr. Dec. I Poſ.* IV. *§. 5. p. 16.* Exempla conſolationis Theologicæ ad mœrentem obitum amici, aut cognati exhibet *Matthæus Dreſſerus Rhetor. l. 1. p. 287. ſeq 319. ſeq.*

Illatum tumulo quid fles? via publica, mors eſt,
Finiit hic, eadem calce terenda tibi eſt.

Sunt lugendi.

§. 1.

Humanum quippe eſt, humanis caſibus ingemiſcere: multoque magis miſericordiam provocare, quæ oculis uſurpantur, dicebat M. Antoninus Verus, jam moriturus, cum ſuos ad grabatum ſtare, dolere atque angi videret. *Herodianus l. I. ap. Lycoſth. in Apopht. p. 21.* Abeant Stoici, ait *Lactantius l. VI. Inſtit. c. XV.* furioſi, qui rebus a natura inſitis caſtrare hominem quodammodo volunt: quod tale eſt, quale ſi velint aut metum detrahere cervis, aut venenum angvibus, aut iram feris, aut placiditatem pecudibus, ap. *Urſin. Quæſt. Bibl. l. IV. c. XVI. p. 273.*

§. 2.

Dolendum ut homo, quis enim iſtos involuntarios motus in poteſtate habeat? *Seneca l. II. de Ira c. II. & l. III. Controv. Contr. VIII. inquit:* Imperari dolori ſilentium non poteſt. Qui negent doliturum eſſe ſapientem; Hi vero videntur nunquam in hujusmodi caſum incidiſſe, inquit *idem Conſol. ad Polybium c.* XXXVII. *p. m. 596.*

Non ego firmus in hoc, non hæc patientia noſtro
Ingenio: frangit fortia corda dolor.

Tibull. l. III. Eleg. II. Conf. *Lipſius de Conſtantia l. I. c.* XII. *A. Gellius N. A. l. XIX. c. XII. p. 628.*

§. 3.

Celare dolorem difficile, erat Symbolum Decentii Imp.

Schwerlich wird äuſſerlich verheelt,
Was innerlich das Hertze quält!

E. G. Happelius in Theſaur. Exot. p. 158. Non ego, ſed natura mea mihi luctum excutit, dicebat ille homo Laconicus ap. *Ælian. V. H. l. IX. c. XXVII. p. m. 155.* Conf. *Kirchman. de Fun. Rom. l. IV. c. X. p. 408.* RR. dicunt: Quicunque ſegnis eſt ad plangendum conſangvineum, dignus eſt, qui ſepeliatur vi-

vus: & quisquis lachrymas profundit super consangvineo, merces ejus ob idipsum asservatur penes Sanctum Benedictum. *Geier de Ebr. L. c. XII. c.3 p. 269. Quenstedt de Sepult. Vet. c. VI. p. 67.* Non immoderatus tamen debet esse luctus. Recte *Bernhardus:* Non culpamus affectum, nisi is excedat modum. Distingv. inter modum lugendi *Ethnicum* & *Christianum*, prior non commendatur, Levit. XIX, 28. Deut. XIV, 1. *D. Joh. Spencerus de Leg. Ebr. Rit. & earum Rat. l. II. c. XII. S. IV. p 321.* Alii ita exponunt: Debere nos mortuos lugere, *non quod perierint*, sed *abierint*. Tertull. cap. VII. de Patientia ap. *D. Ægid. Strauch. Comp. Theol. Pos. Pol. Art. XXIII. Aph. I. §. 13. p. 536. D. Jac. Martini Theoremat. Theol. Disp. XXIX. §. 6.*

§. 4.

Parentes apud Judæos lugentur totum annum, de quibus *Anton. Margar.* in Jüdengl. *p 62.* quod liberi a funere reversi septem dies in pavimento desideant nudipedes, ac ante trigesimum diem non permittantur se lavare, tondere, aliove modo reficere: imo toto anno talis vocatur אבל. Sic etiam *Buxtorff. Syn. Jud. l. XLIX. p. m. 708.* notavit, parentes a filiis lugeri per annum integrum: qui ipsi simul liberi tenentur per solidos XI. menses singulis diebus recitare precem illam, quæ קדיש appellatur; Scribunt enim & credunt, patrem hoc pacto ex purgatorio liberari. Egregiam hac de re fabellam, qua merito reficiendi essent Papistæ, suppeditabit *Buxtorff. l. c. p. 709. seq.* Die Sineser betrauren ihre Eltern gantzer drey Jahr, und zwar darum, daß weil sie in ihrer Kindheit dieselbe drey Jahr lang auf ihren Armen getragen, ja wohl mehr als drey schlaflose Nächte ihrentwegen geführet; Sie auf diese Weise ihre Danckbarkeit wiederum am Tage legen, und die mühsam und sorgfältig gehabte Vater- und Mutter-Treu in etwas erwiedern möchten. *Nicolaus Trigautius de Expedit. Christ. ad Sinas l. I. c. VII. Happelius Thes. Exot. p. 18.*

§. 5.

Als des Sinesischen Colai, oder Käyserl. Obersten Regiments-Rath Ciu Pauli, welcher ein Christ worden, alter Vater mit Tode abgangen, hat der Sohn Landes-üblichen Brauch nach, seines hohen Amts auf drey Jahr sich äussern, und daheim in seiner Behausung bleiben müssen. *Francisci* im Geschicht-Kunst- und Sitten-Spiegel *l. VI. c. III. p. 1506.* Die Brasilianer verfluchen schrecklich denjenigen, der die Seinigen nicht betrauret. *B. D. Nagel de Luctu Parent. sup. Fil. l. III. c. I. p. 150.* Und sagen die Rabbinen, die Sonne werde verfinstert, wann der Oberste im Synedrio (a σὺν & ἕδρα, sella, sessio, *Botsac. M. G. p. 1030.*) gestorben, und nicht rechtschaffen betrauret worden. *D. Acoluthus Philolog. de Aquis Amaris c. IV. p. 417.*

Præ Mœrore vehementi & repentino.

Ob timorem & immenſum mœrorem nonnulli ſublati ſunt, quod ſcilicet debilis ſuapte natura animula, ſub valido affectu oppreſſa, confertim extincta, & ſuffocata ſit. Hac ratione *Plinius l. VII. c.* XXXVI. P. Rutilium, nunciata fratris in conſulatus petitione repulſa, illico expiraſſe, memoriæ prodidit. Idem M. Lepidum uxoris charitate, adeoque mœrore nimio. Poſt repudium, mortem obiiſſe tradit. Heli quoque judæorum Pontifex ac judex, ut ſacræ teſtantur literæ, accepto triſti nuncio de clade, qua Palæſtini hoſtes capta arca, occiſisque filiis Judaicum exercitum affecerant, magno ſubitoque mœrore oppreſſus, qvum a regio ſolio ſupinus caderet, effracta cervice ſtatim periit. *Leonh. Fuchſius Inſtit. Med. l. II.* S. VI. *Ep. 497.* Conf. Tit. Eli, *in Appar. Noſtr. Nominum Propriorum Biblic. Tom. II. p. 42. ſeq.*

Gaudio.

§. 1.

Præ gaudio multos puſillanimes expiraſſe, variis authorum monumentis, proditum eſt. Non enim perinde atque in ira, cum valido fervore ad exteriora fertur animata facultas: quin e contrario, ſi quid antea ei fuit roboris, id nunc exſolvitur, laxaturque. Qvum enim nimio gaudio laxata petit exteriora, diſcutitur atque diſſipatur. Hoc modo Polycritam, nobilem e Naxo Inſula fœminam, extinctam eſſe refert *Ariſtoteles*. Nam qvum ob eximiam formam prudentiamque Diognito atque Ericthonio perſvaſiſſet, ut Naxi obſidionem ſolverent, ab exercitu in urbem revertens, ubi publico honore, atque omnium lætitia exciperetur, patriæque liberatrix appellaretur, ac urbis partem ingrederetur, repente mortua concidit. Philippides quoque Comœdiarum ſcriptor haud ignobilis, qvum in certamine Poëtarum præter ſpem viciſſet, & lætiſſime gauderet, præ gaudio ſubito mortuus eſt.

§. 2.

Diagoras etiam Rhodius, ut refert *Gellius l. III. c. XV.* qui tres filios adoleſcentes habuit, unum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem, eosque omnes eodem Olympiæ die vincere & coronari vidit: qvumque eum tres filii amplexi, coronis ſuis in Patris caput poſitis ſvaviarentur, & qvum populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, ibi in ſtadio inſpectante populo, in oculis atque manibus filiorum animam efflavit. *Plinius* inſuper *l. II. c. LII.* Chilonem Lacedæmonum illum Philoſophum, inſignibus ſapientiæ titulis non intermoritura fama nobilitatum, dum victorem in Olympia filium conſpexiſſet, præ gaudio e vita deceſſiſſe ſcribit. Idem Sophoclem, & ſeniorem Dionyſium, Siciliæ tyrannum, qui magna felicitate potitus modeſte

ſem-

ſemper antea fortunam tulerat, accepto nuncio de victoria inter tragœdos parta, gaudii exuberantia obiisse teſtatur. *Valerius* denique *Maximus l. IX. c. XII.* de mortibus non vulgaribus, præ gaudio mortuas eſſe geminas mulieres ſcribit, quarum una nunciata clade, quæ ad Traſimenum lacum inciderat, ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obvia, complexu ejus expiravit. Altera, qvum mœſta domi ſederet, ad primum conſpectum redeuntis filii examinata eſt. *Fuchſius l. c.*

§. 3.

Fabula eſt, quam Poëtæ finxerunt, de Laodamia, Proteſilai conjuge, quæ cum audiviſſet, maritum in bello Trojano periiſſe, id unum precatam eſſe, ut modo umbram ejus videret, quam cum vidiſſet, annuentibus Diis, in umbræ brachiis exſpiraſſe. *Zeilerus cent. III. Ep. LXXVII.* ex Aubigne narrat, in Gallia uxorem, quæ rata maritum periiſſe, cum ipſum conſpiceret, præ gaudio mortuam eſſe. *M. Andr.* Gleichens Redner *p. 754.*

Pudore.

Pudore etiam nonnullos eſſe extinctos, literis mandatum eſt. *Plinius* namque *l. c.* Diodorum quendam Dialecticæ ſapientiæ Profeſſorem, quod luſoriam quæſtionem a Stilbone propoſitam non protinus diſſolvere potuerat, mortuum eſſe teſtatur. *Valerius* quoque *l. c.* Homerum, quia quæſtionem a piſcatoribus propoſitam ſolvere haud potuit, abſumtum pudore tradit. Ex his itaque repentinis animi & nativi caloris motionibus, ſæpenumero vitam auferri, diſſolutis utique, quæ in nativo calore conſiſtunt, animæ viribus, iisdemque nimia refrigeratione extinctis, perſpicuum fit omnibus. *Fuchſius l. c.*

Non Mordent.

Theodotus Regis Ægypti Præceptor, aliis cenſentibus eſſe recipiendum Pompejum, aliis non recipiendum, neutris aſſentiens dixit recipiendum, ſed occidendum, addens jocum, mortuos non mordere. Atque hujus ſententia vicit, tuta ſvadens magis, quam honeſta. *Eraſm. Apopht. l. VI. p. 517.* Bene Alexander M. expoſtulanti cuidam cum eo, quod victis hoſtibus non ſolum vitam, & opes relinqueret: ſed & inter amicos eosdem reciperet, atque extolleret: Tibi, *inquit*, videtur utile, occidere inimicum: quia a mortuo nihil eſt periculi: at ego inimicum occido, dum parco, & amicum facio, dum extollo. *Nicol. Reuſner. Claſſ. III. Cæſ. Rom. Germ. Symb. XXXV. p. 268.*

Mortuos ſepelientes, Matth. IIX, 22.

Fierine poteſt, ut *mortui mortuum ſepeliant?* Quidni, cum noſter Soter id affirmet. Res autem ita habet: Infideles, quando cadaver ſepeliunt,

mortui

mortui mortuum ſepeliunt. Iſtius corpus animam perdidit, illorum anima DEum. Sicut enim vita corporis anima eſt, ſic vita animæ DEus. Sicut exſpirat corpus, cum animam emittit, ita exſpirat anima, cum DEUM amittit. DEUS amiſſus animæ mors, anima amiſſa mors eſt corporis. Mors corporis neceſſaria, mors animæ voluntaria. *Auguſt. in h. l. ap. Heidf. c. XXXIX. p. 757.* Cum bis nominat *mortuos* CHRISTUS, certum eſt eodem utrobique modo non accipere. Mortui igitur, qui mortuos ſepelire debent, procul dubio intelliguntur, qui ſpiritualiter tales ſunt, h. e. qui non de Chriſto, ſed ſeculi hujus rebus cogitant, ſive ſint prorſus infideles, ſive non ſint; Conf. Epheſ. V, 14. 1. Tim. V, 6. *D. Joh. Meiſner. Exercit. Theol. in h. l.* Peccato mortui ſepeliunt vita functos. *Adam. Conzen Comment. in h. l. p. 162. b.*

Nomen bonum relinquentes.

Rabbini dicunt: אַשְׁרֵיו שֶׁל־אָדָם שֶׁיָּצָא בְּשֵׁם טוֹב מִן הָעוֹלָם *Felix qui cum nomine bono ex hoc mundo diſcedit!* R. Gamaliel ſagte: Wer ihm einen guten Nahmen machet, der erwirbt ihm ſelber etwas, das iſt, wie es Druſius, (*Apoph. l. I. p. 13.*) erkläret, wer ihm einen guten Nahmen machet, der erwirbt den Seinigen etwas, welches er ihnen nach ſeinem Tode hinterläſſet. (*G. H. Lehman in* פרקי אבות *c. II. §. 7. p. 108. 113.*) Womit R. Simeon überein ſtimmet, ſagende: Drey Cronen ſind in der Welt, die Crone des Geſetzes, die Crone des Prieſterthums, und die Crone des Königreichs; Aber die Crone eines guten Nahmens gehet über dieſe alle. (*Wagenſeil ad Sota c. IX. p. 966. 967. Joh. Faes de Vulneribus Chriſti §. 153.*) Et Pindarus *in Pythiis Od. I.* Eſſe fortunatum primum eſt præmium, bona fama ſecundum; Cui vero utrumque contigit, is coronam ſummam habet. Lybici dicunt: Glorioſe vitam cum morte commutare, id demum monumentum eſſe laudatiſſimum ei, qui terræ mandatur. *Ælian. V. H. l. XII. c. LV. p. 207.*

Opera Viventium an norunt? Job. XIV, 21.

§. 1.

Judæi dicunt eos non latere, quid agatur in hiſce inferioribus. Unde ſolliciti ſunt de illo, quod in Talmud. Cod. ברכות c. III. dicitur: Cum enim quidam calamitates ſuas exaggeraturus atque aliquid ſaltem ſolatii in Parente defuncto quæſiturus dixiſſet: יָדַע אֲבוּן בְּהָאי צַעֲרָא Pater noſter cognovit hanc afflictionem: illico alter regerit: Jobum dixiſſe: *Si in honore conſtituti ſunt filii ejus, non cognoſcet defunctus, & ſi miſere affligantur, neque hoc intelliget*, C. XIV, 21. Plurimi tamen dicunt: Demortui opera viventium norunt, & ſi cuidam caſus aliquis triſtis accidat, cognati ejus nullam in ſepulchro quietem habent. *B. D. C. Nagel. LL. CC. Hebr. Rabb. Talm. in v. Mori.*

§. 2.

Cum Judæis faciunt Pontificii, ut longius etiam progrediantur. Scripsit *Gregorius in Jobum*, nullo modo credendum esse, animas Sanctorum ignorare, quid foris fiat, seu in hisce terris agatur, cum intus omnipotentis DEI charitatem videant. Cum vero hoc itidem Jobo adversari videatur, inde *Thomas P. I. Q. LXXXIX. Art. IIX.* sic concludit: Cum animæ mortuorum secundum ordinationem divinam, & modum essendi segregatæ sint a conversatione viventium, nesciunt secundum *naturalem cognitionem*, quæ hic aguntur: *ex gratia* autem est, si animæ beatorum, quæ hic agantur, sciant.

§. 3.

Eadem quoque sententia est *Sixti Senens. L. V. B. S. Annot. CXXXIX.* & *Bellarm. l. I. c. XX. de Sanct.* Jobum itidem de naturali cognitione interpretatur. *Hackspan. in Job. l. c. p. 834. 835. & in Eccles. V, 9. p. 498. L. Thilo in Medull. Th. p. 479. seq.* Melchior Flavius *Resolut. in IV. Lib. Sent. Joh. Duns Scot. l. IV. Dist. XLV. Q. III.* cum Scholasticis aliis distingvit inter memoriam *sensitivam & intellectivam.* Hanc vult remanere in anima separata, quæque per consequens dicenda etiam memorare & formare notitiam omnium, quæ usque ad separationem ejus a corpore in ea per Species intelligibiles perseverarunt. Gerhardus noster *T. VIII. de Morte §. 309.* concludit: Animas pie defunctorum recordari eorum, quæ vel ipsis in corpore adhuc militantibus, vel cognatis & amicis contigerunt (vid. omnino *M. Gothofredus* Weiß, *Disp. Th. de Animarum separatarum conditione, & statu post mortem c. IV. Propos. I seq.*) ita tamen, ut neget simul, animas Sanctorum in specie & in particulari nosse, quid singulis diebus, horis ac momentis, nobis in terra adhuc superstitibus eveniat, qui sint cordis motus & affectus, qui particulares singulorum hominum casus & eventus. *B. D. Joh. Lassenius in Atheismo Devicto p. 579.*

§. 4.

Quamvis in genere nonnulla de statu militantis Ecclesiæ, cum qua sub vexillo crucis aliquando meruerunt, sciant, indeque in genere pro Ecclesia orent, attamen τὰ κατ᾽ ἕκαστα, privatas unius cujusque miserias, curas, gemitus & suspiria omnino ignorant. Dist. enim inter præteritorum ἀνάμνησιν & præsentium γνῶσιν. *B. D. Quensted. Syst. Th. P. IV. c. XI. p. 359 Joh. Gerlac. Wilhelmi status animæ separatæ.* D. Georg. Calixtus *Lib. de immortalitate animæ & resurrect. carn.* in obitum Filii sui ita: Ego sane acquiesco DEO, ut ex suo arbitratu suo famulo utatur, permitto, & quod ministerio longe amœnissimo adhibere voluerit, gratias ago; lætus, quod, quem aliquando

meorum

meorum ſtudiorum ſocium & æmulum habere ſperaveram, nunc pro me meisque ſtudiis deprecatorem nactus ſim. Quamvis enim, quod e ſede felicitatis ſuæ res noſtras adſpiciat, non auſim affirmare; memoriam tamen, quam ſecum extulit, mei & matris ſuæ, & fratris, quos tenerrime ſemper amavit, & jam deceſſurus nominatim compellabat, non depoſuit. Non deſinet itaque pro nobis, quos etiamnum peregrinari, & pro noſtra incolumitate, quam inter has mundi procellas periclitari novit, preces fundere, eo quidem efficaciores, quo purior eſt mente, & propius ad DEum acceſſit. *D. Frid. Ulric. Calixtus Epilogo in obitum Filii de Animarum ſeparatarum invocatione §. 7.* Conf. & *B. D. I. F. Mayer. Eclog. Evang. ad Dom. I. p. Trin. Q. IV. Utrum animæ ſeparatæ præteritorum memoriam habeant? Voët. D. S. P. V. p. 535. de* Statu *Animæ poſt mortem.*

§. 5.

Nolumus ſtupidam Pontificiorum ſubtilitatem ſectari, & ex DEO SPECULUM ALIQVOD (de quo vid. *Siricius de Immortal. Animæ p. 117. D. Joh. Olear. Syn. Err. Pontif. Diſp. XIII. §. 77. p. 38. Thilo l. c. p. 215. Gerh. de Mort. §. 324. ſeq. L. Nic. Chriſt. Remlingius Diſp. Inaug. de Cultus Sanctorum Origine ac Progreſſu in Eccleſ. Chriſt. §. 21.*) facere, in quo animæ beatæ res terreſtres omnes videant. *M. Paul. Conr.* Schröter *Sect. ex Theol. Naturali Trig. Sect. Pſycholog. theſ. 4. §. 8. 9.* De ſpeciali noſtro ſtatu nihil unquam reſciſcunt, niſi id vel ipſum iis vel ex DEI revelatione, vel ex eorum, qui ad iſtas veniunt, narratione, vel ex Angelorum nuncio innotuerit. Sic totus cœli exercitus cognovit, qua eſſet pœna coërcendus impius ille Rex Acabus, 1. Reg. XXII, 19. Sic etiam idem audivit, Jobum graviter probatum iri, Job. I, 6. c. II, 1. *Reneccius Panopl. Tom. III. c. XXI. p. 179.*

§. 6.

Dicis: In quacunque anima erit recordatio rerum triſtiſſimarum & moleſtarum, in illa erit imperfectio. Reſp. 1.) Diſt. inter ſenſum *Specificativum* & *Reduplicativum,* ſeu inter res, quæ fuerunt triſtes, & quatenus adhuc ſunt triſtes. Applico. Anima recordatur rerum triſtium *in ſenſu ſpecificativo,* i. e. earum, quæ ipſi olim fuerunt triſtes; non vero *in ſenſu reduplicativo,* i. e. non quatenus ei adhuc ſunt triſtes. Ratio: quia ſtatus animæ quo triſtior olim fuit, eo majora nunc memoria ejus excitabit gaudia, illi enim bonitatem præſentis felicitatis inprimis perſentiſcere ſolent, qui, ſumma calamitas quid poſſit, non ignorant. Jam limito Majorem: In quacunque anima erit recordatio rerum triſtiſſimarum *in ſenſu reduplicativo,* in illa erit imperfectio. Sic conceſſa Majore nego Minorem. 2.) Limito Majorem: In quacunque anima erit recordatio rerum triſtiſſimarum &

moleſtarum, in illa erit imperfectio, *niſi ſcil. DEus ſuſpendat cauſalitatem illam, quam recordatio illa nata eſt habere reſpectu triſtitiæ,* quod ulterius deductum vide ap. *L. Joh. Günther. Diſp.* Pnevmat. *Sol. de Recordatione Animæ ſeparatæ §. 10. D. Becman Doctr. Mor. c. II. §. 17. p. 33. ſeq. Joſ. Arnd. Antiq. Eccleſ. p. 9. Brochmand. Syſt. Th. Tom. II. Art. XLIV. c. II. Q. V. p. 594. ſeq.*

Pii mundana non iterum deſiderant.

Defunctorum apparitiones non quidem inficior, ſed valde ſuſpectas eſſe admoneo, Satana ſeſe ſæpiſſime in lucis Angelum & animarum effigiem transfigurante, inquit *Corn. Agrippa de Van. Scient. c. LII.* An unquam auditum fuit, quenquam eorum, qui in fide Servatoris noſtri J. C. obierit, de ſuo ſtatu conqueſtum fuiſſe, aut voluptates & bona hujus mundi deſideraſſe, aut hæc illis cœleſtibus præferentem huc reverti conatum eſſe? *Joh. Spinæus de Tranquill. Animi l. VII p. 360.* Conf. *Danh. Hodoſ.* Ph*æn. IV. p. 411. ſeq.*

Reges ab aliis non poſſunt diſcerni.

Eiſſi (alii *Iſa* ſ. *Iſai* legunt) apud Perſas aliquando Derbentam verſus deambulans, mortui cranium conſpicabatur. Cum vero nimia cognoſcendi cupiditate arderet, cujus ſortis fuiſſet homo, ardentibus apud DEum inſtat precibus, ut vitæ redonetur. Quo facto, inque ipſius conditionem inquirenti, Eiſſi hunc in modum excitatus reſpondet: Rex eram ditionum iſtarum, cujus opes & divitiæ erant inſignes. Aula mihi auguſta, quæ omnium rerum copia abundabat. 40000. Muſici συμφωνȢντες. 40000. pueri, quorum de auribus margaritæ conſpiciebantur penſiles, omiſſis adhuc aliis miniſtris, eundem explentibus numerum. Quis vero tu, inquit, cuive religioni juratum te profiteris? Regerente hoc Chriſtianum ſe eſſe, Eiſſi ſcil. & fidem profiteri ſalvificam, pergebat ille: Et tuam amplectar religionem. Efflagitabat autem ſimul, ut extemplo morti iterum traderetur, *nolle enim vivere,* ajens, *ſi ſine imperio viveret.* Dictum factum. Ita Perſa fabulatur Poëta, *Feſuli* dictus, ap. *Olear. l. VI. Itin. Perſ. c. X. p. 720. edit. tertiæ. D. Joh. Ern. Gerhard. Diſſ. de Evocatione Mortuorum §. 1.*

Reviviſcentes.

§. 1.

Præter exemplum Acilii Aviolæ in rogo reviviſcentis, de quo & *Val. Max. l. I. c. VIII. §. 12. p. 34.* Florentiæ mulier quædam elata revixit. It. matrona quædam Coloniæ Ubiorum *Reichmuth* nomine, cui veſpillones annulum detrahere volebant. It. Vitriarius quidam Wittebergenſis. Quod autem de Joh. Duns Scoto a nonnullis aſſeritur, pari probabilitatis ſpecie ab

aliis

aliis rejicitur. Ne ergo falsa forte misceantur veris, satius erit eum omittere. *M. Theod. Kirchmaier de Hominibus apparenter mortuis c. I. §. 5. 6.*

§. 2.

Rippeleviæ (Richlen) in Comitatu Eboracensi Anglicano contigit, ut istius loci Pastor Henricus Wealsius aliquot dies cum morbo conflictatus, amicorum opinione vitæ finem haberet. Cum vero Wealsius aliquandiu exanimatus quasi jacuisset, loculo imponitur, dicto die tumulandus. Funus ex omni parte paratur, ut in oppidi templo terræ mandaretur: Ipso vero temporis momento, quo bajulatores ipsum tollerent, sepeliendus alta voce clamat, & aperto loculo se erigit, surgit, pristinasque ædes repetit vivus vegetusque, postquam octo & quadraginta horis pro mortuo habitus fuisset. *Andr. Caroli in Memorab. Eccles. l. X. p. 359.* De hisce hominibus *Plinius N. H. l. VII. c. XXV. p. 67.* peculiare conscripsit caput.

§. 3.

Tales casus mortalibus causa extiterunt, cur non maturare soliti fuerint, & etiamnum soleant, sepulturam suorum. Inde & Romani inde ansam sumsere clamorem excitandi juxta defunctos, ut certi fierent, num adhuc anima in corpore delitesceret. Hinc CONCLAMATI dicti sunt, in quibus nulla spes revivíscendi. Toties, inquit *Seneca de Tranquill. Animi c. XI* in vicinia mea conclamatum est. Et conclamata corpora eadem sunt, ac Sepulturæ tradita ap. Lexicographos. *M. Philip. Rohr Diss. Hist. Philos. de Mastica-tione Mortuorum th. 3.*

§. 4.

Ante triduum autem non facile quis sepeliendus, sed hoc demum elapso, & hæc dicitur causa, cur Christus Lazarum τεταρταῖον, Joh. XI, 39. (Sole jam quarto carentem, jam sepulchro absconditum, *Prudent. in hymno omnis horæ v. 46.*) non citius expergefecerit. Levinus Lemnius *de Occultis Naturæ Miraculis l. II. c. III. p. 146.* hanc reddit rationem: Non nisi, *inquit*, elapso triduo, corpora inhumanda, siquidem expleto duarum & septuaginta horarum curriculo humores sisti contingit, moverique desinunt, quod Luna eo temporis spatio unum Zodiaci signum peregerit, cujus vi humorum decursus in corporibus perficitur. Quæ ratio effecisse dicitur, ut Christus captata occasione *Lazarum quatriduanum* in vitam postliminio revocarit, ne quis calumniari possit, illum non fuisse mortuum, sed animi deliquio correptum ex ementita morte revixisse. Conf. *H. Engelgrav. Cœl. Empyr.* P. *I. p. 592. 593. Casp. Questelius Disp. Acad. de Pulvinari morientibus non subtrahendo c. II. §. 28. p. 40. 41.*

Resurgent roris beneficio.

Defuncti haud alio, quam roris beneficio reviviscent, inquiunt Rabbini ap. *Joh. Christ. Wagenseil ad Sota c. IX. p 956. 957. Ed. Pocockium in Not. Miscell. c. VI p. 120. R. Men. ben Israel de Res. l. II. c. XIV. p. 197.* Quomodo autem alias Resurrectio mortuorum comparetur Rori Es. XXVI, 19. vid. ap. *Baum. in Anal. Allegor. p. 1114.*

Omnes in sexu Masculino?

§. 1.

Antiphanes a resurrectione mortuorum mulierem plane excludit, ap. *Stobæum Serm. LXXI. de vituperat. mulier. p. 433.* Sic & Scholastici, & inter illos *Scotus in 2. dist. 20.* manifeste tradunt, omnes fœminas, *excepta Maria*, in sexu virili surrecturas, exinde quod juxta Aristotelem fœmina sit mas occasionatus, atque ex defectu virtutis formativæ in semine (quæ non possit perducere materiam conceptam ad virilem perfectionem) præter intentionem naturæ inductus (*l. II. de Generat. Animal. c. II.*) Si ergo in resurrectione omnis error tollendus, omnino concedendum videtur, sexum muliebrem non resurrecturum. Sed Aristotelem refutat *Casp. Schottus in Physica curiosa. appendice l. V. c. II. p. 643. seq. D. Joh. Deutschman de Jehova Elohim, ut* Sociæ *Vitæ Præparatore §. 10. p. 117.* Almericum Sexus differentiam in statu integro non futuram statuentem refutat *Corn. a Lap. in Gen. II. v. ult. p. 80.* Vid. omnino Appar. Nostr. Curios. & Pract. Tom. II. in Tit. *Fœminæ resurgentne in suo sexu? p. 727. seq.*

§. 2.

Referunt nonnulli in Turcia mulieres neque Templum frequentare, neque orare, imo non necesse esse, ut orent, aperte edisserere, cum optime sciant, cœlum sexui fœminino clausum & denegatam beatitudinem, ap. *Tungerlar. Prompt. Evang.* P. *II. p. 805. Cregutum Revelat. Arcanor. c. II. p. 129.* Mahomedita: Oculos in paradisum conjeci, & vidi maximam incolarum ejus partem pauperes esse, inspexi gehennam, & vidi maximam incolarum ejus partem, fœminas esse, ap. *Pocockium in Not. Miscell. c. VII. p. 297.* Bey etlichen Sinesern regieret der Wahn-Glaube, die Weiber, so ein Mägdlein gebären, werden zur Höllen verdammt. *Erasm. Francisci* Geschicht-Kunst- und Sitten-Spiegel *l. II. c. XXXVIII. p. 832.*

§. 3.

Econtra temeraria *Joh. Petit. Theol. Scholast.* P. *I. p. 151.* assertio est, plures fœminas, quam mares inter prædestinatos esse. Quemadmodum & Theophrastus ille Paracelsus scribere non est veritus: DEum plures creasse

fœmi-

fœminas, quam maſculos, multas etiam facere viduas; Æqvum ergo eſſe ac neceſſarium, ut ad vitandam ſcortationem unus vir decem uxores ducat, ap. *B. Scherzer. Syſt. Def p. 501. 812.* De Maria Pontificii dubitant, & allegant Epheſ. IV, 13. Sed dictum hoc de perfectione morali in ſtudio virtutis agit, non de *perfectione quantitativa*, ſed *qualitativa. D. Ægid.* Strauch *Comp. Theol. Poſ. Pol. p. 540.*

Iisdem Veſtibus quibus ſepulti.

§. 1.

Judæi dicunt homines iisdem, quibus ſepulti ſunt, veſtibus, aut prorſus ſaltem ſimilibus reſurrecturos fore, juxta illud, quod a R. Meir reſponſum fertur Cleopatræ Reginæ roganti, nudine an veſtibus ſuis amicti reſurrecturi ſint, qui reſurgent? argumento ſcilicet a minori ad majus, cum triticum quod nudum humatur, tot veſtibus involutum prodeat, quanto magis pii, qui cum veſtibus ſepulti ſunt. Hinc ſæpe modum exceſſerunt in indumentis, quibus involverentur defuncti, magnis impenſis parandis adeo, ut magnorum malorum cauſa eſſet, ita ut ſi ex illis, quibus tenuiores eſſent facultates, mortuus eſſet aliquis, fugerent relicto mortuo, donec ordinaverit R. Gamaliel, & in mandatis dederit, ut ipſum binis tantum linteis albis involverent, quem deinde omnes imitati ſunt. Quamvis fateatur *Abarbanel*, quod de veſtibus dicitur, de corpore ipſo exponi poſſe, quod & לבוש, *indumentum* vocatur. *Pocockius l. c. p. 131. 132.*

§. 2.

Nec omnium Judæorum hanc eſſe ſententiam, exinde liquet, quia Zohar in Sect. וירא אליו docet, juſtos poſt reſurrectionem ita futuros, quomodo in horto Eden fuit Adam conſtitutus, nudos nimirum futuros, ſicut Adam nudus erat. Juſtorumque corpora non aliam veſtem, qvam lumen gloriæ habitura R. Pinehas & R. Levi ap. *Joſ. de Voiſin Obſervat. in c. VIII. P. III. Raymund. Martin. Pug. Fid. p. 618.* Gentibus eandem fuiſſe ſententiam, ſingulis apud inferos talem fore habitum, qvali in hac vita uſi, vid. in *Appar. Noſtr. Curioſ. & Pract. Tom. I. p. 1262.*

§. 3.

R. Janai moribundus nec candidas, nec nigras, ſed rubicundas a ſuis poſt mortem deſideravit veſtes. *B. D. Geier. de Ebr. Luct. c. V. §. 10. p. 64.* Non *albas*, ne in gehennam detruſus, veluti ſponſus appareret inter lugentes; Non *nigras*, ne in Paradiſo compareret velut lugens inter hoſpites nuptiales. Itaque rubris veſtimentis indui voluit. *Buxtorff. Syn. Jud. c. XLIX. p. 701.* Veſtimenta illa *Apulejus l. X. Mileſ.* FERALIA nominat AMICULA, & ut

Plu-

Plutarchus in Problem. ſcribit apud gentes erant alba, ob puritatem; qvippe color albus, ſolus ſincerus ac purus, minimeque infectus eſt. Sic & defunctus videtur eſſe factus qvoddam ſimplex & purum, omniqve mixtura ſecretum. *Salm. in Panc.* P. I. *Tit. LX. p. 340.* Amicula hæc qvisqve ſibi & ſuis parabat. Homerus *Odyſſeæ 3.* ore Penelopes ad procos: Suſtinete heroes meas nuptias, donec linteum perfecero Laërti Heroi pollinctum. Et *Iliad. XXII.* Sed tibi veſtimenta in ædibus jacent facta manibus mulierum. Joſ. *Laurentius Polymath. l. II. Diſſ. XLVII. p. 176.* Et erant veſtes hæ pulcherrimæ, ſicut ap. Plut. Philoctetes, & ap. *Laërt. in Socrate*, die, qvo cicutam bibiturus erat, Apollodorus pallium ei pretioſum obtulit, ut in illo moreretur. *Id. ib. p. 177. Joh. Kirchman. de Fun. Rom. l. I. c. X. p. 54. 55. ſeq.* Cæterum veſtes haſce ſtudioſe ſibi ad ſepulturam præparaviſſe & Veteres Chriſtianos Gregorii Nyſſeni de ſe ipſo teſtimonium manifeſtat, qvi veſtiendæ Sorori Macrinæ (diſtractis in pauperes veſtibus, & facultatibus propriis) paratam ſuæ ſepulturæ veſtem protulit. *D. Matth. Zimmerman. Anal. Miſc. Menſtr. Menſ. II. c. VIII. p. 86.*

§. 4.

Veſtibus poſt reſurrectionem autem nullatenus erit opus. Non erunt opus juſtis, cum illi peccato non amplius ſint obnoxii, veſtes autem ad peccaminoſam nuditatem tegendam adhibeantur. *Theod. Daſſovius Diatr. de Jud. de Reſ. Mort. Sentent. c. V. §. 2. p. 138. ſeq.* Barradius ait, beatos ornandos veſtibus, non qvidem ex ſerico vel auro, ſed ex luce, juxta illud Pſalmi: *Amictus lumine ſicut veſtimento.* Itaqve erunt, *inqvit*, beatorum corpora amicta lumine ſicut veſtimento. *D. J. A. Weber. Art. Diſc. Font. XXX. Ex. VIII. p. 271.*

Pro ſalute aliorum:

Perſæ e navi pro ſalute Regis (Xerxis) in mari periclitantis, ſeſe dederant præcipites. *D. Chriſt. Matthiæ Theatr. Hiſt. Theor. Pract. p. 130.* Sic & multi apud multos fuere Devoti, qvi pro aliis mortui: Hoc enim modo deluſit Satanas hoſtias divinitus inſtitutas, & inprimis venturum Meſſiam, quod hoſtia vel victima pro peccatis noſtris futurus erat. *M. Eb. Rud.* Roth *Diſſ. de* Solduriis *ſ. Devotis c. I. §. 3.*

Non Sunt, Pſalm XXXIX, 14.

§. 1.

Diſt. inter phraſin NON ESSE *abſolute* & *ſecundum quid* intellectam. Qvando mortui dicuntur non eſſe, idipſum non priori, ſed poſteriori modo debet intelligi, nimirum non amplius ſunt *in cœtu hominum* & in his *terris*

ris viventium. Unde etiam de Henocho usurpatur hæc phrasis, Gen. V, 24. Ebr. XI, 5. Imo de Salvatore nostro, Dan. IX, 26. *D. Ægid.* Strauch *Compend. Theol. Posit. Polem. Art. XXIII. Aphor. I. §. 7. p. 533.* Licet anima in morte suum esse neqvaqvam amittat, homo tamen seu totum compositum, tunc esse desinit, ob eandem partium totius dissolutionem. Sic Job. VII, 8. ventus est vita mea, oculis tuis ad me respicientibus ואנני *non sum amplius.* & v. 21. nunc in pulvere jacerem, & si quæreres me אינני *nullus & nuspiam essem.* Sic Ruben Gen. XXXVII, 29. de Josepho in cisterna non comparente, atque ipsius sententia mortuo אֵיננו. Ita & C. XLII, 13. 32. 36. Conf. Psalm. XXXVII, 36. transiit, ואיננו. *Geier. Prælect. in* Ps. XXXIX, *14. p. m. 750.* Phrasis hæc adhibita etiam Jer. XXXI, 15. c. XLIX, 19. Thren. V, 7. Matth. II, 18. accipienda *ratione totius compositi* h. e. qvod non amplius tale compositum, nec in terris superstes illud sit, quale antea fuit, neqvaqvam vero ratione partium, seorsim consideratarum. *D. Joh. Gerhard. Loc. Theol. Epit. Tab. XXVII. p. 150.*

§. 2.

Incidenter hic qværi posset: *An melius sit esse, vel plane non esse?* Qvod a Christo de æternæ perditionis filio, Matth. XXVI, 24. privatim pronunciatur, a Talmudistis universim de reliqva hominum multitudine dicitur: Satius fuisset homini, *inqviunt*, si nunqvam creatus fuisset, qvam creatum esse. Disputatum olim hac de re traditur inter Schammai & Hillelis discipulos, dicentibus his: Satius est homini cuivis creatum, quam non creatum fuisse, utpote qvibus qvocunque tandem modo vel statu existere melius sit, qvam omnino non esse: Illis vero, satius est homini non creatum esse, qvam creatum: Ideo qvod omnino non esse optabilius ducerent, qvam summe miserum esse, cui & consonum videtur illud Cohel. IV, 3. Et melior utroqve, qvi nunqvam fuit. *Pocockius in Not. Miscellan. c. VI. p. 166. 167. Jos. de Voisin Obs. in proæm. Pug. Fid. R. M. p. 170. R. Menasse ben Israel de Res. Mort. l. I. c. XII. §. 11. p. 86.* Conf. & omnino *B. Geierus in Salom. loc. cit. p. 130. 131. & Th. Gataker. Annot. in l. VIII. M. Antonin. Imp. §. 58. p. 320.*

In Superorum non sunt potestate.

Ethnici mortuorum animas non ad superos, sed ad Deos inferos pertinere opinabantur, cum in Superorum potestate solos viventes esse arbitrarentur, *Virgil. L. II. Æn.*

- - vos o mihi manes
Este boni, qvoniam superis aversa voluntas

Sancta ad vos anima, atqve istius inscia culpæ
Descendam. *D. Matth. Zimmerm. Anal. Miscell. Menstr. Mens. III. c. IX. p. 144.*

Vorati.

§. 1.

In regno Dragojam defunctos vorant; Ajunt enim, si carnes illius putrescerent, converterentur in vermes, & illi tandem farne morerentur, de qvod defuncti anima gravissimas esset passura poenas. *M. Venetus l. III. c. XVII. p. 139.* citatus & a *Zwingero Vol. V. l. IV. p. 1545. a.* Derbices Persarum gentem, & cum Hibernis efferatis hominibus commune fuit, ut parentes & affines, qvi succubuere, comesse, pietatis, maximæqve potestatis munus putarent, qvod Chrysippus Philosophus probavit, & literis prodere non dubitavit. *Alex. ab Alex. Gen. Dier. l. III. c. II. p. 115. a.* Pythagoræ ridiculus fuit error, qvod diceret, par esse scelus, comedere fabas, & capita parentum, de qvo *Gerard. Joh. Vossius de Philosophorum Sectis c. VI. §. 38. p. 43.*

§. 2.

De Hibernis vid. *Qvensted de Sep. Vet. c. XV. p. 168.* Massagetis & Scythis, *G. Hornius in Arca Noæ p. 420. Erasm. Francisci* Ehre der verblichenen alten Heyden, Juden und Christen *Convers. I. p. 39. seq. & omnino Judicium Veterum de Capillis peregrinis & ascititiis maxime Clericorum D. Sam. Werner. §. 18. p. 52. 53.* Essedonibus, *Pompon. Mela l. II. c. I. p. 41. J. Boëmus Aubanus de Mor. & Rit. omn. gent. l. II. c. IX. p. 123. Danhauer. Theol. Consc. T. I. P. I. S. I. A. III. §. 19. p. 46.* Tapuis, *Vossius de Idolol. l. I. c. VIII. p. 58.* Septuaginta annos qvi implevere ob leve crimen a Turcis trucidantur, & ab amicis trucidati devorantur. Anus ætate confectas in aqvam immergunt, immersasqve suffocant. Vid. *Anonymi Orbis Lumen p. 1365.* penes qvem sit fides. *M. Christ.* Fuchß *de Moribus Gentium indecoris §. 9.* Weidewutus Prussorum Rex filiis permisit, ut parentes ob ætatem, aut morbum labori jam impotes strangulatione e vivis expungerent, atque ita sese & domum impensis inutilibus expedirent. *M. Christ.* Hartknoch *de Antiqva Prussorum Republica §. 6.*

MORTUORUM
Clamor in sepulchro.

§. 1.

Antonius Margarita im Jüdengl. p. 61. refert, Judæos scissione vestimenti super sepulchro facta, cunctos magno cum strepitu ac vociferatione e cœmeterio diffugere, ne letiferum defuncti audiant clamorem, qvem terra obru-

obrutus atque a mure nares admorſus edere creditur, & qvo audito intra trigeſimum diem mori itidem cogatur animadvertens *Geierus de Lingv. Ebr. c. VI. §. 17. Dn Friſchmuth de Meſſia in ſepulchro non relinquendo c. II. §. 5. 8. M. Chriſt.* Gödick *Diſſ. Hiſt. Philoſ. de Hominibus a brutis enecatis c. I. §. 1.* A qvibus deliriis non multum Mahomedani diſtant, qvi duos angelos nigros atqve lividos, *Moncar & Nacir*, dicunt cadaveri adeſſe poſt ſepulturam, ut defunctum in ſepulchro erectum ſedere juſſum interrogent qvid crediderit, qvid de Mahomede ſenſerit? Si recte reſponderit, ſvaviter obdormire jubeant; ſin minus, gravibus crucient malleorum ferreorum ictibus inter aures impreſſis, adeo ut clamorem audiant, quotquot inter Orientem ſunt & Occidentem, præter homines & genios, ut hæc refert *Ed. Pocockius Not. Miſcell. c. VII. p. 241. ſeq. Ad. Olearius Itin. Perſ. p. 687. Hottingerus Hiſt. Orient. l. II. c. IV. p. 422. ſeq. Busbeck. Leg. Turc. Ep. I. p. 83.* de Perſis vid. *Tavernier H. O. T. I. l. V. c. XIX. p. 284.*

§. 2.

Judæi vocant *Sepulchri percuſſionem pati.* Diſcipuli R. Eliezer interrogaverunt, qvomodo ſe habet ritus חבוש הקבר percuſſionis ſepulchri? Reſp. eis: Poſtquam ſeparatus homo eſt ab hoc ſeculo, venit Angelus Mortis, & ſedet ſuper ſepulchrum ejus. Statim intrat anima ejus in corpus ejus, & facit ſtare corpus. R. Jehoſchuah filius Levi dixit: In manu ejus eſt catena, cujus media pars eſt ferrea, & altera lignea, qua verberat illum hominem: Et prima vice diſſolvuntur membra ejus: altera vice oſſa ejus diſſipantur. Tum veniunt Angeli & colligunt ea. Quod ubi tertia vice percuſſerit eum, redigitur in pulverem, & anima redit ad ſepulchrum. Dixit R. Meir: Gravius eſt itaqve judicium percuſſionis ſepulchri judicio gehennæ; qvoniam etiam, qvi plane juſti ſunt, & filii Principum, & abortivi, eo judicantur, excepto eo, qui moritur veſpera Sabbathi, & qvi moratur in terra Iſrael. *D. Zimmerman. Floril. Hiſt. Philol. p. 716.* De XCIX. ſerpentibus, qvorum unicuique VII. ſunt capita immiſſis unicuique infideli in ſepulchrum, eundemque illic mordentibus, vid. *Geier de E. L. c. VI. §. 17. p. 155.*

Conventus cauſa terræ motus.

Pythagoras terræ motus cauſam dixit eſſe conventum mortuorum. *Ælianus Var. Hiſt. l. IV. c. XVII. p. 100.*

Corpora in Inſula quadam corruptioni non obnoxia.

Wofern der alte Scibent Sylveſter Girald, Gretſerus und Nierembergius lib. II. de Miris & Miraculoſis Naturis in Europa cap. I. die Gewißheit geſchrieben, ſo ſollen in dem Irrländiſchen Hertzogthum Momonia zwo Inſuln liegen,

gen, eine grössere und eine kleinere; Auf die grosse darff nichts, was weibliches Geschlechtes ist, es sey gleich Mensch oder Vieh, einen Fuß setzen, im Fall es nicht alsofort daselbst will umfallen und sterben; welches man an Hunden und Katzen versucht, die daselbst zur Stunde verrecket sind; Auf der kleinen Insul hergegen stirbt kein Mensch, ist auch niemahls einer rechtes natürlichen Todes darauf verschieden, darum sie die **Insul der Lebendigen** heisset. Dennoch sollen sie unterweilen tödtlich erkrancken, und so lange Qvaal leiden, daß sie den Tod sehnlich wünschen, und sich derhalben in einem Nachen auf die grössere Insul übersetzen lassen, woselbst sie, so bald man nur mit ihnen am Lande gekommen, augenblicks verscheiden. Es bezeuget auch ein Irrländer Thomas Caroe in seinem Reise-Buch (ap. Zeiler. in Epist.) daß er selbige Insul gesehen, und finde sich unweit davon noch eine andere, darinnen die Leichnam der Verstorbenen unter der Erden nicht verwesen, und weder faulen, noch vermodern, darum alle Ahnen und Uhr-Ahnen von langen Zeiten her allda noch aufbehalten werden, und augenscheinlich zu sehen sind. Aber vorige Insul, weil die Leute nichts desto weniger mit Kranckheit angegriffen werden, halte ich des Tituls unbefugt, daß man sie **das Land der Lebendigen** nennet rc. *Erasm. Francisci* **Wunder-reiche Uberzug unserer Nieder-Welt, oder Erd-umgebende Lufft-Kreyß** *Discurs. I. p. 407. 408.*

Exequiæ magnificæ.

§. 1.

Quanta superstitione & apparatu sacra animalia Ægyptii funerarint, & sæpe curatorem funeris unius animalis totas facultates suas, satis luculentas, impendisse vid. ap. *Caussin. Observat. ad Hori Apollinis Hierogl. p. 192.* Impensæ funerum Romanis maximi constiterunt, multis millibus in ea effusis. *Barthius Adversf. l. LIV. c. I. p. 2521. & l. LX. c. XII. p. 3023.* Vid. & *Joh. Kirchman. de Fun. Rom. l. I. c. IV. p. 16. seq.* De sumtibus permagnis, quos Christiani Bagdenses suorum exeqviis impendunt, ita ut eapropter sæpe liberos suos Turcis vendere necesse habeant. *Tavernier Hod. Orient. T. I. l. II c. VII. p. 92. b.* De Armenorum baptismalibus tam magnis, ut seqventi die nihil ipsis reliqvum *Id. ibid. l. IV. c. XI. p. 195. b. 197. b.*

§. 2.

Nicolaus Clenardus pflegte zu sagen: **Die Juden verschwenden ihr Geld mit Fest-Mahlen; die Christen mit Rechten, und die Mohren mit Hochzeiten.** (*Zincgref. Apopht. p. 229. Happelius Thes. Exot. p. 56.*) RR. inde non male: Qvicunque frequenter convivia instituit, ubicunque locorum moretur, tandem exul fieri cogitur. *B. D. Nagel LL. CC. Ebr. Rabb. Talm. in v. Convivium.*

Lo-

Loculi deſcriptio.

Q. Qvando moriens moritur, an cum jam in morte eſt, an tum etiam, cum adhuc in vita? Lubricæ ac ludicræ ſubtilitatis quæſtio. Utrum dicas, ridicule dixeris, multoque abſurdius, ſi aut utrumqve eſſe dicas, aut neutrum. Alii moriendi verbum atque momentum manente adhuc vita, dici atque fieri putaverunt: alii in eo tempore nihil vitæ reliqverunt, totumque illud, quod mori dicitur, morti vindicarunt. Hinc eſt, quod *Jul. Scaliger* contendit verbum *Mori* carere Indicativo modo, & uſui magis quam rationi conceſſum eſſe. Hujus generis videtur eſſe illud Diogenis: Einer ders ſucht, der begehrts nicht, und ders macht, bedarffs nicht, und ders kaufft, wils nicht, und ders darff und brauchts, weiß es nicht! Loculi defunctorum deſcriptio ænigmatica eſt, apud Germanos uſitata. *Heidf. S. T. P. c. XXXVIII. p. 748. 749.*

Maſticatio ſepulchralis.

Quidam peſtis tempore ſepulchra aperiunt, veſtes ferales deglutitas mortui faucibus eripiunt, diuturnæque damnatum qvieti cadaver capite plectunt, ſed anne mortuæ & ſepultæ ſagæ peſtem excitare poterunt? Et ſi hoc, an ad capitis ſupplicium, tanquam ad ſacram anchoram erit recurrendum? Reſp. Non ſane! Dicendum potius, quando defuncti in ſepulchris dicuntur maſticare, cum Luthero, veram cauſam eſſe Diabolum, qvi eo ipſo hominibus perſvadere vult, ac ſi non DEus immittat peſtem, ſed quod illa oriretur a tali defunctorum maſticatione, quæ omnia prolixe ſatis & accurate pertractant *Dn. Voigt Phyſic*aliſch. Zeit-Vertreiber *cent. III. Q. V. p. 556. Joh. Müller. Diſp. Phyſ. de Corporum defunctorum Operationibus §. 27. M. Phil.* Rohr *Diſſ. Hiſt. Philoſ. de Maſticatione Mortuorum §. 7. 8. 9. M. Dan.* Schreiter *Diſp. I. de Voluntaria Corporis ſui mutilatione §. 17. p. 31. ſeq.* Conf. omnino Appar. Noſtr. Curioſ. & Pract. Tom. II. in Tit. *Caput an amputandum bipalio cadaveribus ſonantibus? p. 161. ſeq.* ubi Quæſtioni huic & abunde ſatisfactum. Conſentiunt Judæi, in fine enim *Minhagim* ita legitur: Man ſoll ſehen, daß ihm (dem Todten) nichts von den תכריכין (Sterb-Kleider oder Leinwandten Gezeug) in das Maul kommt, es iſt ſonſt groſſe סכנה (Gefahr.) En bellum inter ſuperſtitioſos quosdam ac Judæos conſenſum! *Geier. de E. L. c. V. §. 10. p. 63.*

Monumenta negligentius condita.

§. 1.

Virginii Rufi ſepulchrum poſt decimum à morte ejus annum nec dum abſolutum eſſe queritur *Plinius l. VI. Epiſt. X.* Libuit etiam, *inquit*, monu-

mentum ejus videre, & vidisse pœnituit. Est enim adhuc imperfectum, nec difficultas operis in causa modici ac potius exigui, sed inertia ejus cui cura mandata est. Subit indignatio cum miseratione, post decimum mortis annum reliqvias, neglectumqve cinerem, sine titulo, sine nomine jacere, cujus memoria orbem terrarum gloria pervagaretur. Et statim: Tam rara in amicitia fides, tam parata oblivio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus etiam conditoria exstruere, omnia hæredum officia præsumere. Qvæ verba mihi in memoriam revocant Inscriptionem Novam, quam & Neostadii in Austria, & Uratislaviæ me legere memini in Epitaphio duorum Episcoporum:

Certa. dies. nulli. mors. certa. incerta. seqventum.
Cura. locet. tumulum. qui. sapit. ipse. sibi.

Joh. Kirchmannus de Funeribus Romanorum l. III. c. XI. p. 263.

§. 2.

Der Herr Val. Herberger gedencket im 5. Theile seiner Trauerb. daß ein gelehrter und kluger Mann alles bey seinem Leben bestellet, wie es nach seinem Tode solle gehalten werden, auch ein eigen Grab gebauet, und an dasselbe hauen lassen:

Posteris non fido.
Den Nachkommen traue ich nicht.

Von dem Seiden-Wurm ist bekandt, wie er sich selbst in ein dünn Häutgen einschleust, und sich darinnen gleichsam vergräbt, darzu schreiben die Gelehrten:

Condo, ut condar.
Wo ich einmahl soll liegen,
Muß selber ich verfügen!

Die Grabschrifft, so Joh. Jovianus Pontanus sich selbst gestellet, und zu Neapolis in der Kirchen S. Mariæ zu lesen, heist: Vivus domum hanc mihi paravi, in qva quiescerem mortuus. Dis haben auch die Römer gethan, wie denn Ant. Bosius in Roma Subterr. p. 153. diese Grabschrifft anführet: Aurelia Zenonina fecit sibi viva. It. Lenpardus se vivo fecit. *B. Miss. C. C. P. I. p. 1109.*

In Ore nummus aureus.

Kornmannus *de Mirac. Mort. P. VII. c. LXIV.* scribit de nummo & lapide, ori cadaveris tam apud Ethnicos quam Saxones hodieque indito, imo etiam de Judæorum capitibus effossis, in quorum ore nummus aureus, ante aliquot annorum centurias illuc positus, repertus: cujus oboli, tanquam nauli pro Charonte, meminit quoque *Lucianus T. I. de Luctu p. 766.* nec non

Mart.

Mart. Bohemi3. Landplagen *p.315. seq.* ubi exempla hanc in rem afferuntur, una cum epicrisi. *Geier. de Ebr. Luctu. c. V. §. 10. p. 64.*

Ossa nummorum loco.

Abrahamus Ortelius Cosmographus scribit qvandam gentem esse, quæ ossa mortuorum loco nummorum habet, iisque utitur in emendis vendendisque rebus, loco auri, & ea ossa loco divitiarum habet. *M. Rad. O. E. P. II c. VII. Q. II. p. 321.*

Schedula Petro tradenda.

§. 1.

Mortuo ut liber sit commeatus in Paradisum Russorum Patriarcha talem dat schedulam commendatitiam: Makaria, DEI gratia, Archiepiscopus Kiofæ & Halitz, & in tota Russia, Domino & amico nostro S. Petro, DEI omnipotentis Portitori &c. Nos significamus & mandamus tibi, ut postquam hoc vel illo tempore ex hac vita decessit Princeps, vel N.N. minister DEI: tu in hoc ipso momento, visis literis, abjecta omni cunctatione, nulla facta mora, recta in regnum DEI ipsum intromittas. Nam nos eum ab omnibus suis peccatis absolvimus, & propterea hoc ei nostrum Christianum testimonium absolutionis plenæ, & remissionis exactæ concessimus, ut ea exequi tu, nec transgredi scires. Datum in nostro maximo Cœnobio Kiofa, anno &c. *Joh. Wolffius Lect. Memor. Tom. II. cent. XVI. p. 1005. a. D. C. F. Paullini* Zeitkürtz. erbaul. Lust *Tom. III. c. XI. p. 104. Olear. Hod. Orient. p. 197. D. Scherz. S. D. p. 322. D. Joh. Ern. Gerhard. Diss. Th. de Relig. Ritibusque Moscovit. c. XXI. D. Danhauer. de Relig. Moscovit. c. II. p. 25. D. Hildebrand. Offertor. pro defunctis c. XVIII. §. 5. p. 140.*

§. 2.

Gleichen Paß gab im vorigen teutschen Kriege der damahlige Muffti in Ofen dem verstorbenen Grafen von Mansfeld an den Mahomed mit, daß ungeachtet er kein Musulmann oder Türcke, er ihn dennoch wegen seiner der Pforten treu-geleisteten Dienste einlassen, und keinesweges den Himmel verschliessen solle. *Adolphus Brachelius l. III. Hist. ad Ann. 1626. p. 130.*

Virtutes imitandæ.

§. 1.

Lacedæmonii, ut juventutem ad Majorum imitationem accenderent, defunctorum Heroum imagines in ære vel marmore ad vivum exprimebant, in Senatuque exponebant singulas cum suis elogiis, & hoc lemmate: Si fueritis sicut isti, eritis sicut isti. *Belsæus ap. Rad. in O. E. p. 321.* Semper ergo probæ indolis filii paternarum virtutum hæredes esse maximo cum studio annisi sunt.

§. 2.

§. 2.

Mago Carthaginensium Imperator diem fungitur, relictis duobus filiis, Hasdrubale & Hamilcare: qui per vestigia paternæ virtutis decurrentes, sicut generi, ita & magnitudini Patris successerunt. *Justinus l. XIX. c. I. n. 2.* Non autem nativitate solum, sed etiam imitatione filios posse alicujus vocari certum est. *Isidorus de Summo Bono l. I. c. XX.* Juniores Seniorum gloriæ succrescere debent. *Livius l. X.* Quale itaque Patris vestri institutum fuerit, recordemini: domesticum & illustre habebitis exemplum. Nec enim sic exegit ætatem, ut vel virtutem negligeret, vel ignaviæ sese dederet; sed & corpus laboribus exercuit, & animum ad pericula paratum habuit. *Isocrates ad Demonicum p. m. 5.*

§. 3.

Parentis virtus acris vestri præstabit vicem. *Cassiodorus l. IX.* nec illis vos patiemini esse impares, quos gaudetis auctores. *Gronovius Not. in Liv. l. I. c. XXII. p. 44.* Mantuanus de bonis filiis ita:

In sobolem transire solet cum semine virtus.

Si ergo Patris vestri robur ac virtus in vobis fuerit, qualis erat ille ad aliquid re ac verbis obeundum, sic vos negotium perficietis. Minerva ad Telemachum ap. *Homerum Odyssea l. II. p. m. 14. a.* Et ad humanam pertinet laudem, ut Patrum decus in prole resplendeat. *Leo Nativ. Serm. VI.* Hinc apud Hispanos olim juvenibus in bellum euntibus, Parentum facta memorabant Matres, ut notat in Historiis *Salustius ap. Merulam Cosmograph. Part. II. l. II. c. VIII. p. m. 55.*

MORTUIS

Bene precandi formulæ.

Communiter dici solet: DEus gratiam ipsius animæ largiatur. Hujusmodi Ebræis etiam usitatæ, v. g. עה seu עליו השלום super ipsum pax esto! נהבע seu נוחו תהיה בגן עדן quies ejus sit in paradiso! תנצבה sit anima ejus ligata in fasciculo viventium! נע seu נוחו עדן quies ejus sit paradisus. *D. Mart. Geierus de Precibus pro Defunctis c. I. §. 11.*

Cibi appositi.

§. I.

Multi Septentrionalium & Orientalium Populorum Europæ crediderunt, animas post obitum hominis cibo adhuc egere, hinc ollæ, phialæ, patinæ, catini cum cibis appositi in qualemcunque animarum refectionem. Vid. omnino *Excell. D. D. J. C. Becman in H. O. T. c. IIX. S. I. p. 127. 128. Alex. Rossæus Tot. Orb. Rel. p. 92, 128. &c.* In dem Königreich Asem in Indien setzen

tzen sie denen Verstorbenen Essen und Trincken mit im Grabe, um sich dessen bey habenden Hunger und Durst zu bedienen. *Joh. Baptist. Tavernier* Oriental. Reise-Beschr. *l. III. c. XVII. p. 184. a.*

§. 2.

Die Samogeten hatten vordessen in ihren Wäldern sonderliche Sessel und Härd, darauf sie Käß legten, und Mäte schütteten, in Meynung die Seelen der abgestorbenen kämen bey Nacht und fülleten sich da. *Seb. Münsterus Cosmogr. l. IV. c. LXVIII. p. 1216.* Die in der Provintz Tangut lassen die Todten eine Weile auf der Bahre stehen, setzen zu ihnen einen Tisch mit Speiß und Tranck, und meynen, sie essen und trincken davon. *Id. l. V. c. XCIV. p. 1360.* Idem faciunt incolæ in Insulis Canariis. *Id. ib. c. XCVII. p. 1370.* Nonnullarum ex Americanis gentium persvasio fuit, a Diabolo cadavera ipsa devorari, nisi appositis cibis ea velut redimant, itaque tam diu talium omne genus apponunt, quoad cadaver putredine omne consumtum diffluxisse videatur, ut scribit *Joh. Lerius c. XIX. Hist. Brasil. ap. Barthium Adversf. l. XLII. c. V. p. 1874.*

§. 3.

Sed quid sibi vult, quod Christus de beate mortuis dicat Luc. XXII, 30. *Se disposuisse, ut edant & bibant super mensam suam in regno suo?* Resp. Verba hæc metaphorice & allegorice intelligenda sunt, quemadmodum Proverb. IX, 2. de Sapientia scribitur, quod miscuerit vinum suum, & etiam instruxerit mensam suam, quæ sapientiæ congruere neqveunt, cum ejus natura sit Spiritualis. Vid. *Geier. in h. l. p. 421. seq.* Ita verba Christi, de cibo & potu, intelligenda sunt de DEI notitia & divinarum rerum ardenti amore, & gaudio proveniente ex divina præsentia. Hæc sanctis futura sunt instar cibi & potus jucundissimi, ut explicat *Augustinus de Civ. DEI l. XX. c. XX. ap. D. a Beust in de Art. ben. mor. P. II. p. 93.*

Monumenta erecta.

§. 1.

Salomo hat seinem Vater David zu Ehren ein herrliches Grabmahl erbauet, und sehr viel Schätze und Reichthümer hinein geleget, die nachmahlen von dem Hircano geraubet worden. (*Engelgrav. Cœl. Panth.* P. *I. p. 117. Ravanell. B. S. p. 673.* P. *Comestor. Hist. Scholast. 3. Reg. c. 3. Micræl. Hist. Eccles. l. I. S. II. Q. XXIX.* Thesauri enim in sepulchris olim reconditi & in puteis, in templis. *Laurent. Polymath. l. I. Diss. I. p. 2. D. Francisc.* Böhne *Diss. Pol. de Conservat. Rerumpubl. §. 4. p. 11.* Num autem e monumentis auferendi? vid. *Kirchman. de Fun. Rom. l. III. c. XXIV. p. 333. seq.* De thesauris autem in Davidis sepulchro reconditis *Villalpandus* adhuc dubitat; Nobis, *inquit*,

nulla adhuc occurrere potuit ſufficiens ratio, quæ ſapientiſſimum Salomonem inducere poſſet ad ſepelienda tot talentorum millia, cum mundo pretioſo & aureis ornamentis, ap. *Geier. de E. L. c. VI. §. 16. p. 152.* Quædam Scripturæ videntur dicere, quod hi theſauri non manifeſtabuntur usque ad tempora Anti-Chriſti, inquit *Comeſtor l. c.* Vid. omnino Appar. Nom. Propr. Bibl. Tom. I. in Tit. *Davidis ſepulchrum, & divitiæ in eo repertæ p. 787. ſeq.*

§. 2.

Der Indianiſche Mogul Schach Selim hat ſeinen verſtorbenen Vater ein Leich-Gebäu laſſen zurichten von ſehr guten Marmel in neuneckigter Form, 9. Zimmer hoch, und 2. Engliſche Meilen im Umkreiß weit: An dieſem Caſtro Doloris muſten 5000. Mann arbeiten, und kunten kaum in 14. Jahren damit fertig werden, darauf in die 100. Millionen Goldes gewendet worden. *Franciſci im Geſchicht &c. P. II. p. 1533.* Käyſer Maximilianus hat ſeinem Herrn Vater Friderico III. ein Grab-Mahl vor 40000. Ducaten aufgerichtet. *B. D. Miſand. C. C. P. I. p. 637.* De magnifico monumento Joh. Frid. Elect. Sax. a Sereniſſimis Filiis in templo Vinarienſi poſito, vid. *D. Caſp. Sagittarius in Hiſt. Joh. Frid. §. 30. p. 80.*

§. 3.

Die Ebreer lieſſen denen Propheten und GOttes-Männern aus gemeinem Schatz köſtliche Grab-Mahle aufrichten. *Acta Erud. Lipſ. Ann. 1690. p. 422.* Und die Phrygier begruben die Prieſter nicht in der Erden, ſondern ſetzten ſie auf hocherhabene ſteinerne Seulen, dadurch die Anſchauende und Vorübergehende ihrer Meriten zu erinnern. *H. Valeſius in Excerpt. Hiſt. p. 516. Beyerl. T. II. l. III. p. 11.*

§. 4.

Mortuos plangere, ſepulchralia ei parare, funus curare גמילות חסדים *retributionem (vel exhibitionem) miſericordiarum* RR. vocant. Hinc *Hieroſ. Sanhedrin f. 23. 3.* Mortuus eſt quidam e diſcipulis ſapientum, & non exhibita eſt ei אתגמל חסד miſericordia; At mortuus eſt quidam publicanus, & tunc ab operibus ſuis ceſſavit tota urbs, מיגמל ליה חסד ut exhiberent ei miſericordiam. Tantique hanc officioſam ſedulitatem fecerunt, ut dixerint: Quicunque mortuum videt, eumque ad funus non accommodat, vel comitatur, reus eſt de hoc, quod dicitur Prov. XVII, 5. deridens pauperem, convitiatur ejus creatori. *M. Georg. Frid. Meinhardus Diſſ. Philol. III. de Naſiræis c. VI. §. 6.*

Oculi clauſi.

Supremum hoc officium apud Judæos, Romanos prolixe deſcriptum vide

vide in Appar. Nostr. Cur. & Pract. Tom. II. in Tit. *Oculorum opprimendorum supremum officium p. 1301. seq.*

Parcendum.

§. 1.

Chilo Lacedæmonius vetabat de mortuis male loqui, quod ignavum videretur eos incessere lingva, qui respodere non possunt, ac turpe esset cum umbris ac larvis luctari. Nam id est quodammodo sepultum refodere. *Erasm. Apopht. l. II. in Chilone §. 16. p. 160.* Longe periculosius est, cum mortuis contendere, quam vivos lædere: idque ideo, quia cum vivi & ulcisci sese, & pro se respondere possint, quorum neutrum mortuis licet; dii patrocinium illorum suscipiunt, & tam aspere nonnunquam vivos castigant, ut se mortuos, quam vivos malint, inquit M. Aurelius ad filium ap. *Guev. H. P. l. III. c. LIX. p. 747.* Conf. *Barthius Adversl. l. XXXV. c. XVII. p. 1618. Boettnerus de Viventium erga mortuos obligatione c. III. §. 8.*

§. 2.

De mortuis nil nisi bene. Gleich wie die Gräber derer verstorbenen Leiber entweder mit Erde oder Steinen zugedecket werden; also sollen auch ihre Gebrechen zugleich mit verscharret werden, daß es heisse: Livor post fata quiescat. Sonsten sind solche Verleumder dem Thier Hyænæ gleich, so wegen Begierlichkeit des Menschen-Fleisches die Beine aus den Gräbern holet, und sie benaget; Darzu setzet Camerarius: JAM PARCE SEPULTO! Schone der Verstorbenen! *D.* Gerstäck. *in Simil. p. 1287. B. Misand. C. C. P. I. p. 95.*

MORTUOS
DEus excitabit.

§. 1.

In Alcorano quærenti: Quis ossa vitæ restituet, cum putredine consumta fuerint? Mahomed respondere jubetur: Ille qui primo illis esse dedit. *Eduardus Pocockius in Notis Miscellaneis c. VII. p. 254.* Aristæus, des Apollinis, oder wie andere wollen, des Liberi Sohn, wurde genennet βιοσσόος, ein Erhalter des Lebens. (*Huetius Demonstr. Evang. c. VIII. Prop. IV. §. 17. p. 182.*) Christus ist derjenige, und heisset: **Christus ist mein Leben!**

§. 2.

Von dem Æsculapio dichten die Heyden, daß er von den Göttern erlanget habe ἀνας̃άναι μὲν τεθνεῶτας, Todten lebendig zu machen. (*Tob. Pfannerus Syst. Theol. Gentil. Purior. c. XIX. §. 3. p. 431.*) und soll Apollonius Thyanæus, und andere dergleichen gethan haben. (Vid. *Beyerlinck Th. Magn. Vit. Hum.*

l. XVI. p. 320. 321. 322. *Majol. Dier. Can. Col. IV. p. 130. 131. seq. Magir. Polymn. p. 1652. R. Men. ben Israel de Res. Mort. l. II. c. I. p. 143.)* Die Papisten rühmen von ihrem Francisco de Paula (maximo illo Minimorum Patriarcha) daß er mit seinem Hut Ludovicum XI. König in Franckreich, würde von den Todten wieder erwecket haben, wann nur Johannes a Rocca denselben hinbringen, und den König damit bedecken wollen. *(Engelgrav. Cœl. Empyr. P. I. p. 328.)* Ja sie behaupten, daß Franciscus Xaverius, der Indianer Apostel, 50. Todte wiederum zum Leben solle gebracht haben. *Id. ib.* P. *II. p. 570. a.* quod mihi quinquagies veritati repugnare videtur *Ælian. V. H. l. IX. c. XVI. p. 150.*

§. 3.

Aber wie? wann es diesen guten Leuten möchte ergangen seyn, wie hiebevor im Jahr Christi 681. auf dem Synodo zu Constantinopel dem Polychronio, dieser verobligirte sich, daß er mit seinem Glaubens-Bekäntnis, so er im Nahmen aller Monotheleten aufgesetzet, einen Todten, so bald er ihm nur den Brief würde auflegen, wolte lebendig machen; Die versammleten Väter liessens geschehen, aber der Todte blieb liegen, und kunte Polychronius, ob er gleich etliche Stunden bey dem Sarge viel Wesens machte, ihn nicht auferwecken, drum er mit seiner Lehre vom Concilio verdammet, und Simon dem Zauberer verglichen wurde. *(D. Sal. Gesnerus Histor. Enarrat. Omn. Concil. c. VII. p. 340.)* Oder wie dem guten Pater Didacus Ortiz, welcher, als der Peruanische König oder Inga, Philippo Cusitito gestorben, von den Peruanern greulich gemartert wurde, diesen ihren König wieder zu erwecken, der auch in der Marter solches versprach, aber nachmahlen in der That so gar nicht erweisen kunte. *(Francisci* im Geschicht-Kunst-und Sitten-Spiegel *l. III.* P. *III. c. III. p. 1162.* und im Trauer-Saal *Tom. III. Act. XXVI. §. 3. p. 709. seq.)* Oder wie jenem Mönch in einer nahmhafften Stadt A. C. 1570. der da einen armen Mann beredet, sich zu stellen, als wann er todt wäre, in Meynung, bey dessen vermeynter Auferweckung Ehre einzulegen, und die Warheit der Römischen Kirchen dadurch wider die Lutheraner zu bestätigen, aber nachmahlen wider alles Vermuthen, mit grössestem Schrecken erfahren muste, wie dieser zuvor lebende, nunmehro warhafftig tod, und von ihm so gar nicht könne auferwecket werden. *(Joh. Wolffius Lect. Mem. T. II. centen. XVI. p. 936. 937.)* Solte hier der Ausspruch nicht wahr bleiben? Ein Mensch kan den ausgefahrnen Geist nicht wieder bringen, noch die verschiedene Seele wieder holen, Sap. XVI. v. 14.

Defunctum vitæ, defuncto reddere vitam,
Non est cujus vis: hic labor, hoc opus est.

Owen. l. II. Epigr. XXVI. p. 26.

§. 4.

§. 4.

Als dem Herrn Luthero sein hertzgeliebter Freund Nesenus, ein gelehrter und geehrter Mann, und Professor zu Wittenberg, Anno 1524. in der Elbe ertruncken, und also durch einen unvermutheten kläglichen Fall jämmerlich um sein Leben kommen war, so gieng ihm dis alles so zu Hertzen, daß er seine Augen gen Himmel hube, und sagte: O Nesene, wann mir die Gabe Todte zu erwecken gegeben wäre, und ich iemahls einen gerne wieder lebendig gemacht hätte, so wolte ich dich gerne itzo wieder aufwecken und lebendig machen; Aber wie diese Wunder-Gabe aufgehöret, also ist aller Wunsch vergeblich, denn Inexorabile fatum! Der Tod läst sich nicht erbitten, er ist so feste, daß er seine Todten nicht wieder hergiebet. (*B. D. Misand. C.C.* P. *I. p. 547.*) Christus ist derjenige, der nicht nur das Leben, sondern auch das verlohrne wiederbringen, von dem ein gläubiger Christ sagen kan: **Christus ist mein Leben!**

§. 5.

Kan der, welcher die Menschen erschaffen, nicht auch die Todten auferwecken? fragt Mahomed Surat. LXXIV. (*D. Pfeiffer. Diss. Philol. IV. de Alcorano th. 23 p 73.*) Hat GOtt aus nichts den Menschen können erschaffen, daß er etwas wäre; warum solte er denn nicht vielmehr, da er wieder zu Staub worden, ihn zum Leben auferwecken können? Es ist ja mehr, was machen, das nie gewesen ist, als wieder ausführen, das, so gewesen ist. Cum, qui nulli esse extiterint, iidem, cum extiterint, nonne multo magis iterum existent? dicitur in *Gemara.* Non erit impossibile illi, qui homines, cæterasque creaturas prima vice creavit, a se creatum restituere, quandocunque & quomodocunque voluerit, cum potentia ipsius infinita sit. Qui unum potuit, potest & alterum præstare, dicunt iterum RR. ap. *Pocockium l. c. c. V. p. 123.* vid. & omnino *R. Men. ben Israel de Res. Mort. l. I. c. IV. p. 27. & l. II. c. I. p. 143.* Quid quod Echinus marinus in multa frusta discerptus, si projiciatur in mare, mox confluentibus sponte in unum partibus, iterum coalescat, & ad pristinam formam solidissime componatur. *Picin M. S. l. VI. c. XX. §. 128. p. 451. Pierius Valer. Hierogl. l. XXVIII. c. LXXVIII. p. 344.*

In campo Ezechiel videt ossibus ossa coire,
Ossa hominum vivent voce potente DEI.

§. 6.

Homo morti proximus opportune cum Sole jamjam labente dixerit: VADAM ET REVERTAR! Uterque enim non modo spem, sed indubitatam habet reviviscendi fiduciam. *Valerius Flaccus* de quibusdam mortuis canit:

- - Patet ollis janua lethi
Atque iterum remeare licet. Et *Claudianus*:
Quos ubi per varios annos, per mille figuras
Egit letheo purgatos flumine, tandem
Rursus ad humanæ revocat primordia formæ.

Sol in occasum præcipitatus, non patitur se hoc tumulo æternum sepeliri, sed viribus mox resumtis reviviscit, & ut Gamberti lemmate utar: REDIT IN ORTUS. Vel ut *Seneca* loquitur: MORI GAUDET FESTINUS IN ORTUM. Quæ lemmata affinia sunt illi Salomanis effato: Oritur Sol & occidit, & ad locum suum revertitur. Bartholomæus Rossus funeri D. Caroli, ceu Soli occiduo subscripsit: DELITESCIT UT RENASCATUR. *Picin. M. S. l. I. c. V. n. 97. 99. 114.*

Rident Thraces, natos plorant.

§. 1.

Gens quæpiam Thracibus finitima, Trausii nomine, edito infante, cum amicis frequentibus plorant, commemorando sibi quantas, hic calamitates perferre debeat; econtra defunctum hominem cum lætitia efferunt, recensentes, quam multis sit malis subductus. *Herodotus.* Idem fecerunt Causiani & Gothæ Heniochi, aliique Barbari circa Caucasum montem, puerperia luxerunt, funera plausu exceperunt. *Stobæus. Geierus in Cohel. c. IV. v. 2. p. 131.* Nicolaus Medicæus Princeps, cum post multas expectationes filium accepisset, lacrymans in hæc verba prorupit: Et tu fili ad ferendas hujus seculi calamitates advenisti? *Rad. O. E. p. 308. 330.* Esse donum traditur mos, ut parentum funera cantibus prosequantur, mox cœtibus propinquorum advocatis, quod dictu, audituque foedum est, inquit *Alex. ab Alex. Gen. Dier. l. III. c. II p. 115. a.*

§. 2.

Si senex vitam suam lustraret, ab eo momento, quo matris ex alvo prodiit, usque ad id tempus, quo terræ sinu conditur, & corpus omnes, quos sustinuisset, dolores recenseret, animus omnes fortunæ tristioris incursus, quos excepisset, aperiret: futurum arbitror, ut & dii mirarentur, & homines obstupescerent, tum corpus, quod illa pertulisset, tum animum, qui dissimulasset, intuentes. Prudentiores mihi Græci (Thraces) videntur, qui cum infantes nascuntur, plorant, & cum senes moriuntur, rident; quam Romani, qui cum infantes nascuntur, cantant, & quando senes moriuntur, plorant. In morte senum æquissimum est nos ridere, cum ad ridendum moriantur, at cum infantes nascuntur, æquissimum est nos plorare, cum ad plorandum nascuntur.

tur. Panucius Secretarius ad M. Aurelium Imp. jam moriturum ap. *Gvev. H. P. l. III. c. LIII. §. 670. p. 720.*

Ad MORTUOS
Literæ datæ, & ab iisdem acceptæ.

§. 1.

Sie, **Wehrteste**, sind des Defuncti freundlicher Conversation nunmehro beraubet, sie können ihr Hertz, wiewohl vormahlen, weder münd- noch schrifftlich ihm entdecken, es wäre dann, daß sie mit denen abergläubischen Galatern ihnen vergebliche Hoffnung wolten machen, als wann auch Briefe, so sie an die Verstorbene geschrieben, und mit ihren Cörpern verbrand, wohl eingehändiget, und in jener Welt gelesen würden; (Ita de Galatis *Alex. ab Alex. Gen. Dier. l. III. c. VII. I. Boëmus Aubanus de Mor. Leg. & Rit. Gent. l. III. c. XXI. p. 330. Cluver. German. Antiq. l. I. c. XXXII. N. VII. p. 231. Beyerlinck Th. M. V. H. Tom. II. l. III. p. 9.)*

§. 2.

Denn so wenig Briefe vom Himmel kommen, wie wohl eher jener Betrüger denen Patribus zu Triburien, zur Zeit des Käysers Conradi wollen einbilden (Triburiæ Imperatore Conrado conventum Imperii agente Anno Dom. 1030. quidam afferebat, sibi cœlitus oblatas epistolas de pace in terris renovanda, quas teneretur aliis Episcopis præscribere, ut populi hasce novas leges observarent, nempe: Arma nullus ferret. Ablata nemo repeteret. Sui sangvinis, vel cujuslibet proximi ultor nemo existeret. Percussoribus cogeretur indulgere. Jejunium pane & aqua omni sexta feria observaret. Solo hoc jejunio contenti, in omnium peccatorum remissione nullam amplius pœnitentiam adjicerent. Qui vero hæc detrectaret observare, ab Ecclesia separaretur; Ægrotans non visitaretur, neque mortuus sepulturæ traderetur. Has portentosas constitutiones nonnulli amplexi sunt. Alii vero, graviori judicio præditi, restiterunt. Inprimis autem Gerhardus Cameracensis Episcopus ejusmodi oracula tanquam a Spiritu non bono prolata refutabat. *Gesnerus de Concil. c. XI. p. 439.)*

§. 3.

Und noch heutiges Tages die Papisten und Juden von der Schrifft des verstorbenen Eliä an den König Joram, 2. Paral. XXI, 12. fälschlich glauben; (Judæi & cum iis Pontificii ajunt, Eliam literas e Paradiso ad Joramum misisse, unde etiam censent satis liquidum esse, quod Sancti in cœlis res nostras norint & curent. Sed utut concedi possit, quod Sancti in genere pro populo DEI orent; Quis tamen credet, Sanctos in cœlis literas scribere, easque legendas

in

in terras transmittere? Commodissime igitur dicitur, extitisse scriptum quoddam ab Elia, cum in terris esset, vaticinium de statu regni sub Joramo quod post ejus assumtionem protractum, atque Joramo traditum sit; Quod Epistolam illam Spiritu vatidico scriptam ante suam in coelos ἀνάληψιν Elisæo, vel alii cuipiam reliquerit, Regi Joramo suo tempore exhibendam. Quæ sententia etiam e Papistis placet doctissimo *Emanueli Sæ.* Nec immerito. Non enim triumphantium in coelis est erudire, aut ad poenitentiam revocare mortales in terra: Habent Mosen & Prophetas: si illos non audiant &c. Luc. XVI, 31. *Calov. Bibl. illustr. in h. l. p. 854.*

§. 4.

מכתב insuper notat scriptum aliquod in genere (Exod. XXXII, 16. Deut. X, 4. Es. XXXIIX, 9.) exempli causa *Prophetiam*, non necessario *Epistolam*, (quanquam & hæc scribi ante ἀρανόβασιν potuerit) cum vero Elias esset Propheta, & quidem eximius, quid mirum, si futura revelata haberet, aliisque revelaret? Sic Esaias cap. XL. reliquit epistolam quasi consolatoriam diu ante captivitatem, qua se suo olim tempore captivi solarentur. *D. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. III. l. XIX. p. 471. 472. L. Thilo Medull. Theol. p. 450. 451. Waltherus Harmon. Bibl. p. 458. Micrælius Hist. Eccles. l. I. S. II. Q. LVI. p. 266. Hackspan. in h. l. p. 769. seq. D. Georg. Calixti* GOttes zwiefache Bundes-Lade *§. 100. p. 97. R. Men. ben Israel de Resurr. Mort. l.* II. *c.* III. *p. 156.*

§. 5.

Facit & huc exemplum Addo prædicentis Zelum Josiæ, 1. Reg. XIII, 2. & Esaiæ, fata Cyri, c. XLIV, 28. & XLV, 8. annunciantis. *M. Joh. Helv. Willemer. Propos. Philol. de Elia θαυματέργῳ, Ejusdemque ad Joramum Epistola ex 2. Par. XXI, 12. seq. §. 42. seq. p. 15. 16.* Et sic oportuit impium Regem ab absentibus reprehendi, qui præsentes non fuisset passus, *Polus in h. l. p. 1926.* Judæi dicunt adhuc hodie in coelo omnium temporum fastos ab Elia componi ap. P. *Cunæum de Republ. Ebr. l.* III. *c.* I. *p. 361. G. C. Kirchmaier. de Campis Elysiis, & Gentilium Paradiso §. 21.* Messias enim juxta ipsos est custos sigillorum DEI, & Elias Secretarius. *Raymund. Martini Pug. Fid.* P. II. *c.* VI. *§. 5. p. 352.)* So wenig können auch Boten (vid. *Alex. Rossæus Tot. Orb. Rel. S. V. p. 195. 196.*) oder Briefe dahin gesand, und dadurch die Verstorbene unsers Zustandes berichtet werden.

Cum MORTUIS Necati.

§. 1.

Scythæ, Rege mortuo, unam e Concubinis, pincernam, coqvum, eqvi

aga-

agasonem, ministrumque & nuncios, nec non equos; & omnium rerum primitias una sepelire consvevere; Rursumque anno vertente 50. ex ministris strangularunt, totidemque equos interemerunt. Eosdem Scythas una cum dilectis mortuis terra se obruisse, auctor est *Hieron. l. II. adv. Jovian. Erasm. Francisci* Ehre der verblichenen alten Heyden, Juden und Christen *Conversat. I. p. 51.*

§. 2.

In dem Königreich Asem in Indien, wann der König gestorben, werden die Weiber, so er am meisten geliebet, und die fürnehmsten Bedienten seines Hauses, durch einen vergifteten Trunck umgebracht, auch lebendige Elephanten, Camele, Pferde, Jagd-Hunde mit begraben, um ihm in jener Welt zu dienen. *Tavernier Hod. Orient. l. III. c. XVII. p. 184. a.* Si Tatarorum Chamus ad sepeliendum deferatur, referente *M. Paulo Veneto*, hi, qui ipsum ad sepulchrum comitantur, perimunt omnes sibi obviam factos, dicentes: Ite & nostro Regi in altera vita servite. Idem fit apud Cajanos, Peruanos, Japones, Sinenses, *M. Eberh. Rud.* Roth *Diss. de Solduriis seu Devotis c. I. §. 15. 16. seq.*

§. 3.

Æthiopes, Rege defuncto, ad ejus rogum se interficere solitos, testatur *Diodorus Siculus.* Apud Ægyptios amicitiæ foedus adeo firmum fuit, ut si alteruter moreretur, & alterum mori esset necesse. In regno *Var*, quod in India situm est, hæc consvetudo viguit, ut quando Rex mortuus ad comburendum vehebatur, multi militum ejus in ignem se præcipitarent, credentes se in altera vita nunquam ab eo dissociatum iri. *M. Paulus Venetus de Region. Orient. l. III. c. XXIV. p. 144. Seb. Münsterus Cosmogr. l. V. c. LXIII. p. 1330. Happel. Relat. Curios. T. I p. 689. seq.*

§. 4.

Erat apud Veteres singularis *Ordo συναποθνησκόντων, Commorientium* dictus, in quem suscipiebantur, qui simul vivere & mori decreverant. *Scultetus in 2. Tim. p. 67. ap. B. Carpzov. Conc. Fun. P. II. p 381. Alex. ab Alex. Gen. Dier. l. I. c. XXVI. p. 42. b.* De Devotis apud Gallos scribit *I. Cæsar l. III. Bell. Gall. c. XXII.* Omnibus in vita commodis una cum his fruuntur, quorum amicitiæ se dediderint: Si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferunt, aut sibi mortem consciscunt, velut una victuri. *Pomponius Mela de Situ Orbis l. III. c. XIII. p. 77.* De Celtiberis vid. *Val. Max. l. II. c. VI.*

§. 5.

Diodorus Siculus (qui solus inter Græcos nugari desiit, teste *Plinio*

H. N. in præf. l. XVII. c. XCI. p. 884.) lib. XIX. autor eſt, Indorum fœminas, cum more patrio complures ſingulis nuptæ eſſent, mortuo marito, in certamen judiciumque venire ſolitas, quam ex iis plurimum dilexiſſet: & victricem (gaudio exultantem) una cum viro in rogum impoſitam fuiſſe: ſuperatas cum triſtitia in vita remanſiſſe.) Ita nimirum tunc mulieres illæ de morte, ut de vita hodie viri certabant. *Gvev. Hor. Princ. l. II. c. V. p. 254. ſeq.*

§. 6.

Cum maritus deceſſerit, apud graviſſimos Judices ſuam quæque de meritis agunt cauſam, & quæ officioſior cæteris ſententia vicerit judicantium, hoc palmæ refert præmium, ut arbitratu ſuo aſcendat rogum conjugis, & ſupremis ejus ſemetipſam det inferias. *Solinus c. LXV. p. m. 343. Val. Max. l. c. p. 56. Cicero Tuſc. Quæſt. l. V p. m. 243. Ælian. V. H. l. VII. c. XVIII. p. m. 129. Alex. ab Alex. l. c. l. III. c. VII. p. 125. Zwinger. Vol. II. l. VII. p. 570.* Propertius *l. III. Eleg. XII.* ita:

Et certamen habent lethi, quæ viva ſequatur
Conjugium: pudor eſt, non licuiſſe mori.
Ardent victrices, & flammæ pectora præbent,
Imponuntque ſuis ora peruſta viris.

§. 7.

De Thracum mulieribus idem refert *Solinus*: Quæ fœminæ tenaces ſunt, *inquit*, pudicitiæ, defunctorum inſiliunt conjugum rogos, & quod maxime inſigne ducunt caſtitatis, præcipites in flammas eunt, *c. XV. p. 214. Pomp. Mela l. c. l. II. c. IX. p. 44. J. Boëmus Aubanus de Mor. Leg. & Rit. Omn. Gent. l. II. c. VIII. p. 110. & l. III. c. IV. p. 208. Munſterus l. c. l. V. c. LXXI. p. 1347. & c. LXXXII. p. 1354. Franciſci* Geſchicht-Kunſt- und Sitten-Spiegel *l. VI. p. 1482. 1518. Happelius Theſaur. Exot. p. 12. Tavernier l. c. l. III. c. IX. p. 162. ſeq.*

§. 8.

Veterum Pruſſorum Conjuges una cum Viris ſe combuſſerunt. *M.* Roth *l. c. §. 20.* Reputant enim nullam fœminam extincto marito vitam vivere poſſe abſque peccatis. *M. Chriſt.* Fuchs *de Moribus Gentium indecoris §. 6.* Herculorum mulieres prope ſepulchra maritorum ſuſpendio vitam finierunt. *D. M. Zimmerman. in Anal. Miſcell. Menſtr. Menſ. V. c. IV. p. 281. Cælius Rhod. Lect. Antiq. l. XXVIII. c. XXII. p. 537.* Aliæ vivæ cum viris ſepultæ. *Franciſci* in der erſten Verſammlung der luſt. Schau-

Schau-B. *p. 80. seq.* *Al. Rossæus T. O. R. S. II. p. 112. Chytræus in Delic. Itin p. 608.*

§. 9.

Dieser Gebrauch soll daher kommen seyn, daß die Weiber vor Zeiten aus grosser Geilheit ihre Männer, wann sie ihnen nicht gefallen, mit Gifft umbracht, und also ein Indianischer König diese Verordnung gethan, damit sie hinkünfftig den Tod ihrer Männer nicht befodern, sondern so viel müglich, möchten verhüten helffen, wie der viel gereisete Johann Albrecht von Mandelslo an Olearium schreibet: (vid. *Ejus Epist. Itinerario Olearii annex. p. 13. Francisci l. c. p. 39. Monf. Dellon* Reise-Beschr. nach Ost-Ind. *c. XVII. p. 98. seq.*) Pyrrhi canis extincto & pyræ imposito Domino, pyram conscendit, illique commoritur: Commorientium Amicorum miraculum minuens. Hinc Inscriptio: Fera Flamma Fidei præstitit fidem meæ. *Eman. Thesaurus Inscript. p. 167.*

Bona omnia sepulta.

Die Mohren glauben, daß in jenem Leben einer an statt 100. Pfunden Gold, oder Elffenbein, die er irgends hier besessen, 1000. erlangen werde, massen alle ihre Güter zehnfach sollen vermehret werden; Auch dencken sie in jener Welt erhöhet, und zu grossen Chargen befodert zu werden, also, daß ein gewesener Capitain die Ehre eines Obersten bekleiden müsse; Dieser Ursache wegen pflegen sie sehr denen Chargen nachzustreben, damit sie im andern Leben desto mehr Autorität etwas zu sprechen haben. Denen Todten stecken sie alle güldene Ringe auf die Finger, und begraben mit ihm all dessen Geld, Elffenbein, Kessel, ja all sein Geräthe, damit er dort auch reich sey, und bey den Monarchen in Autorität lebe; den Cörper begleiten sie sämtlich zu Grabe, glaubende, ihr Verstorbener werde aus Ursach der Volck-reichen Begleitung bey den Monarchen augenblicklich Audientz haben, und ein vornehmer Officirer werden. Otto Friederich von der Gröben *Gvineische* Reise-Beschr. *c. III. p. 23. 24. 25.*

Se Commiscentes.

Quam male hoc iis cesserit, vid. in Appar. Nostr. Curios. & Pract. in Tit. *Fœminæ mortuæ an imprægnari possunt? §. 4. p. 710.*

Ex MORTUIS Reduces.

Meminit Lucianus Alcestis, Protesilai, Thesei & Ulyssis ex mortuis redu-

reducum. *Tob. Pfannerus Syst. Theologiæ Gentilis Purioris c. XIX. §. 4. p. 432.*

Pro MORTUIS An orandum?

Duæ in Scriptura tantum mansiones animarum separatarum indicantur, secundum illud Christi, Marc. XVI, 16. De quo egregie *Augustinus*: Neutri sunt orandi, pro neutris etiam est orandum. Qui sunt cum Christo, habent quod impetrare volumus: qui sunt cum Diabolo, his nihil impetrare possumus, nec est ullus alius medius locus, ut non possit non esse cum Diabolo, qui non est cum Christo. *D. Ægid. Strauch. Comp. Theol. Pos. Pol. Artic. XXIII. Aphor.* I. *§. 8. p. 534.* Nec sunt invocandi; Nam

Biblia non mandant: exemplum non mihi pandunt;
Non est omnipotens, nil promisit mihi Petrus.

D. Phil. Gallus Hom. VI. *in c.* I. *Jon. p. 48. b.* Imitatio, non adoratio debetur Sanctis. *Bernhard. ibid.*

MORIENDUM.

§. 1.

Augustus Imp. capta Perusia in plurimos sævit: Orantibus veniam hæc unica vox occinebatur: MORIENDUM EST! *Sveton. l.* II. *c.* XV. C. Marius civili bello victor, iratus, necessariis Catuli deprecantibus, non semel respondit, sed sæpe: MORIATUR! *Joh. Schildius in Svet. p. 164. Drexel. Prodr. Æternit. c. I §. 25. p. 57.* Moriendum & tibi, Christiane, antequam coelum ingrediaris. Sicut enim testa ovorum, quamvis ea pulchre facta & diligenter formata videantur, necesse est frangi & resolvi, ut inde pullus procedat, & illud pro quo totius ovi forma expressa videatur, appareat; Ita & hujus mundi necesse est transire statum, ut status ille regni coelestis effulgeat, sunt verba *Clementis Romani ap. Mich. in Gaff. p. 454.*

§. 2.

Indiarum fons est aurifer, de quo Photius Constantinopolitanus memorat: Ex fonte hoc aurum hauritur fictilibus. His adhærescens, si quid auri est, statim concrescit, nec eo potiri licet, nisi fictile frangatur. Vas fictile humanum corpus est, aurum beatitudo, cujus deliciis non est alia ratione frui, nisi mortalitatis compagibus excedamus: fracto fictili, quicquid inerat auri, possidetur.

Felix qui potuit boni
Fontem visere lucidum:

Felix

Felix qui potuit gravis,
Terræ ſolvere vincu'a.

Boëtius l. III. de Conſol. Philoſ. Metro XII. Drexelius de Cœlo l. II. c. XIV.

MORIENDI

Illi otium unde in tantis negotiis?

Tempore belli Leuctrici cum Epaminondas accepiſſet quendam ſtrenuum virum periiſſe morbo, per jocum dixiſſe fertur: Unde fuit illi moriendi otium in tantis negotiis? Frequenter autem non minima morbi pars eſt imaginatio, metusve morbi. Hunc langvorem ſolet excutere negotiorum ardor. *Eraſm. Apopht. l. V. in Epaminonda c. XXXV. p. 421.*

PRECATIO ANTE TEMPUS MORTIS

Recitanda

Ad DEum Patrem.

Æterne Pater cœleſtis, qui cum Filio tuo coæterno & Spiritu ſancto hominem ex limo terræ creaſti, & conſtituiſti ipſi vitæ ſuæ terminum, quem transire non poteſt. Ecce ego infirma creatura tua ſentio propediem elapſum eſſe curriculum vitæ meæ. Quapropter Tibi Creatori meo, qui mihi corpus & animam dediſti, & me a juventute mea paviſti, & clementer in agnitione verbi tui conſervaſti usque in hunc diem, gratias ago pro his & omnibus aliis tuis beneficiis in me collatis, qui minor ſum omnibus aliis tuis beneficiis in me collatis, qui minor ſum omnibus miſerationibus tuis, & Te oro, ut etiam in ſenecta & canicie mea, cum defecerit virtus mea, me non derelinquas, ſed in die noviſſimo tecum vivere ſinas, in luce illa beata & æterna, in qua Tu habitas cum Filio tuo coæterno & Sp. S. & omnibus ſanctis Angelis tuis & electis, laudandus & celebrandus DEus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Ad DEum Filium.

Qui me ſervaſti puerum, juvenemque virumque,
Effœtum ſerva nunc quoque Chriſte ſenem!

O JEſu Fili DEI, tu miſerere mei, qui dixiſti: Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet, ego in te credo, ſed langvide. Adauge ergo mihi tu fidem meam, ut ex pavoribus & terroribus peccati & mortis eluctatus, in te Redemtorem meum placide obdormire, & reſuſcitatus tecum in regno tuo vivere poſſim!

Ad DEum Spiritum Sanctum.

Spiritus Sancte DEUS, ſine quo preces noſtræ caſſæ ſunt & irritæ, Te precor, o conſolator unice, adeſto mihi in hora mortis meæ, animam meam in patrocinium tuum contra Satanam ſuſcipe, & fac me tecum vivere!

O Sancta Trinitas, & æterna Unitas,
In hora mortis me meæ ne deſeras!

AMEN.



Ad-

ADDENDA.

Ad Tit. Medicus ægritudines omnes sanare nequit p. 9.

Es steht nicht bey dem Artzt den Krancken frisch zu machen,
Die Kranckheit pflegt die Kunst bisweilen zu verlachen!
M. Joh. Heinrich Weihenmäier Evangel. Spruch-und Kern-Postill, Dom. XXI. p. Trin. p. 1544.

Ad Tit. Medicorum facies tres p. 37.

D. Saccus ex Stobæo refert *in Postill. p. 1028.* Ægrum quendam divitem & avarum, cum diligenti Medici opera convaluisset, secum deliberasse, quid pro studio & labore sospitatori suo daret: Cum omnia nimium viderentur, mœrore & morbo iterum correptum, inedia vitam abrupisse, & Testamento suo se ipsum hæredem scripsisse. Gotthold *f. B. Dn. Scriver.* im zufäll. Andacht. *Cent. IV. c. LXXI. p. 957.*

Ad Tit. Morborum Patroni apud Papistas p. 82. §. 4.

Nicht anders als vor dem bey den blinden Heyden man gewisse Deos, Deasve valetudinis, Götter oder Göttinnen der Gesundheit hatte, da rufften sie an wider die Pest, und andere gifftige Seuchen den Apollinem, wider die Engbrüstigkeit Angeronam, wider die fallende Seuche den Herculem, u. s. w. Weihenmäier *l. c. Dom. III. p. Epiph. p. 310.*

Ad Tit. Mors abolita per Christum quomodo? p. 97.

Socinus in prælect. & contr. Pucc. objicit: Quicquid per peccatum & opera diaboli introivit, a Christo est deletum. Mors vel mortalitas a Christo non est deleta. Ergo non introivit per peccatum opera Diaboli. Resp. Nec Major, nec Minor per omnia recte se habet. Quod enim Majorem attinet, introiverunt etiam per peccatum labores, ut homo in sudore vultus comedat panem, Gen. III. v. 19. dolores in partu, ibid. v. 16. nec tamen eos sustulit Christus. Quod attinet Minorem, Christus sustulit etiam mortem & mortalitatem, non quidem in se, sed quatenus a peccato pendet ut pœna, sic eam sustulit, ut illis, qui vera fide meritum Christi amplectuntur, non imputetur tanquam pœna peccati, sed habeat se per modum castigationis paternæ, & piis transitus sit ad vitam meliorem. *D. Fridem. Bechman. Theol. Polem. l. IV. Controv. II. S. III. §. 1. p. 321 322.*

Ad Tit. Mors doctis non parcit. p. 129.

In illum autem qui absoluto quodam opere moritur, quadrat illud, quod in *Talm. Hieros. Schekalim c. II.* legitur: Omnis Doctoris, qui insigne aliquod

aliquod dictum protulit in hoc mundo, labia loqvuntur in sepulchro, & monumenta justi verba ipsorum.

Ad Tit. Mors ex imaginatione an potest accelerari? p. 140.

Im Jahr 1619. trug sich in der Chur-Sächsischen Stadt Bischoffswerda ein sonderbarer Fall zu, indem einem Leinweber, Michael Richtern, eine Musqvete ins Hauß geschicket wurde, in dem Defensions-Wercke mit zu ziehen; weil sich nun dieser Mensch feste einbildete, wie leicht es könte geschehen, daß er möchte erschossen werden, hat ihn die Furcht des ungewissen Todes dahin gebracht, daß er in seinen verwirreten Gedancken hin gangen, und sich selbst erhencket hat. Mich. Pusch Bischoffsw. Chron. *c. IV. p. 81.* Vor nicht gar vielen Jahren starb einem fürnehmen von Adel sein Weib, des Tages drauf holen dessen versoffene Mägde einen grossen Krug voll Wein heimlich aus dem Keller, und setzen denselben an einen gewissen Ort. Der von Adel siehet sich in seinem Hause um, findet den Krug, und kostet mäßig, was doch in demselben möchte enthalten seyn. Er findet aber darinnen guten und klaren Wein. Er setzet die Mägde deshalben zur Rede, welche antworteten, es wäre die Sache nicht also, wie sich solche der Juncker einbildete, der Wein wäre nicht von neuen aus dem Keller geholet, sondern eben derjenige, welcher gestern bey Abwaschung der Leiche wäre gebrauchet worden. Als der Edelmann dieses hörete, ob gleich dem nicht also war, so hatte er doch des gekosteten Weins halber einen solchen Eckel, daß er von Stund an kranck ward, sich nieder legte, und nach wenig Tagen sturbe. *Ephem. Nat. Curios. Ann. III. Dec. II. Obs. LXXXII. p. 178. ap.* Ehrenhold *f. Dn.* Ernst im zufällig. Gedancken *Cent. II. c. C. p. 1203. seq.*

Ad eund. Tit. Imaginationis vis in gravidis, ibid.

Jenes Weib hat ein Kind mit einen Frosch-Gesicht zur Welt gebracht, weil ihr eine ihrer Nachbarinnen einen Frosch, das Fieber zu vertreiben, in die Hand gebunden hatte. *Schenckius Observat. l. IV. n. 129. p. 101.* Eine andere, eines Rahts-Herrn zu Marpurg Ehegenoßin, brachte einen jungen Mohren ans Licht, als sie zuvor unversehens einem Mohren begegnet, und durch solchen ungewohnten Anblick erschrecket war. *Dieteric. Annot. ad Conc. VII. inc. X. Sap. p. 104.* Eine andere zu Leiden gebahr ein Kind (1638.) mit einem Katzen-Kopff, weil ihr unvermuthlich aus ihrem Bette eine Katze entgegen gesprungen, davor sie sich entsetzet, und sich der Einbildung nicht entschlagen können. *Thom. Bartholin. Hist. Anatom. cent. II. X. XLIV. p. 241.* GOtt ist zwar der Werckmeister, der mit seinen Händen die Menschen in Mutter Leibe bearbeitet, und sie im Verborgen wunderlich bildet, Hiob. X. 8. Ps. CXXXIX. 14. 15. Allein weil dieses sein gnädiges und gewohntes Wunder-Werck, von den wenigsten

Men-

Menschen nach Würden wird betrachtet und erkannt, so läst ers zuweilen geschehen, daß seine Dienerin, die Natur, einen Irrthum, uns zum Schrecken begehen muß. Gottholds *l. c. cent. I. c. LXIII. p. 321. 322.*

Ad Tit. Mors nobilis, ignobilis, §. 3. p. 164.

Cohel. III, 19. *Eventus filiorum hominum & jumentorum unus est.* Quidam existimant, Salomonem hic non loqui ex propria, sed impiorum sententia. Commodissime dicitur, sermonem *c. l.* esse de moriendi necessitate, & aliis quibusdam, quæ homini in hac vita accidunt. מִקְרֶה enim eventum, & id quod alicui accidit notat, adeoque sensus est, hominem æque ac bruta moriendi necessitati subjacere, multa, quæ brutis accidunt, homini etiam accidere: quod dicitur, *omnibus eundem esse spiritum*, id non de *anima rationali* intelligendum est, sed de *spiritu vitali* vel de respiratione, sicut Symmachus reddit, *ἀναπνοὴ ὁμοία πᾶσιν, respiratio similis omnibus:* animalia enim æque ac homo respirant, & respiratione aërem ad temperandum interiorem calorem attrahunt: Inde vero, quod homo æque ac bruta moriendi necessitati, & aliis pluribus accidentibus obnoxius est, & quod eandem cum brutis respirationem habet, non sequitur, animam quoque rationalem ejusdem cum brutorum anima naturæ esse, ut immortalis non sit, diversum enim eodem libro cap. XII, 7. docet Salomo, *Spiritum* scil. (i. e. animam hominis rationalem) ad DEum reverti, qui dedit illum. *D. Frid. Bechman. Annot. in Compend. Hutteri l. XXIX. Q. VI. §. 8. p. 837.*

Ad Tit. Mortis imago in Conviviis Veterum p. 217.

Petronius in Satyr. p. 80. 81. gedencket in einer Schrifft, daß der Römer Trimalchio einsmahls ein köstliches Panqvet zugerichtet, als nun die Gäste darbey gesessen und getruncken, lustig und frölich gewesen, und sich über die stattliche Zubereitung der herrlichen Tractamenten höchlich verwundert, da habe ein Knecht eine silberne Todten-Larve über den Tisch geworffen, welche mit ihren Gelencken so artig bereitet gewesen, daß wo sie hin gekugelt unterschiedliche Todten-Gestalten gegeben, und darbey habe Trimalchio geruffen:

Heu! heu! nos miseros, quam totus homuncio nil est,
Sic erimus cuncti postquam nos auferet orcus,
Ergo vivamus dum licet esse bene!

Ach! Ach! wie ist der Mensch gar nichts auf dieser Erden,
Wir müssen diesem Bild und Larven ähnlich werden,
Drum last uns lustig seyn, so lang als uns vergunt,
Mit edlen Trauben-Blut zu spühlen unsern Mund!

Es scheinet aber, daß so wohl die Aegyptier, als auch Trimalchio die Todten-

ten-Larven zu dem Ende auf den Tisch gestellet, daß sie in Betrachtung der kurtzen Lebens-Zeit sich der Eitelkeiten dieses Lebens desto begieriger bedienen möchten, nicht anders als wie die Katzen, welche desto hefftiger fressen, ie mehr man ihnen zuschreyet, und sie von der Speise jagen will; wie denn auch die nasse Rotte bey dem Propheten saget: **Lasset uns essen und trincken, wir sterben doch morgen** ꝛc. Christen haben ein ander Absehen bey der Betrachtung des Todten-Gerippes, sie lassen sich durch dasselbe nicht zur Wollust anreitzen, sondern vielmehr davon abhalten, sie bedencken das Ende, daß sie klug werden, und nimmer Ubels thun mögen, Psalm. XC, 12. Sir. VII, 40. **Ehrenhold** *l.c. cap. LXII. p. 964. seq.*

Ad Tit. Mortis omen bubo, p. 231.

Weil diese und dergleichen Vögel für Unglücks-Boten bey denen Heyden (noch heutiges Tages bey vielen Christen) geachtet, hat man ihnen, wann sie mit ihren Geschrey, ihrer Meynung nach, ihnen etwas Böses angekündiget, mit Fleiß nachgetrachtet, biß man sie lebendig oder todt in die Hände bekommen, und zum öffentlichen Spectakel an die Thore angenagelt. **Gotthold** l. c. *cent. III. c. XXIII. p. 469.*

Ad Tit. Morientium Legata, p. 265.

Eudamidas ein Bürger zu Corinthus verstarb in Armuth, weil er aber ein paar begüterte Freunde hatte, den Aretæus nemlich und Charixenus, so hinterlies er ein solch Testament: Dem Aretæo vermach ich, Krafft dieses meines letzten Willens, meine alte arme Mutter, daß er sie zu sich nehme, und die übrige Zeit ihres Lebens versorge; dem Charixeno aber übergebe ich meine Tochter, daß er sie nach seinem besten Vermögen mit einer Mit-Gabe versehe, und ehrlich aussteure. Solte aber einem unter ihnen was zukommen, so will ich, daß der Hinterbliebene des Verstorbenen Stelle auch versehe. Uber dieses Testament hat männiglich gelachet, die beyde Freunde aber sich gefreuet, daß ihr verstorbener Freund ein solch Vertrauen zu ihnen gehabt, und als der Charixenus wenig Tage hernach auch Todes verfahren, hat der Aretæus beydes über sich genommen, und mit Fleiß ausgerichtet. *Lucianus in Toxaride Dialogo ap. Fabr. Op. Tripart. P. I. conc. II. in Fest. Purif. p. 257. a.* Haben nun Heyden unter sich ein solches Vertrauen haben, und einer dem andern solche Treue auch nach dem Absterben beweisen können, warum solt ich nicht zu dem allergetreuesten Freunde, meinem süssen HErrn JEsu ein viel grösser Vertrauen haben? So will ich ihn denn hiermit zu meinen völligen Erben erkläret, und ihn vor allen Dingen meine Seele, und denn auch **meine Kinder, Brüder, Schwestern, Bluts-Freunde und Verwandten** vermachet und übergeben haben, daß

daß er sie aufnehme, versorge, bewahre, und durch seine Macht zur Seligkeit erhalte, das übrige alles auch, was ich in der Welt hinterlasse, soll zu seinen heiligen Raht und Willen gestellet seyn, daß er es damit schicke und schaffe, wie ers gut befindet zu seinen Ehren, und der nachbleibenden Seligkeit. **Gotthold** *l.c. cent. IV. c. XLII. p. 835. seq.* Exempla maritorum, qui morituri uxores aliis legarunt, vid. in *Appar. Nostr. Curios. & Pract. Tom. II. p. 1700.*

Ad Tit. Mortui Angelis similes, p. 276.

Objiciunt Sociniani: Homines in resurrectione futuri esse dicuntur sicut Angeli DEI in cœlo. Ergo non eadem numero corpora habebunt. Resp. Erunt homines in resurrectione sicut Angeli non ratione substantiæ, sic enim non amplius essent homines, sed quoad hoc, quod sicut Angeli matrimonium non contrahunt; ita nec homines in resurrectione, aut futura vita matrimonium contracturi sint. Responsio contextui per omnia conformis est. *D. Frid. Bechman. l. c. p. 551.*

Ad Tit. Mortui Coronati, p. 280.

§. 1.

Vita æterna vocatur merces, Matth. V, 12. Si est merces, bona opera, quibus illa redditur, sine dubitatione sunt merita. Resp. Neg. Conseq. Sciendum igitur *mercedis* vocabulum in Scripturis sumi dupliciter, I. *Proprie*, qua ratione duo importat, 1) id quod datur, 2) relationem ad præstitum opus, propter cujus dignitatem vel valorem datur, sicut v. g. merces operarii importat non solum id, quod ei datur, v. g. pecuniam, sed etiam relationem ad opus, vel laborem ejus, propter cujus dignitatem sive valorem ei solvitur pecunia. II. *Minus proprie*, pro eo, quod datur alicui, licet non habeat relationem ad opus, ejusque dignitatem, sive valorem, neque ob hunc detur, ita occurrit Gen. XV, 1. ubi DEus se vocat mercedem Abrahami, & Psalm CXXVII, 4. ubi liberi שכר *merces* vocantur. H. m. illud etiam merces dici potest, quod ex gratia datur. Unde quidam distingvunt inter mercedem *debiti*, & mercedem *gratiæ*. Jam posito, vitam æternam vocari mercedem, tamen vox *merces* non potest sumi in priori significatu, ut vita æterna detur propter operum dignitatem vel valorem, cum Rom. VI. v. ult. vita æterna *χάρισμα* dicatur, quod unice ex gratia detur. Si vero merces proprie sumta bonis operibus non datur, ipsa quoque non habent rationem meriti, adeoque nec vitæ æternæ sunt meritoria. *Id. ib. p. 523.*

§. 2.

Sed dicuntur in Scriptura homines regno DEI digni: dignitas autem im-

 portat

portat meritum, 2. Thess. I, 1. *Digni habeamini regno DEI.* Resp. Ἄξιος & ἀξιωθῆναι in Scripturis accipitur 1) *Legaliter*, & sic digni dicuntur, qui merentur, hæc acceptio, non est hujus loci, quia regnum DEI, s. vita æterna est χάρισμα Rom. VI. ult. 2) *Evangelice*, & sic idem est ac *conveniens*: sic jubemur facere fructus poenitentia dignos, i. e. qui poenitentiæ conveniunt, s. opera, quæ poenitentes decent, ex quibus seria poenitentia cognosci potest, hæc acceptio est hujus loci. Dicit igitur Apostolus eos, qui multa patientur, dignos haberi regno DEI, non qvasi ipsis debeatur regnum DEI propter opera, aut passiones & afflictiones tanquam meritorias, inter has enim, & vitam æternam nulla est proportio, Rom. VIII, 18. Illi igitur, qui propter Christum multas perpessi sunt calamitates & afflictiones, dicuntur digni regno DEI, quia conveniens est, ut, qui pro Christo passi sunt, cum eo etiam regnent, cum eo glorificentur, Rom. VIII, 17. & in æterna gloria recreentur a Christo. Pertinet igitur dignitas, de qva Apostolus d. l. loqvitur, non ad Legem, sed ad Evangelium, non ad justitiam, sed ad ἐπιείκειαν, æquitatem DEI. Secundum *Legem* certe nullius sancti passio tanti est, qvæ gloriam regni DEI promereri possit: secundum *Evangelium* vero ex benignitate DEI afflictiones piorum acceptantur tanqvam sacrificium gratissimum, qvod remuneratione gratuita non caret. *Id. in Theol. Polem. Loc. XI. S. III. §. 3. p. 920.*

Ad pag. 286. Anima æterna beatitudine fruitur.

Affirmativæ huic obstare videtur, qvod Johannes in Apocal. VI, 9. 10. vidit animas interfectorum propter verbum DEI, clamantes voce magna, *usque quo Domine non judicas* &c. v. 11. additur, dictum illis esse, ut reqviescerent &c. hæ animæ sane non videntur in completa beatitudine fuisse. Resp. Omnino: qvod autem hæ animæ fuisse dicuntur *sub altari*, id non de *altari lapideo*, sed *cœlesti* intelligendum est, qvod & ipse Christus, sub hujus præsidio & custodia animæ istæ esse dicuntur in cœlo, quæ proinde Christum adeoqve DEum intuitive cognoscunt, unde amor ardentissimus erga DEum & summum gaudium fluit; Quod autem hæ animæ clamasse dicuntur, non intelligitur *clamor vocalis*, sed ingens earum desiderium, qvo auxilium DEI adversus tyrannos, & piorum liberationem a malis expetebant. Proponitur ergo l. c. consolatio, qva martyres mactati ratione animæ in cœlo fruebantur, mactandi adhuc ad constantiam animabantur in terris, qvod licet tyranni corpora trucidaverint, tamen animæ corporibus solutæ suscipiantur a Christo, & apud eum beatitudine fruantur. *Id. in Hutter. p. 839.*

Ad

Ad Tit. Mortui non mordent, p. 296.

Als die zu Brüg in Flandern den Oesterreichischen Printzen Maximilianum, so hernach Römischer Käyser worden, gefangen hatten, fragten sie die Venetianer um Raht, was sie mit ihm machen solten? Diese schrieben zurücke: Homo mortuus, non facit gverram; **Ein todter Mann erreget keinen Krieg.** War also ihr Raht, sie solten ihn hinrichten. **Ehrenhold** *l. c. cent. I c. XLVII. p. 165.*

Ad Tit. Mortui non sunt, p. 304.

Contra immortalitatem animæ objicitur Jerem. XXXI, 15. Rahel plorat super filios suos, QVIA NON SUNT. Si non sunt (si mortui sunt) ergo nec anima eorum est: Si enim anima esset, ipsi etiam essent, qvia qvod de parte potiore, v. g. anima dicitur, id de toto negari non potest. *Socin. contr. Pucc.* Resp. Neg. Conseq. cum non repugnet, totum non esse, ut tamen pars supersit, e. g. Si qvis domum diruit, ea non amplius est, sed tamen partes ejus supersunt. Qvod dicitur, si anima esset, ipsi etiam (homines) essent, resp. Neg. Conseq. si vel maxime enim pars ponatur, non tamen ponitur totum, nisi accedat etiam unio, ut partes inter se uniantur: qvod deniqve dicitur: id qvod de parte potiore v. g. anima dicitur, de toto negari non posse: Resp. & hoc falsum est: nam de anima tanqvam potiore parte hominis dicitur, qvod sit substantia incompleta, qvod sit forma hominis, qvod hominem in esse hominis constituat, hæc vero de toto neganda sunt, cum homo non sit substantia incompleta, nec forma hominis, nec se ipsum in esse hominis constituat. *Bechm. in Hutt. p. 836. & in Theol. Polem. p. 1084.*

Ad pag. 313. Thesauri in sepulchris reconditi.

De ejusmodi thesauris sepulchralibus explicat qvoqve Job. III, 15. *Jac. Bolduc Comment. T. I. p. 169. b.* Non solum separatim, *inquit*, a corpore defuncti in aliqva theca, sed etiam cum ipso cadavere circumcirca diligentissime illi nummi aptabantur, ita ut vix ab illis, qui eos instruxissent, dignosci possent. *Ibid p. 170. Joseph. a Costa Histor. Judic. l. V. c. XVIII.* allegat, referentem, Mexicanos in ipsis cinerum Urnis, gemmas, auream supellectilem & vestes pretiosissimas reposuisse.

Gotthold *l. c. p. 926.*

INDEX I. DICTORUM

in hoc opere explicatorum.

GENESIS.

EXODUS.

LEVITICUS.

NUMERI.

DEUTERONOMION.

JOSUÆ LIBER.

JUDICUM.

I. SAM. LIB.

I. SAM. LIB.

II. SAM.

I. REGUM.

II. REGUM.

II. PARALIP.

SUPPLEM. IN ESTHER.

IOB.

PSAL-

PSALMI.

PROVERB. SALOM.

COHELET.

SAPIENT. LIBER.

SIRACIDES.

MATTHÆUS.

MARCUS.

LUCAS.

JOHANNES.

XI,

INDEX II. TITULORUM GENERALIS.

Ægri

Cogi-

Quid

MO-

Exper-

INDEX III. RERUM SPECIALIS.

A.

Abra-

Ani-

unus

Fœmi-

non

Opera

Scri-

T.

U.

INDEX IV. GERMAN.

SOLI DEO GLORIA.

Sphalmata Typographica B. L. pro suo candore corriget.



